
6
25-B
6
25 N
12



CHRONOLOGICA
Manuductio, & deductio

ANNORVM A CONDITV MVNDI, AD EXTERMINIVM VSQVE PRIORIS ET POSTERIORIS TEMPLI:

VERA ITEM, FIRMIS ARGVMENTIS, ET CHRONOLOGICIS Characteribus stipata alligatio celebratissimarum Epocharum, *Olympiadica, Vrbis, Nabonazarea* cum Anno exterminii prioris templi, falsarumque alligationum *Funcciana* & *Beroaldica* per vera fundamenta refutatio.

DVOBVS LIBRIS EXHIBITA

à

IOANNE BEHM, S.S. TH. D. EIVSDEM IN CELEBRI BORVSSIACA ACADEMIA PROFESSORE ORDInario, & *Aula ibidem Concionatore.*

HISCE MELIORIS ILLVSTRATIONIS GRATIA ab eodem Auctore adiectæ sunt:

I. *Duæ Decades nobiliorum Chronologico-Historicarum obseruationum.*
II. *Tabulæ Regum Assyriorum, Medorum, Græcorum ex M. S.S. libro Græco Claudii Ptolemæi.*
III. *Numericæ alligationes annorum à mundo ad excidium vsque posterioris templi, cum aliis maxime præcipuis Epochis, iisque tum sacris, tum profanis.*


Opus omnibus & singulis literatis, in quolibet studiorum genere, perquam necessarium, vtile, & iucundum.

Tacitus lib. 3. Annalium.
Nostra quoque ætas multa laudis & artium imitanda posteris tulit.

Francofurti ad Mœnum, curantibus Rulandiis, Typis Nicolai Hoffmanni.

ANNO M. DC. XIX.






VIRIS MAGNIFICIS, CLARISSIMIS ET EXCELLENTISSIMIS AVGVSTISSIMI
Chronologici studii Amatoribus & Cultoribus

SALVTEM ET OMNIMODAM
ANIMI ET CORPORIS PROSPERITATEM
à Deo Ter Opt. Max. precatur

IOANNES BEHM SS. THEOL. D. P.P. IN REGIOMONTANA BORVSS. ACADEMIA, ibidemque in aula Concionator.



POST varias animi volutationes, in eo tandem substiti, Magnifici, Clarissimi, Excellentissimiq; viri, vt vobis hunc Chronologicum meum laborem consecrarem. Delituit apud me per aliquot annorum spatium, & subdubitaui, num emitterem. Quantis enim contentionibus, quantis animorum motibus Sacratum hoc studium à nonnullis tractetur: Quantis sese calumniis & iniuriis exponere cogantur, qui aliquale huius studii patrocinium literariæ Reip. bono susceptunt: testantur πολλῶν *multorum scripta, quæ sine stomacho vix legi possunt. Prodiit tandem alma VERITAS: prodierunt tot literatorū iterata suasiones, quæ publicationem vrserunt. A me nil violenti tractatum est, nec in Sacram Scripturam; nec in cælestem motum; nec in profanam historiam. Monstrata euidens & vincibilis Methodus colligationis Annnorum Mundi cum annis exoticarum vel profanarum Epocharum vsque ad exterminium posterioris templi.*

Hæc Methodus vel respicit absolutam *annorum mundi colligationem, ex solis sacris literis ad deuastationem prioris Ierosolymitani templi: vel* respectiuam, *applicatam & colligatam cum gentilium æris vel Epochis, vsque ad* ἐνσάρκωσιν τοῦ λόγου *& vlteriora tempora. In vtroque Ariadnæo filo opus est, ne nos ipsos & alios in deuia abripiamus.*

In Absoluta *connexione, quam ex solis sacris desumimus, triplicem habemus manuductionem.*

I. Catalogum Genealogias Patrum ante & post diluuium, diuinitus nobis per Mosen consignatum Gen. 5. & 11. Interuallum item regni, à Dauide vsque ad excidium prioris Templi, in Regum libris, partim explicite positum, partim inter se mutuo in annis Regum Iuda & Israelis concatenatum.

II. Magnos illos numeros, in dubio temporum interuallo, diuin[illegible]s nobis ex mera bonitate & manifestatos & conseruatos, ceu sunt: Terminus Annorum 430. commorationis filiorum Israel in terra Ægypti Gen. 15. 13. Exod. 12. v. 40. Terminus Annorum 480. Ab exitu Israelitarum ex Ægypto vsque ad initium structuræ Salomonici Templi 1. Reg. 6. 1. Terminus annorum 390 peccatorum Israel Ezech. 4. 5. De quibus numeris in

)(2 priore



priore libro distinctis in locis egimus. Horum numerorum accuratam rationem habeat is, qui cum vero ordine & Methodo hoc alligationis negotium & suscipit & tractat.

III. Admirandam illam annorū Iobeleorum & Sabbathicorum *inter se connexionem, temporibus quidem Mosis à Deo primum sancitam, verum ab ordinis Autore sapientissimo ordine cum respectu ad anteriora & posteriora tempora. Quæ dè re tractatum lib. 1. Tit. ... cap. ... Quicunque ergo Annos à mundo bono cum ordine inter se connectit, ante omnia ad ordinatam, non interruptam seriem Annorum Iobeleorum & Sabbathicorum à mundo accurato studio respiciat necessum est.*

In Respectiua *colligatione 1.* Falsæ *connexiones veris rationibus remouendæ.* 2. Vera *euidente Methodo & χρονογραφίᾳ tum monstranda, tum confirmanda est.*

Falsarum *alligationum* duæ *sunt præcipuæ.*

I. Funcciana, *cuius* Ioannes Funccius *primus Autor est, qui ex* Salmanassare & Nebucadnezare *Scripturæ* Nabonassarem & Nabopollassarem *Ptolemai facit, & ex hac falsa suppositione Annos Scripturæ cum Annis Nabonazareis, Olympiadicis, Vrbis, ad nostra vsque tempora connectit. Hanc alligationem solidis argumentis refutauimus lib. 2. Tit. 2. nostræ manuductionis.*

II. Beroaldica, *quam Matthæus Beroaldus nostro tempore primus excogitauit. Hic in ea est opinione cum sectatoribus, nos connexionem Annorum Mundi ad Incarnationem vsque Filii Dei ex solis sacris Bibliis, absque adminiculo profanæ historiæ vel Exoticarum Epocharum habere posse. Hanc ergo colligationem mediantibus L X X. annuis Hebdomadibus Danielis instituunt, quarum terminum à quo faciunt Reuersionem Iudæorum ex Babylonica Captiuitate tempore Cyri, terminum ad quem, Dominicam Passionem.*

Hæc concatenatio, vt vt plausibilis sit, & suos adstipulatores habeat, refutata tamen à nobis est inuictis argumentis, & ex cœlesti motu lib. 2. Tit. 3.

Falsis *ergo colligationibus semotis* Vera *1. euidenter monstranda. 2. firmiter roboranda est, ex cœlesti motu: ex Chronologicis characteribus: ex probatissimis Historicis. Vtramque pro viribus præstitimus in vltimo Titulo posterioris libri, quo beneuolum Lectorem remittimus.*

In hac alligatione accurata circumspectione vel maxime opus est, ne ἀλόγως & tumultuarie Epochas inter se conglutinemus, quod à multis fieri videmus.

I. Solicite videndum, vt vera ratione vnam ex Antiquissimis gentilium Epochis Olympiadica, Vrbis, Nabonazarea (quarum initia priorem Dominicæ Vrbis desolationem præcessere) cum anno exterminii prioris templi colligemus. In quo opere fundamentum positum est totius Chronologici Systematis Artificium à nobis in Nabonazarea Epocha monstratum citato loco.

II. Quia annus ἐγκαινίων Salomonici templi est Sabbathicus (quod suo loco probatum dedimus) dispiciendum accurate, num in subsequente Historia vestigium aliquod appareat Chronologicæ colligationis annorū Sabbathicorum cum Nabonazareis, vt mediante hac connexione, ea, quæ Nabonazareum cum anno exterminii prioris templi Sabbathario connectit, probari, examinari, firmari possit. Data namque vna alligatione, fortis fit regressus in anteriora, progressus in posteriora tempora. Hæ sunt Chronologicæ illæ statuæ, hæ Cynosuræ, quarum beneficio vastum illud & periculosum Chronologiæ pelagus tuto transnauigamus.

III. Hac alligatione Epochæ Nabonazareæ cum Annis mundi instituta, reliquæ exteræ Epochæ cum annis conditus mundi facili negotio colligari possunt. Quæ in re diligenter Ptolemæus legendus, cœlestes Characteres, Eclipses, Planetarum & siderum positus, aliæque obseruationes, quarum hinc inde apud Historicos & Astronomos mentio fit, diligenter euoluendæ. Chronologum enim oportet & bonum esse Astronomum. Et sunt cœlestes obseruationes salutaria illa frena, quæ effrenem illam Chronologicæ colligationis licentiam

centiam optime frenare & refrenare possunt. Hi cœlestes Characteres, cœlestia sunt ligamenta, quæ totam & vniuersalem Chronologici systematis structuram tam sanctè ligant, vt vltima à primis pendeant, media vtrisq; hæreant.

IV. Remora vel impedimenta sacrosanctam hanc alligationem vel retardantia, vel ex parte rumpentia studiosè semouenda, vel ad tempus suspendenda sunt. Cuiu sunt fictitii Autores Annianus, Berosus, Metasthenes, Manetho & eiusmodi farina Autores alii, ab otiosis ingeniis effictì. Seponantur, sequestrentur hi Nothi Autores, cum non modo nihil ad rem faciant, verum & Chronologiæ studium & studiosos mire turbent & perturbent. Occurrunt interdum & particulares difficultates in particularibus Historiis, verum ex iis Vniuersale Chronologicæ colligationis systema concutere & rumpere velle, mera foret vesania. Particulares enim historiæ non sunt regula Chronologicæ colligationis sed contra, Chronologica cum cœlesti motu & adamantinis Characteribus suscepta colligatione regula debet esse particularis Historiæ. Humaniore & conuenientiore via particulares illæ difficultates tractentur, excutiantur, componantur: vel illud τὸ ἐπέχειν ad tempus eligatur, & Vniuersale Chronologicum ligamentum vt inviolabile maneat.

V. Hac Methodo sanctè obseruata, facili labore in verum Natiuitatis Christi annum deueniremus, cuius vestigia in sacris nobis monstrantur. Christus enim natus est viuente adhuc Herode Magno Matth. 2. 1. Annus 30. Saluatoris est 15. Tiberii Imperatoris Luc. 3. v. 1. & 23. (Hic A V. C.) Annus [illegible] Seruatoris habet Characterem plenilunium in feria sexta, qui est annus 4 Olymp. 202. ad finem fere decurrens. Sed ea fusius persequi nostrum non permittit institutum.

Ad vos me tandem conuerto, Viri Magnifici, Clarissimi, Excellentissimi, Vestrisq; Excellentiis hunc meum laborem dedico, consecro. Legite, iudicate. Quis enim melius vobis hoc faceret? Si consensum videro, est de quo mihi gratuler. Si dissensum eundem ad veritatis trutinam appendite, amice de Chronologicis dubiis mecum conferte. Habebitis me in omnibus promptum semper, paratumque.

Scaligeriana sunt quæ propono, sed faciliore ordine & Methodo. In materia namq; tractatione, me totum, quantum potui, ad studiosæ Iuuentutis captum accommodaui, quo sc. illa & gustum haberet huius augustissimi studii, & facili intuitu mutuæ colligationis artificium videret & perspiceret. Fuissent longe difficiliora tractanda: Verum ea partim in aliud reseruamus tempus, partim iis commendamus, qui ex professo hoc studium tractant, eique se totum consecrarunt. Ego ad alia vocatus hoc studium rarius pro tempore tractare possum. Valete in Domino, magni mei Domini, & videte vt dexter Historiæ oculus, CHRONOLOGIA (sinister est Topographia) inuiolatus maneat, quo Historia suam congenitam lucem, VERITATEM, huius oculi beneficio de se spargere possit. Datum Reg. Boruſ. Cal. Sept. Anno Dominico cIↃ IↃ CXVII.

IN OPVS CHRONOLOGICVM

Admodum Reuerendi & Clarißimi Viri

DN. IOANNIS BOHEMII

S.S. Theol. Doctoris, &c.

EST Opus eximium res per sua tempora gestas
Digerere, & mundi per secula currere certo
Ordine, vt intuitu capias ab origine prima
Tempus ad hoc præsens toto quod contigit orbe.
Hæc lux historiæ est ingens, hinc sensibus imis
Historia imprimitur, si quid quo tempore gestum est,
Quove loco constet: Contra confusio rerum
Gestarum mentem impedit, & rapit in labyrinthos.
Verum accurate vt Chronicon sic scribere laude
Dignum opus est: labor, ingenium, solertia mentis
Sic in eo lucent: Sunt rara hæc dona Iehouæ.
Ergo BOHEME tibi, Doctor Clarissime, iure,
Quod tam præclarum nobis è diuite gaza
Mentis opus dederis, debentur præmia laudis;
Laudis in hoc mundo non vnquam intermoriture,
Venturo & tibi erit laus luxque perennis in æuo.

IOANNES WINCKELMAN S.S. Th.
D. in Academ. Giesena primarius Professor, Pastor ac Superintend. & p.t. Acad. Rector.

ALIVD.

OMnia disponit Deus ordine tempora pulchro,
Et decorant mundum tempus & ordo Vagum.
Felix, qui rectè discernere tempora nouit,
Resque suo cunctas ordine cautus agit.
Lux noua scripturis oritur, cum temporis ordo,
Et series rerum congrua percipitur.
Quam seriem doctà monstrans ratione BOHEMVS
Doctor Prutenicæ gloria magna Scholæ,
Dignus laude vir est, viridi cui tempora serto
Ornabit finem non habitura dies.

Τ' ἀνδ'τιερ πολλίω.
BALTHASAR MENTZERVS.

IN OPVS CHRONOLOG.

Admodum Reuerendi & Clarißimi Viri

DN. IOANNIS BEHMII S.S. TH. D. ET PROFESS. CELEBERR. in Academ. Regio Montana, Dn. & amici sui honorandi.

TEMPVS edax rerum, tempus fert omnia: mirum!
Tempore quæ fiunt, tempore lapsa iacent.
Temporis ergo fiet mensura exacta, atauorum
Sæpius vt recolas tempora grata tibi.
Tempora temporibus qui confert BEHMIVS, ecce!
Historicus celebris, Theologus celebris,
Publicitus scriptis his tempora temperat: Autor
Fac DEVS vt vigeat tempus in omne precor.

GREGORIVS HORSTIVS D.Med. Profeß. Primar. & Illustr. sui Archiater Gießæ Hassorum F.

ALIVD.

ANNI hodie cursura suis complebitur horis,
Cum meus Heluicus morte peremtus obit.
Heluicus, Pandora cui rem tradidit omnem
Historia, & dignis vexit ad astra rotis.

Annorum

Annorum hic numeros primaeui ab origine mundi
Duxit in obtutus omnium & ante oculos.
Calculus hic nusquam sese diffindere visus,
Nec potuit solito sequior ire gradu.
Tu nunc Eusebies decus ingens, clare Boheme,
Historiae studio digeris acta sacro.
Causarum & causas addis, cur calculus omnis
Congruat, à Recto nec varicosus eat.
In te nunc totus complebitur ordo, BOHEME;
Et dicat, quisquis viderit istud opus.
Scaliger, Heluicus, Caluisius, atque Bohemus
Sunt hodie Historicae celsa Quadriga rei:
Qua recte vehitur quae res modo cumque per orbem
Gesta, vel à primis condita temporibus.

Giessae 10. Septemb. 1618.

CONRADVS BACHMANNVS Professor.

ALIVD.

SCALIGER, HELVICVS, CALVISIVS, illa Virorum
Nuper ad aethereos Triga recessit agros.
Eleuerat Eusebie, quod vix exacta rotundis
Vllus componat nunc fere secla plicis.
Cui responsa Virum dederat venerabilis ordo:
Nequa tuas maculet tetrica gutta genas;
Viuit in Arctois Vir adhuc celeberrimus oris,
Ipse Chronologici portio clara chori:
Vrbs cui Regalis sedes in Monte BORVSSO,
Audit is & patriae Gloria prima Scholae,
Nempe BOHEMIADES, purae pietatis ocellus,
Qui fulcit veram sedulitate fidem:
Ipse recensitis componit secula fastis,
Ac numeris Vasti dirigit Orbis opus;
Temporis annales recitat secreta Vetusti,
Aptat nodosas Historiaeque plicas;
Is numeros abacis monstrat symplegmate certos
Et laeuore pari, dexteritate pari.
Audiit Eusebie, iuuenique volucribus alis,
Cui leuis implicito Virga dracone viret,
Frondea serta dedit, dicens: pete Prussidos Vrbem
Offer & haec meritis praemia digna comis,
Et dic: Chronologum tua corcula trina BOHEME
Hoc diadema Virens munus habere iubent.

Obseruantiae ergo ludebat
Caelestinus Mislenta Angerburgens. Borussus.

TITVLORVM AC CAPITVM
VNIVERSI HVIVS OPERIS INDEX.

Praefatio, scriptionis scopum, argumentum, & dispositionem continens.

Libri prioris argumentum & Anatomia.

TITVLI ET CAPITA EIVSDEM
Libri Prioris.

TITVLVS I.

Index Titulorum & Capitum.

TITVLVS II.

TITVLVS III.

Ἀνάλυσις Epochæ ab Exodo ad initium structuræ Salomonici Templi.

TITVLVS IV.

TITVLI ET CAPITA LIBRI POSTERIORIS.

Argumentum & οἰκονομία huius libri.

TITVLVS I.

TITVLVS II.

TITVLS III.

CAP.

Index Titulorum & Capitum.

PRÆFA-



PRÆFATIO, SCRIPTIONIS SCOPVM, ARGVMENTVM, ET DISPOSITIONEM CONTINENS.

EXHIBEMVS tibi CANDIDE Lector, tum ipſam alligationem annorum à mundi conditu ad poſterius exterminium Hieroſolymitani templi; tum alligationis modum, de quo per tot ſecula admirandam & pene incredibilem deprehendimus varietatem. Vix enim duos vel tres Chronologos videas, qui in cōnexione annorum à mundo ad *ἐνσάρκωσιν τοῦ λόγου*, tum ad excidium poſterioris templi, inter ſe conſentiant. In hac varia diſſenſione cœpi egomet mecum, cum adhuc in Germaniæ locis ſtudiorum gratia verſarer, dubitare, num aliqua certitudine Chronologicum ſtudium niteretur? Dubitationem exemit Chronologia Clariſſimi quondam Viri, *Sethi Caluiſii*, quam cum Witebergæ primum nonnihil accuratius legerem, vidi diuinam ſtudii firmitatem, quam tantus Vir è tenebris in lucem produxit, primaque cum mediis & vltimis, vltima cum primis concatenauit, non illotis manibus, ſed terram cœlo vniendo: Primus viam monſtrauit Illuſtris vir, *Ioſephus Scaliger*, in aureis ſuis, *de Temporum emendatione* libris, qui à multis carpuntur, à pauciſſimis intelliguntur. Latitat enim in hiſce libris profundum multiformis ſapientiæ domicilium. Diſceſſi tum Witeberga Lipſiam ad Caluiſium, quo cum per totum biennium, vt hoſpes, conuerſatus ſum, cumque ipſo de fundamentali huius ſtudii tractatione contuli. Moræ & ſtudii me non pœnituit, nec dum pœnitet. Animum namque meum iſta iucunditate mirifice refeci, & ab vlceribus variarum dubitationum bonam partem liberaui. Vidi tum, & etiamnum video, tædioſam illam diuerſitatem numerationis annorum à mundi primordio ad tempus *πολιτεύματος* Meſſiæ, hærere in varietate, partim *numerationis annorum à mundo ad excidium Salomonici templi*: partim *ab hoc excidio, ad aduentum vſque Meßiæ*.

PRIOR diuerſitas ex variis fluit principiis.

I. Ex varietate numerationis annorum à mundo ad Cataclyſmum. Hæc varietas inter hodiernos quidē Chronologos non eſt, (niſi quod de vero Diluuii anno, num 1656. vel 1657. ſit, diſputent) fuit tamen olim, & etiamnum hodie in Græcis Eccleſiis, vt monemus in priore libro Titulo 1. cap. 2. Hinc fit, vt Græci & qui Græcos ſequuntur, à mundo ad *ἐνανθρώπησιν τοῦ λόγου* annos 5000. & vltra numerent.

II. Ex varietate opinionum de vero Anno Natalis Abrahæ, de quo egimus lib. 1. Tit. 2. cap. 6.

III. Ex varietate ſententiarum termini à quo 430. annorum commorationis Iſraelitarum in Ægypto. Exod. 12. 40. Galat. 3. 17. de qua varietate tractauimus cap. 7. in prædicto Titulo.

IV. Ex varietate interualli annorum ab Exodo ad fundationem templi Salomonici. Hinc Chronologica diſceptatio de magno illo numero, qui habetur 1. Reg. 6. 1. De hac diſceptatione nonnulla propoſuimus lib. 1. Tit. 3. cap. 6.

V. Ex varietate numerationis annorum Regum Iuda & Iſraelis, vſque ad deſolationem Salomonici templi per Nebucadnezarem, Babyloniæ Regem. De qua re videatur lib. 1. Tit. 4. c. 4. Huic varietatis morbo generalis medela applicari poteſt.

I. Si annos à mundo ad vniuerſale Diluuium ex Moſaica, non vero Græcanica numeratione numerarent. Quod tamen hodiernos Chronologos facere videmus. In eo namque inter illos conſenſus eſt.

II. Si ſepoſitis affectibus, cum bono ordine debitaque humanitate alligationem inſtituerent, & ſequentes hypotheſes amplecterentur.

1. Annos Iobelæos & Sabbatharios ab initio mundi numerandos.
2. Hoſce annos ad Moſen vſque; quin imo & ſequentia tempora, non turbatos.
3. Interuallum Iobelæorum annorum eſſe 40. ſolidorum.
4. Annum exterminii prioris templi fuiſſe annum Sabbatharium, & quidem quartum à celebrato Iobelæo.

Haſce

Hasce hypotheses in priore libro hinc inde confirmauimus Tit. 3. cap. 3. 4. 5. Tit. 4. cap. 5. 6.

POSTERIOR quoque diuersitas ex diuersitate principiorum origioem sumit.

I. Ex varietate alligationis Epochæ *Nabonazarea* ad annos conditus mundi, dum Funcciani ex *Salmanassare* & *Nebucadnezare* scripturæ *Nabonassarem* & *Nabulassarem* vel *Nabopollassarem* Ptolomæi faciunt. Alii id negant. De hac nobili controuersia egimus per totum secundum Titulum posterioris libri.

II. Ex varietate Principii vel termini à quo *LXX. annorum Babylonicæ captiuitatis*, de quo principio ex professo egimus cap. 2. Tit. 2.

III. Ex varietate principii, vel termini à quo & termini ad quem *LXX. hebdomadum Danielis*, dum Beroaldistæ terminum à quo harum hebdomadum figunt ab edicto Cyri, de reducendo populo & ædificanda Hierusalem; termioum ad quem in Dominica passione. Alii hiatum constituunt ab edicto Cyri vsque ad initium hebdomadum Danielis. Hi quoque in hiatu constituendo inter se discordes sunt. Inueniuntur plurimi, qui terminum ad quem harum hebdomadum locant in πυρολογία posterioris templi per Vespasianum. De hac plaue nobili controuersia actum in toto secundo Titulo posterioris libri.

IV. Ex sententiæ diuortio. Beroaldistæ pugnant, nos ex solis sacris absque adminiculo profanorum historicorum integram annorum seriem à Mundo ad Messiæ aduentum in carnem habere posse. Alii contra id negant. Et de hac controuersia citato loco egimus.

Huic differentiæ & contentionis morbo hæc potest adhiberi medela, modo φιλονεικίας symptoma applicatiooem admitteret.

I. Si pertinacia & affectibus sepositis, Funccianam alligationem, præuiis Chronologicis & Characteribus & demonstrationibus, examinarent Chronologi, deprehenderent vtique *Salmanassarem* & *Nebucadnezarem* scripturæ non esse *Nabonassarem* & *Nabopollassarem* Ptolemæi, cum nec nomen, nec tempus, nec locus conueniant.

II. Si attentius & pressius Ieremiam cum Ezechiele legerent, voluerentque, animaduerterent, LXX. annos Babylonicæ captiuitatis non à totali Salomonici templi conflagratione, sed à spontanea Iechoniæ deportatiooe inchoandos. Hæc duo à nobis firmata sunt in secundo Titulo posterioris libri.

III. Si à tempore Cyri, ad passionem & mortem vsque Messiæ, nonnulli Chronologorum sacram historiam, cum cælesti motu, cum Eclipsibus & profana historia conferrent, ab errore semel concepto desisterent, faterique cogerentur, LXX. Hebdomadas Danielis ab edicto Cyri, de reducendo populo & ædificaoda Ierusalem, inchoari non posse.

IV. Et consequenter, nos absolute & simpliciter ex sacris interuallum à mundo ad σάρκωσιν Messiæ habere non posse. De his duobus egimus ex professo in Tertio titulo posterioris libri.

V. Optandum quoque esset, vt Chronologiæ consectores ab exterminio prioris templi ad excidium posterioris, Chronologicos *Sabbathicorum* & *Iobeleorum* annorum Characteres accuratius obseruarent. Annus enim excidii prioris templi est Sabbathicus, Annus præcedens exterminium posterioris templi est Sabbathicus & Iobeleus. Terminus à quo Hebdomadum Danielis inchoandus à Sabbathario & Iobeleo. Hæc est manus illa mercurialis qua ex tenebris dubitationum educimur in almam illam Chronologici studii certitudinem.

VI. Et hoc optaodum, vt Chronologiæ consectores Chronologicos Eclipsium Characteres circa hoc temporis interuallum à Mathematicis obseruatos, ab historicis descriptos sancte obseruarent, Astronomica calculatione adhibita, easdem supputarent, vel ab aliis supputari curarent, ne illotis manibus hæc sacraria violarent. Characteres enim Eclipsium Chronologicam certitudinem firmant: multorum licentiam in colligandis annis frenant & mercuriales statuæ sunt, ad quarum positum Chronologica anoorum colligatio appendenda.

VII. Tandem & hanc morbi particulam Chronologi expurgent, & Nabonazareos annos cum vero intellectu debitaque discretione Iulianis annis applicent. Quanta namque Symptomata hic occurrere soleant, huius studii peritus cum dolore & nausea, & videre & sentire cogitur.

Totam hanc nostram πραγματείαν duobus inclusimus libris.


PRIOR

PRIOR plane facer est, cum interuallum annorum à mundo ad exterminium Salomonici templi ex solis sacris eruat.

POSTERIOR est mixtus, continens veram & fundamentalem connexionem Antiquissimarum gentilium Epocharum *Olympiadica*, *Vrbis*, *Nabonazaræa* ad annos conditus mundi. Hanc connexionem firmamus cœlesti motu, Chronologicis Sabbathicorum annorum Characteribus, tum accurata sacræ cum profana historia collatione, vt vltima à primis pendeant, media vtrisque adhæreant.


Materiem per aliquot annos apud me occultatam nunc accuratius elaboraui, animumque in eadem ex parte sedaui, anxium de dilectissimæ suæ patriæ salute. Sentit mens futuram ruinam propter extremam nonnullorum incolarum ingratitudinem, hypocrisin, cæcitatem, fetæ posteritati (si qua futura est) totaliter exitiosam. *Sit Domine misericordia tua super nos, quemadmodum speraumus in te.*

Lege, Lector beneuole, hasce nostras lucubrationes, debita cum humanitate, errantem mone, lectisque salutariter fruere. Si videro Doctorum calculum, successu temporis alia (in mediis etiam concatenatotum laborum molestiis) Literariæ Reipublicæ communicabo, *de annis Herodis Magni, de vero anno Dominicæ tum Natiuitatu, tum passionis, &c.* Interea in Domino Vale. Regiomont. Boruss. Calend. Augusti, Anno Dominico cIↃ IↃ CXVII.



LIBER

LIBER PRIOR, EIVSQVE ANATOMIA.



LIBER hic, ob meliorem ordinem, in conspicuos iterum titulos siue Indices subdiuidendus est; hi in distincta iterum Capita.

PRIMVS incipiet ab Anno creati Mundi ad vniuersalem Mundi κατακλυσμόν. Index hic sese extendit ad versum vsque 11. Cap. 7. Genes. Mosaicæ.

SECVNDVS rem gestam à diluuio ad Exodum Israelitarum ex Ægypto comprehendet. Hic ad versum 37. Cap. 12. Exodi porrigitur.

TERTIVS concludet tempus historiæ sacræ ab Exodo ad initium vsque Salomonici templi. Hic maximam Exodi partem reliquam; reliquos tres Mosaicos libros; librum Iobi; Iosuam; Librum Iudicum; Ruth; duos priores Samuelis; duo quinque priora Capita prioris Regum; primum Chronicorum; & duo priora Capita posterioris Chronicorum; Psalterium item continet.

QVARTVS includet acta populi Dei ab initio Salomonici templi ad eius vsque exterminium à Nebucadnezare factum. Hic Index seu titulus maximam partem Librorum Veteris Testamenti sibi vendicat; Libros duos Regum, exceptis quinque Capitib. prioris Libri, & nouem versibus vltimi Capitis libri posterioris; Librum posteriorem Chronicorum, exceptis duobus prioribus Capitibus, & duobus vltimis versibus postremi Capitis; Prouerbia Salomonis; Ecclesiasten; Canticum Canticorum; Esaiam; Ieremiam maxima ex parte, exceptis quinque Capitibus, à 40. inclusiue ad 45. exclusiue; posteriore item Capitis 46. parte, à versu 13. ad finem, & versibus quinque vltimi Capitis. Eiusdem Prophetæ Threnos. Ezechielem ad Caput vsq; 32. exclusiue; primum & secundum capita Danielis, Hoseam; Ioëlem; Amos; Obadiam; Ionam; Micham; Nahumum; Habacuc; Zephaniam.

In vltimum hunc annorum mundi titulum incidunt tres celebratissimæ Gentilium Epochæ; *Olympiadica*, *Anni vrbis*, & *Nabonassaraa*; quarum alligatio ad annos mundi vltimo huius libri loco esset expediunda: verum cum librum hunc sacrum nominauerimus, connexionis laborem modumque in posteriorem librum coniiciemus.

TITVLVS PRIMVS.

CAPVT I.

De primo conditi Mundi principio.

I. Hic opinionum diuortium. Plurimi in Vere: Alii in Autumno Mundum conditum statuunt. Mercator fere solus in solstitium æstiuum principium hoc reiicit: Opinio vt singularis, ita solitaria, nullos habens sectatores.

Qui in Vere genitale mundi primordium locant, suas habent coniecturas:

1. *Terra germinauit, Genes. 1. v. 12. E. principium Mundi vernum fuit.*

2. *Ver est naturalis anni principium: Ergo & in id Mundi principium ponendum.*

3. *Aries primum in Zodiaco signum est, & Analogiam quandam cum Capite humano habet.*

II. Arqui rationes, quæ primæuam mundi originem in Autumnum coniiciunt, prægnantiores sunt, quibus & nos calculum damus, sed absque alicuius præiudicio. Sunt autem sequentes:

1. Patriarchæ ante Exodum ex Ægypto Anni initium ab Autumno sumpserunt. Probatur id ex Exodo Cap. 12. v. 2. vbi Deus peculiari sanctione Cap. Anni in Ver reuicit. *Hic*, inquiens, *mensis vobis principium mensium, primus ille vobis esto inter menses cuiusq; anni.* Loquitur autem Deus de mense אביב Exod. 13. v. 4. Cap. 34. v. 18. quem à vere incepisse nemo negat. Verum quid opus hac sanctione, si Iudæis ante Mosen in Ægypto Anni initium Ver fuit? Nonne Dei verba Iudæos à priore Anni Exordio ad aliud manifeste reuocant? At quodnam prisci Anni initium? Autumnus, qui propterea Anni צאת finis vel exitus Exod. 23. v. 16. & תקופת reuolutio, Exod. 34. v. 22. nominatur. Hinc Chaldæis & Ægyptiis, antiquissimis populis, Caput Anni in Autumno fuit, teste Iosepho lib. [illegible] ἀρχαιολογίας Cap. 4. & Chaldaica Paraphrasi in Genes. Cap. 8. v. 14. & 1. Reg. 8. v. 2. At à quibus hi populi hoc anni principium habuerunt? Chaldæi à Patriarchis, qui ibidem habitarunt. Genes. 11. v. 31. Ægyptii partim à Mizraim, Nepote Noe. Genes. 10. v. 6. Ægyptiacæ gentis Conditore; partim ab Abrahamo, teste Iosepho lib. 1. Origin. cap. 9. & priori in Appionem ex Alexandro Polyhistore, & Eusebio lib. 9. præpar. Euang. C. 4. Vnde Patriarchæ? à Noa; Hic à reuerendo Seniorum Collegio, quod diluuium præcessit, & Annos ab Autumno in memoriam primi principii Mundi inchoauit.

2. Idem tacite firmant Anni Sabbathici & Iobelæi, quorum initium diuina

diuina ſanctio in Autumnum coniiciens, in decimum diem menſis ſeptimi Leuit. 23. v. 27. & Cap. 25. v. 9. eos cum initio Mundi pares eſſe voluit, ne ſemeſtre ſpatium ſupereſſet, & ita diuulſio quædam Annorum a condito Mundo fieret, quam DEVM, ordinis Autorem, haud feciſſe veriſimile eſt; præſertim cum anni Sabbathici & Iobelæi μνημόσυνοι fuerint æterni Sabbathi & Iobelæi, ex quo Deus in creatione ad extra quaſi egrediens ſuam bonitatem Creaturis communicando manifeſtauit.

3. Eo inclinant nonnulla veſtigia in Synagogis Iudæorum Antiquiſſimi inſtituti. Lectionarium enim Bibliorum ita diſtributum eſt, vt à poſtremo Sabbatho in menſe תשרי Lectio à primo Capite Geneſeωs inchoëtur.

4. Idem teſtatur Iulius Firmicus Aſtronomus, qui circa tempora Conſtantini Magni vixit; qui lib. 7. Cap. 3. ex priſcorum Ægyptiorum ſententia refert, mundum conditum in poſterioribus partibus Libræ.

5. Sicut ſe habent Crepuſculum & tenebræ ad Auroram & diem, ſic Autumnus cum hyeme, ad Ver & Æſtatem: Atqui in primæuâ Mundi die tenebræ ſeu nox prior fuit luce Gen. 1. v. 2. & 5. Vnde ex collatione probabiliter colligitur, Autumnum & hyemem Vere & Æſtate in primo mundi Anno priores fuiſſe.

III. Ratiocinia, quæ ab alterâ parte proferuntur, leuia ſunt:

Primum: 1. Si abſurdum eſt terram in Autumno germinare, abſurdum quoque erit, Arbores verno tempore fructus, vites vuas proferre potuiſſe: Atqui protulerunt Gen. 1. v. 12. 2. Germinauit terra in Autumno ex diuina potentiâ. 3. Imo & ex cauſa naturali. In Autumno namque terram germinare nihil abſurdi, præſertim ſi locum conſideremus, Paradiſum, regionem meridionalem temperatiſſimam, terram benedictam, plenam vigoris & incrementi, imo ipſum DEI hortum, in quo primæui parentes diſcalceati viuere potuerunt.

Secundum argumentum plane eſt ἀσυλλόγιστον. Quæ namque conſecutio à naturali mundi, iam conditi, principio, ad primum mundi genitale punctum argumentari, quod à Domino totius naturæ, & ita à libero Agête profectum eſt: Naturæ iam conditæ id naturale eſt, ex ſua vi initium à veré ſumere. Hoc ex ſe habet, vt ab efficiente proximo. Secus ſe res habet in primo conditæ naturæ principio, ibi ſola DEI voluntas mundo initium fecit, non Natura, quæ tum nondum extabat. Tertium plane puerile eſt, Arietem pro initio ſignorum Zodiaci ſumere, Aſtronomorum & ita humanum eſt inuentum, quod primum mundi principium minime fecit. Simile ſit iudicium de Analogia inter Arietem & humanum caput, quæ ab Aſtrologis effingitur.

CAPVT II.

Catalogus Annorum à Mundo ad Diluuium.

I. INteruallum hoc à Mundo ad Diluuium ex ſolo quinto Capit. Geneſeωs ducitur, quod ſingulari Dei beneuolentia à Moſe, partim ex diuina reuelatione; partim Maiorum traditione conſcriptum; vt ſciremus interuallum annorum à mundo, ad vniuerſalem mundi κατακλυσμόν: annos ſi numeramus ex Moſe habebimus 1656. qui ex quinto Capite Geneſeωs facile eruuntur.

A condito mundo & creato	Adamo ad Sethum	Anni	130	Gen. 5. v.	3
	Setho ad Enoch		105		6
	Enocho ad Kenan		90		9
	Kenan ad Mahalaleel		70		12
	Mahalaleel ad Iered		65		15
	Iered ad Enoch		162		18
	Enoch ad Mathusalemum		65		21
	Mathusalem ad Lamech		187		25
	Lamech ad Noah		182		28
			1056		
			600		
			1656		

Addantur sexcenti anni Nohæ, quibus elapsis diluuium incepit Gen. 7. v. 6. & 11. emerget interuallum à Mundo ad Diluuium 1656. Annorum.

Rollenhagen in seinen warhafftigen Lügen C. 12.

II. Hunc annorum numerum infirmare quidam conatur, at scopticè. *Nos latet*, inquit, *verum Anni tempus, quo quilibet Patriarcha antidiluuianus genuerit. Non enim verisimile, vno eodemque die omnes Patriarchas genitos: Ergo præcisa totius summa numeratio nos latet.*

Audis fanaticum ingenium, cum Mose congrediens, & annorum seriem in quinto Geneseωs Capite labefactans.

Moses numerum annorum colligere voluit à mundo ad diluuium: Ergo annus quem Moses habet vnicuiq; Patriarchæ natalis est. Fuerit sane quædam dierum & temporis in anno differentia, propterea tamen totius interualli, ratione annorum, certitudo minime infringenda vel labefactanda.


III. Ab hoc Mosaico annorum à mundo ad diluuium numero, ex fontibus hausto recedunt:

I. Græca Biblia, quæ sexcentis & sex annis Mosaicam ex fontibus desumptam numerationem superant. Moses enim numerat annos 1656. contra
2262 græca Biblia annos 2262. Differentia annorum per subtractionem facta est
1656 annorum 606. Causa differentiæ, vitiosa est annorum in multis locis quin
606 ti Capitis Geneseωs additio: 1. Moses 130. Annos Adamo tribuit cum Seth gigneret Genes. 5. vers. 3. LXX. centenarium addunt: ἔζησεν Ἀδὰμ διακόσια καὶ τριάκοντα ἔτη καὶ ἐγέννησε Σήθ. 2. Moses 105. annos Setho tribuit, cum generaret Enoschum, vers. 6. LXX. hic iterum centenarium addunt: ἔζησε Σὴθ πέντε καὶ διακόσια ἔτη, καὶ ἐγέννησε Ἐνώς. 3. Moses Enoscho 90. annos tribuit, cum gigneret Kenan. vers. 9. Græca vero Biblia hic iterum centenarium inserunt: Ἔζησεν Ἐνὼς ἔτη ἑκατὸν ἐνενήκοντα, καὶ ἐγέννησε τὸν Καϊνᾶν. 4. Moses à Kenan ad Malaleelis natiuitatem numerat annos 70. vers. 12. Contra græca Biblia 570. Ἔζησε Καϊνᾶν ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν ἔτη καὶ ἐγέννησε Μαλελεήλ. 5. Moses à Malaleele ad Iaredis natiuitatem, numerat annos 65 vers. 15. Græca Biblia 165. ἔζησε Μαλελεὴλ πέντε καὶ ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν, ἔτη, καὶ ἐγέννησε Ἰάρεδ. 6. Moses ab Enocho ad Mathusalemis μακροβιωτάτου natiuitatem numerat annos 65. v. 21. Græci iterum annos centum addunt: ἔζησεν Ἐνὼχ πέντε καὶ ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν ἔτη, καὶ ἐγέννησε Μαθουσάλα. 7. Moses à Lamecho ad Noæ natiuitatem numerat annos 182. v. 28. LXX. sex annos addunt: ἔζησε Λάμεχ ὀκτὼ καὶ ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατὸν ἔτη, &c. Ergo Græcana annorum in 5. Cap. Genes. supputatio sexcentis & sex annis maior est Mosaica vel Hebraica, vt ex schemate videre.

Schema

Caput II.

Schema græcanicæ numerationis annorum à Mundo ad diluuium.



Ab	*Adamo ad Sethum*	Anni	230
	Setho ad Enoch		205
	Enosch ad Kenan		190
	Kenan ad Mahaleel		170
	Mahaleel ad Iered		165
	Iared ad Henoch		162
	Henoch ad Mathusalem		165
	Mathusalem ad Lamech		187
	Lemech ad Noa		188
	Inde ad annos Diluuii		600
			2262

In hoc interuallo merito hebraicam numerationem, quippe fontem, græcanicæ, vt cisternæ, præferimus: præsertim cum in græcanica per literas numeratione facilis error falsę numerationis irrepere potuerit, partim incuria Librariorum, partim perfidia Iudæorum. Augustinus lib. 18. de Ciuit. Dei, cap. 43. de Septuaginta versione hæc habet: *Si quid est in Hebræo, quod cum Septuaginta interpretatione non congruere videtur, altitudo prophetica ibi credenda est.* Simile quid inuenitur apud eundem Lib. 2. de doct. Christ. Cap. 15. Verum quid quæso propheticæ altitudinis inest, quod numerus Annorum à mundi initio ad diluuium in græcis exemplaribus Mosaicum annis 606. superat? Ita nulla apparet prophetica altitudo in græco Bibliorum codice, dum vitam Mathusalemi annos 14. post diluuium protrahit. Numerat enim græcus codex à Lamechi natiuitate ad diluuium annos 788. Nam Lamech anno 188. genuit Noam, ex græcana numeratione. Anno 600. Noæ, diluuium factum est. Summa à Lamecho ad diluuium, ex Græcorum supputatione anni 788. Atqui idem græcus codex à Lamechi natiuitate ad mortem Mathusalem numerat annos 802. vers. 26. καὶ ἔζησε Μαθουσάλα μετὰ τὸ γεννῆσαι αὐτὸν τὸν Λαμὲχ δύο καὶ ὀκτακόσια ἔτη, &c. Interuallū est 14. Annorum post diluuium. Vbi ergo Mathusalem tempore diluuii hæsit? Non in arca; octo enim animæ rationales tantum in ea erant, 1. Petr. 3. v. 20. Noa cum Vxore, cum tribus filiis & filiorum vxoribus, Genes. 7. v. 7. Hæc causa est, quod Augustinus ipse lib. 15. de Ciuit. Dei, cap. 13. hunc in numerandis annis Mathusalemi locum incuria Librariorum corruptum esse fateatur. Melior ergo Mosaica computatio, ex qua deprehenditur μακροβιώτατον paulo ante diluuium mortuum. A nato namque Lamecho ad natum Noam anni sunt 182. Genes. 5. v. 28. A Noa ad diluuium anni 600. Genes. 7. vers. 6. & 11. qui additi, annos 782. efficiunt, quot Mathusalemum post Lamechi generationem vixisse Moses testatur Genesis 5. versus 26.

Temporarius lib. 2. Chron. demonstrat. p. 128. causam ex coniectura reddit ob quam LXX. numerationem annorum à mundo ad diluuium Mosaica multis seculis maiorem fecerint. Existimat enim LXX. id fecisse in gratiam Ægyptiorum, qui multa annorum millia ante mundi conditum effinxerant. Verum hanc coniecturam Autori defendendam relinquimus.

II. Iosephus, qui à mundo ad diluuium numerat annos 2656. toto millenario addito. Verum nullum dubiū est, Iosephi locum incuria Librariorum

corruptum esse. Reuocat enim suam supputationem ad fontes, sed nihil minus in fontibus est. Deinde singularis annorum apud Iosephum positus cum generali non conuenit. Hanc enim habet annorum ad Diluuium constitutionem.

A creato & nato	*Adamo ad Sethum*	*Anni*	230
	Setho ad Enoschum		205
	Enosh ad Kenan		190
	Kenan ad Mahaleel		170
	Mahalaleel ad Iared		162
	Iared ad Henoch		160
	Henoch ad Mathusalem		105
	Mathusalem ad Lamech		187
	Lamech ad Noam		183
	Inde ad annos Diluuii		600
			2191

Hi anni additi efficiunt 2191. quæ summa cum generali collectione non quadrat.

III. Eusebius, qui in chronicis 2242. annos à mundo ad diluuium numerat, Græcos imitatus. Quanquam 20. annis à græca numeratione dissideat, & à seipso etiam hac in parte dissentiat. Nam specialior annorum in Patriarchis numeratio longe angustior generica collectione. Specialior enim numeratio est annorum 1676. vt ex delineatione apparet.

Eusebiana numeratio.

A creato & nato	*Adamo ad Sethum*	*Anni*	150	NB. 20 *in excessu.*
	Setho ad Enosch		130	NB. 25 *in excessu.*
	Enosch ad Kenan		70	
	Kenan ad Mahalaleel		90	
	Mahalaleel ad Iared		40	NB. 25 *in defectu.*
	Iared ad Enoch		162	
	Enoch ad Mathusalem		65	
	Mathusalem ad Lamech		187	
	Lamech ad Noah		182	
	Inde ad Diluuium		600	
			1676	

Omnes ergo numerationes à mundo ad diluuium, in Græcis Bibliis, Iosepho & Eusebio, partim iniuria temporum, partim incuria scriptorum corruptæ. In vera ergo annorum mundi ad diluuium numeratione Chronologi bene faciunt, dum Mosaicam, quippe diuinam & Canonicam, numerationem sequuntur, & à mundo ad diluuium numerant Annos 1656.

CAPVT III.

De modo numerationis in annis Patriarcharum ante Diluuium.

ANnos absolutos seu completos intelligimus. Quando ergo dicitur, Adamum fuisse 130. annorum cum gigneret Sethum, centesimum trigesimum finientem intelligimus, ita vt centesimus trigesimus primus

primus Adami ſit primus Sethi. Eadem cōditio eſt in numeratione annorum reliquorum Patriarcharum ante diluiuum: Id quod loco clauſulæ hoc loco admonendum erat.

TITVLVS SECVNDVS.

CAPVT I.

Num Anno Mundi 1656. abſoluto, vel currente diluuium cœperit.

HIc in diuortium itur. Alii ineuntem; alii contra abſolutum intelligunt. Vtrique ſuas habent rationes.

Qui ineuntem volunt, mouentur his argumentis:

1. *Ex Moſe deſumunt, qui teſtatur, In anno ſexcenteſimo Noë ſe omnes fontes magna abyſſi aperuiſſe.* Gen. 7. ℣. 6. & 11.

E. fuit annus ſexcenteſimus Noa currens, non abſolutus.

2. *Noa vixit poſt diluuium annos* 350. Gen. 9. ℣. 28.

E. neceſſum eſt, annum Diluuii in annum Noa 599. *abſolutum &* 600. *currentem incidiſſe; alias ſequeretur id abſurdum, Noam* 951. *annos vixiſſe. Verum id contra Moſen.*

Contra, qui abſoluto ſexcenteſimo Noæ anno, & ſexcenteſimo primo ineunte diluuium incepiſſe dicunt, prægnans argumentum habent priora duo præponderans:

Moſes Mathuſalemo 782. annos abſolutos tribuit poſt Lamechi generationē Gen. 5. ℣. 26. Atqui ſi Diluuiū cepit ſexcenteſimo anno Noæ incipiente; ſequeretur, Patriarcharum μακροβιότητων annos tantum 781. poſt Lamechi generationem vixiſſe.

Aſſertionem probo: A Lamechi initio ad Noæ anni 152. Gen. 5. ℣. 28. Adde ſexcenteſimum annum ineuntem Noæ, quo ex priorum opinione Diluuium cœpit, emergent tantum 781. abſoluti anni: Atqui 782. ſolidi anni Mathuſalemo poſt Lamechi ortum dandi: Diluuii ergo annus in ſexcenteſimum annum Noæ completum coniiciendus, niſi Mathuſalemum Diluuio ſubmerſum dicere quis velit.

Sed quid ad prioris rationis ratiocinia?

Prius infirmum eſt. Quid enim vſitatius eſt ſcripturæ ſacræ & profanæ q̄ rem geſtam in hoc vel illo anno factā affirmare, & per illum annum completum intelligere. 1. Reg. 6. ℣. 1. Ier. 52. ℣. 28. 29. Et ita Noa filius fuit ſexcentorū annorū ipſo Diluuii anno, optime. Nam ſexcenteſimus primus currebat. Tot autem annorum dicimur, quot compleuimus, non connumerato eo, qui inſtat. Et ita ſemper optimi ſcriptores omnium idiomatum loquuntur. Scribunt Hiſtorici, Auguſtum Imperatorem natum fuiſſe annos vndeuiginti, cum Iulius Cæſar interficeretur. Atqui currebat ei annus vigeſimus. Bene: annorum namque vndeuiginti eſt is, cui annus vigeſimus currit; bimulus puer, cui tertius.

Ad poſterius dicimus, Moſen in Gen. 9. ℣. 28. phraſi, *poſt Diluuium,* incluſiue, non excluſiue vti.

CAPVT II.

In quod Anni tempus Diluuii initium locandum?

I. Hic iterum dissidium: Alii in ver; alii in Autumnum coniiciunt: Illi his nituntur fundamentis:

1. *Quicunque nullum aliud habet anni principium quam à Vere, eum necesse est inde initium anni sumere.*

Moses nullum aliud habet anni principium, quam à Vere:

E. necesse est, inde initium anni sumere. Et per consequens, secundus mensis, quo diluuium cœpit, Gen. 7. v. 11. proximus fuit à primo mense verno.

2. *Quæcunque opinio confusionem Chronologicam ab Exordio mundi ad ingressum populi* DEI *in terram benedictionis introducit, ea reiicienda:*

Opinio, quæ diluuii initium in Autumnum coniicit, talis est:

Ergo.

Assumptum probatur: *quis enim certus esse potest de annorum numero ad Exodum, si aliud initium annorum Patriarcharum & diluuii tempore constituatur?*

3. *Sententia absurditates fouens, non amplectenda:*

Quæ Autumnum diluuii initium constituit, eiusmodi est: Ergo. Minor probatur: *Si in Autumno diluuium cœpit: Ergo elapso anno in fine Autumni Noa arca egressus est. Erat enim 27. dies secundi mensis Gen. 8 qui παχυλῶς ad æquinoctiũ eius temporis directum in Decembris initium cadit. Ex quo alterutrum sequitur: 1. Noam se suosque cum animantibus, si non integrum annum, maximam certe partem, ad tempus vsque nouarum frugum sustentasse: fœturam animalium, maxime volucrum, gallinarũ, hirundinum, ouium & aliorum, ob frigoris inhumanitatem, in sextum vsq; mensem dilatam fuisse. 2.* DEVM *nouo modo, in extremitate Autumni gramina & alios fructus, vsui hominum & animantiũ necessarios protulisse, & animantia in fœtura per hyemem non sine miraculo conseruata. Prius non habetur in Mose, imo eius contrarium. Nam Gen. 8. v. 19. testatur Moses, bestias, reptilia, volucres in familiis suis arca egressa, & per hunc egressum à Noa secessisse. Posterius videtur impium, noua miracula absq; scriptura fingere.*

Posset addi quartum argumentum desumptum *ab Autoritate*: Nihil enim vulgatius hodie hac opinione, diluuium in Vere incœpisse.

II. Contra qui diluuium in Autumnum coniiciunt, probabiliores habent assertionis rationes, & in sacris fundatas, quibus & nos, sed absq; præiudicio & alterius acerbitate, subscribimus.

1. *Si anni initium Patriarcharum temporibus ante Exodum in Autumno fuit, necesse est diluuii initium in Autumnum coniiciendum:*

Atqui Patriarcharum temporibus ante Exodum anni initium in Autumno fuit:

Ergo. Maioris consecutio per se firma est. Moses enim Historicum agens, res antiquis temporibus gestas ad illius temporis rationem applicare voluit.

Assumptum superius in primo titulo C. 1. confirmatum est.

2. *Quicunque Autumnum in ciuilium rerum gestarum notatione pro anni initio habet, eum necesse est & diluuium, rem in toto mundo gestam, ab Autumno inchoare:*

Moses Autumnum in ciuilium rerum gestarum notatione pro ciuilis anni initio habet: Ergo.

Minor iterum superius in primo titulo ex Exod. 23. v.16. & 34. v. 22. firmata est. Certum autem est, anni initium, quod Exodi tempore à Mose in Ver ex diuina ordinatione traditum fuit, fuisse mere sacrum, ob sacrū finem ordinationē festi Pasæ, Pentecostes, Tabernaculorum, institutū. Alias Autumnus vel septimus mensis fuit initium Ciuilis anni. Hinc annorū Sabbathicorum & Iobelæorum initium ab hoc mense sumpsit, Leuit. 25. v. 9. E. septimus mēsis tubarum clangore proclamabatur, Leu. 23. v. 24. Quid causæ: tum vt præmoneretur populus, inde incipiendum esse ciuilem annum emptionum, venditionum, seruitutis, remissionis terræ, Iobelæi: tum vt ad gratiarum actionem adduceretur, propter beneficia superiori anno accepta, & abnegando peccata sua compararetur ad remissionem consequendam proxime venturo solenni Expiationis die, qui fuit decimus septimi mensis, Exod. 30. v. 10. Leuit. 26. v. 34. c. 23. v. 32. & seq.

3. DEVS, *vt ordinis & temporis Autor est, 1. Cor. 14. v. 33. ita & mediis iusto ordini subseruientibus, vt plurimum vtitur. Quidni ergo & in diluuio? Licet enim id vt omnipotentis diuinæ iustitiæ effectum est, negari tamen non potest, naturalia media ad primi mundi submersionem à* DEO *adhibita. At quæ ista? Ruptio omnium fontium abyssi magnæ, reseratio Cataractarum cæli, & continua per 40. dies pluuia.*

Quo Anni tempore hæc fieri solent? Autumnali & hyemali, in locis præcipue meridionalioribus. Quidni ergo & Deus hisce mediis tempori conuenientibus fuisset vsus? Contra, si annus diluuii à Vere incœpit: Ergo initium diluuii incidisset in finem Maii, cōtinuæ pluuiæ in mediam æstatem coniicerentur, earum cessatio in Autumno & hyeme fuisset facta. Hac confusione Deum in diluuio vsum non facile dixerim.

4. *Accedit testimonium Iosephi & Thargum Ionathanis Ben Vzelis. Ille lib. 1. Ἀρχαι. Cap. 4. in historia diluuii hæc habet:* Συνέβη ἔτι τὸ πάθος *(contigit hæc vastitas,* κατὰ τὸ ἑξακοσιαστὸν ἔτος ἤδη Νώχου *Anno ætatis Noæ sexcentesimo)* μηνὶ δευτέρῳ *(mense secundo;* Δίῳ μὲν ὑπὸ Μακεδόνων λεγομένῳ *(qui Dius à Macedonibus nominatur)* Μαρσουάνῃ δὲ ὑπὸ Ἑβραίων *(ab Hebr. Marschuane)* οὕτω γὰρ Αἰγύπτῳ τὸν ἐνιαυτὸν ἦσαν τεταχότες *(sic enim Aegypti distinxerant annum)* Μωϋσῆς δὲ τὸν Νισὰν (ὅς ἐστι Ξανθικὸς) μῆνα πρῶτον ἐπὶ ταῖς ἑορταῖς ὥρισεν *(Moyses autem mensem Nisan (qui est Xanthicus) mensem primum in suis festis ordinauit)* κατὰ τοῦτον ἐξ Αἰγύπτου τοὺς Ἑβραίους προαγαγών *(quod per hunc Hebræos ex Aegypto eduxisset)* οὗτος δὲ αὐτῷ, καὶ πρὸς ἁπάσας τὰς εἰς τὸ θεῖον τιμὰς ἦρχεν *(eundem etiam omnium, quæ ad rem diuinam pertinerent, exordium fecit)* ἐπὶ μὲν τοί γε πράσεις καὶ ὠνάς, καὶ τὴν ἄλλην διοίκησιν τὸν πρῶτον νόμον διεφύλαξε, *alioquin quoad nundinationes rerum venalium, & reliquam dispensationem annis attinet, pristinam legem seruauit i.e. vetustius anni primordium ab Autumno retinuit.)*

Hic, Ionathan, Mosis verba Gen 8. v. 14. *(mense secundo, 27. die illius mensis exaruit terra)* ita exponit: *In mense Marchesuan, 27. die mensis siccata est terra.* At mensis Marchesuan vel Marsuane octauus à Vere. Idem Ionathan in sua paraphrasi locum 1. Reg. 8. vers. 2. simili fere modo explicat. Textus Ebræus sic habet: *Conuenerunt ad Regem Salomonem vniuersus Israel in mense Ethanim, in solenni die, ipse est mensis septimus.* At Paraphrastes ita: *Congregati sunt ad Regem Schelomo omnes homines Israel in mense, quem veteres vocabant [illegible] ראשון primum, in festiuitate, & nune ipse est mensis שביעאה septimus.* Adiungo his Iudæos ad vnum omnes, id vnanimi consensu confitentes.

III. Re-

III. Restant prioris opinionis rationes refutandæ: Primæ rationis Minor manifeste falsa est. Nam iam ante probatum est ex Exod. 23. v. 16. & Cap. 34. vers. 22. Mosen septimum mensem a vere, finem & reuolutionem anni nominare.

In secunda ratione manifestus est Elenchus non causæ. Occultatio duplicis initii annorũ Mosaicorum confusionem quandam chronologicam pareret. Atqui duplex illud initium in Mose nobis manifestatum. Nihil ergo confusionis inde sequitur.

Ad tertiam rationem dico, ista quæ colliguntur absurda, nulla esse: 1. Num isti pugnatores cum Noa collocuti sunt, quantum ei, cum arca egrederetur, commeatus superfuerit? 2. Nonne animantia carniuora, maxime voracia innumeram Cadauerum, diluuio submersorum, multitudinem habuerunt, quibus vescerentur? 3. Nonne feræ in montibus tãta illuuione irrigatis, & in quintum iam mensem siccis (quia primo die decimi mensis iuga montium nudata sunt, Gen. 8. v. 5.) & à solari calore fœcundatis, viuere potuerunt? Idem & de auibus esto iudicium. Exiguum domesticarum bestiarum numerum, quomodo Noa aluerit, nostrum non est anxie inquirere, nec conuenit, nisi rei rationes ab ipso DEO repetere velle videamur. De animãtium fœtura hac ratione ad tempus dilata, quod obiicitur, id nihil habet roboris. Esto, dilata sit ad tempus: quid tum? Ergone fame Noa cum familia periisset? Adhæc si animantum fœtura apud nos in media datur hyeme: Quidni & in loco longe meridionaliori?

Quarta ratio ab Autoritate ita est comparata, vt Iosephi & aliorum autoritas, quæ pro nobis militat, illam autoritatem, quippe minorem, obiiceret.

CAPVT III.

De forma Anni, Patriarcharum temporibus, ante & post Diluuium.

FVit annus non Lunaris, sed fere solaris, 12. mensium τριακονθημέρων, id est, tricenorum dierum, quibus in fine addebantur 5. dies ἐπαγομέναι. Annus hic fuit vetustissimi instituti, qui, quia per Patriarchas in Ægyptum venit, Ægyptius nominatus est. De quo ita Herodotus in Euterpe: *Αἰγύπτιοι τριηκονθημέρους ἄγοντες τοὺς δυώδεκα μῆνας, ἐπάγουσι ἀνὰ πᾶν ἔτος πέντε ἡμέρας. Aegyptii numero 30. dierum, quibus 12. menses taxant, adiiciunt quotannis quinos dies.* Annus ergo fuit 365. dictum. Qualem annum Chaldæi, Persæ, Armenii cum Ægyptiacis olim habuerunt, & hodie adhuc Persæ. Hinc Q. Curtius lib. 3. de priscis Persis: *Magi proximi patrium carmen canebant. Magos 365. iuuenes sequebantur puniceis amiculis velati, diebus totius anni pares numero.*

Eiusmodi annum Patriarchas ante & post diluuium habuisse, ex historia diluuii colligimus. Diluuium incœpit die 17. secundi mensis, Gen. 7. v. 11. Ab hoc diluuii initio vsque ad vndarum decrementum sunt dies 150, Gen. 7. v. 24. & cap. 8. v. 3. quos cum 17. die septimi mẽsis finitos, Moses testatur, v. seq. Ergo à 17. die secundi mensis, ad 17. septimi, effluxerunt 150. dies, qui diuisi per 30. quinq; menses tricenorũ dierũ constituunt: si quinque mensibus dies triceni adscribuntur, consequitur & reliquos septem tot dieb. decurrisse. Nulla. n. causa proferri potest, cur reliquorum mensiũ dispar quantitas fuerit, quam illorum quinq;, quotũ dies à Mose numerantur.

Patri-

Patriarcharum ergo annus minime fuit Lunaris; hic enim 354. tantum est dierum & horarum 9. fere: Ille 360. dierum quibus in fine addebant 5. dies ἐπαγομένας, vt eorum annus quam proxime ad Solarem & nostrum Iulianum accederet. Quanquam minor fuerit Solari horis quinq; & 419. Iuliano 6. horis. Hæc ratio dierum ἐπαγομένων adiectarum ad annum æquabilem 360. dierum semper apud antiquissimos in Oriente populos obseruata fuit, quã dubio procul à Patriarchis horum populorum tum informatoribus, tum fundatoribus didicerunt. Scaliger lib. 3. de temp. emend. ex historia diluuii existimat dies illas ἐπαγομένας hoc modo demonstrari posse. Die primo mensis decimi, id est, 271. die à capite anni, iuga montium nudata sunt, Gen. 8. v. 5. 40. diebus post, id est, die 311. ab anni principio emittit coruum vers. 6. quem libere ire, redire permisit, donec aquæ omnino exsiccatæ fuissent. Postea emittit columbam. v. 8. quantum temporis spacium intercesserit inter corui & primam columbæ emissionem, Moses non habet. Nonnulli, magni quoque viri, coniiciunt, 40. dies effluxisse, hos addunt ad 311. fiunt 351. dies. Post primam columbæ emissionem exspectat Noa 7. dies, tum secundo illam emittit, v. 10. post alios septem dies, tertio, Gen 8. v. 10. & 12. Hi 14. dies additi ad 351. producunt 365. dies. Bona quidem computatio; verum minus firmum est interuallum 40. dierum inter corui & primam columbæ emissionem, quin imo hoc διάστημα contra Mosis mentem esse videtur. Nam Moses Genes. 8. v. 10. ait: Noam post primam Columbæ emissionem *alios* septem dies exspectasse. Vox, ALIOS, manifeste innuit, inter corui & primam columbæ emissionem 7. dies, non 40. interuenisse.

Quicquid autem sit, nullum dubium ad 360. dies, vel 12. menses æquabilium dierum, quinque illos dies ἐπαγομένας à Patriarchis additos, licet nullum illius rei manifestum vestigium in Historicorum Oceano reperiatur. Sat nobis indicii, vetustissimos populos, Chaldæos, Persas, Ægyptios & alios hanc anni formam habuisse.

III. Idem & de horarum intercalatione dicendum, quam necessario factam fuisse omnino credendum est, nisi ingentem annorum confusionem à mundo ad diluuiũ introducere, imo vnius anni iacturã experiri velimus. At quis intercalationis modus? Altum de ea in scriptura silentium. A posteriore colligitur, Patriarchas decursu 120. annorum, integrum mensem tricenorum dierum intercalasse. Anni initium ad primum terminum reuocasse, & ex mobili immobilem fecisse. Nam 120. annis Ægyptiacis 30. dies addendi, vt ad iustam anni Iuliani magnitudinem accedant. Hanc intercalationẽ apud Priscos populos videmus, Persas, Chaldæos, Ægyptios, quanq̃ ratione temporis in intercalatione differãt. Ægyptii circa Caniculę ortum illũ mensem intercalarunt. Hinc primus Ægyptiorũ mensis Thot à cane nomen habet. Eiusmodi annus factus est tredecim mensium τριακονθημέρων & quinq; dierum ἐπαγομένων, seu dierum 395. Annus hic à Persis nominatus est Mensis magn*, ad differentiã magni anni, in quo duodecies intercalabatur, quod fiebat decursu annorum 1440. Et ad hos 120. annos dubio procul respexit DEVS Gen. 6. v. 3. dum primo mundo pœnitentiã prorogat ad 120. annos, qui numerus dubio procul Patriarchis, ob solitam mẽsis intercalationem, seculum dedit. Hæc intercalatio successu temporis, ob humanæ vitæ breuitatem intermissa est, & annus ille Patriarcharum & priscorum Ægyptiorum, ob intercalationem, immobilis, in mobilem Ægyptiacum degenerauit, ad quem Ptolemæus æram Nabonazaream, de qua suo loco, computauit. Inde anni Nabonazarei, *anni Aegyptiaci vagi*, nominati sunt.

CAPVT

CAPVT IV.

De vero Anno Arphaxadi.

ARphaxad natus est anno centesimo: Semi absoluto, centesimo primo ineunte, biennio post diluuium, Gen. 11. v. 10. Iosephus lib. 1. Antiq C. 7. anno diluuii non exclusiue sed inclusiue sumpto; quod probe hoc in loco notandum est, contra multos Chronologos, qui primum Arphaxadi annum in 1660. labentem coniiciunt. Primus ergo Arphaxadi annus incidit in absolutum annum mundi 1658. ineuntem 1659. At vnde hoc sciri potest, Mosen in hoc biennium diluuii annum includere? 1. quia & supra Cap. 9. v. 28. simile quid Moses fecerat, vt Cap. 1. huius tituli probatum est. 2. Quia annus Exodi bis millesimus quadringentesimus, quinquagesimus tertius ob infallibiles characteres (de quibus suo loco) de sua sede sese dimoueri non patitur. Atqui dimoueretur, & in annum mundi 2454. traiiceretur, si quis annum diluuii ob hoc Mosaico biennio excluderet. Quod ita probatur: Anno mundi 1657 *κατακλυσμὸς* finitus. Anno 292. post diluuium nascitur Abraham, vt sexto capite probabitur, ex Genes. 11. Abraham anno ætatis 75. Deo monente Haran egreditur Genes. 12. v. 4. Ab hoc anno Abrahæ annos 430. peregrinationis filiorum Israel in Ægypto sumendos, in sequentibus probabitur. Hi anni additi, annum Exodi faciunt 2454. à mundi conditu. Atqui hic annus mundi non est genuinus Exodi, sed antecedens, vt suo id loco demonstrabitur. Relinquitur ergo anno diluuii præsens biennium includendum esse.

CAPVT V.

De numeratione annorum Patriarcharum post diluuium ad Abrahamum vsque, secundum Mosaicam veritatem, & reliquorum falsitatem.

I. Ab anno diluuii ad initium Abrahæ anni sunt 292. Hunc numerum ex posteriore parte 11. Capitis Genes. Mosaicæ ita venamur.

Sem	*genuit*	*Arphaxad*	*Anno à diluuio*	2	*Genes. 11. vers.*	10
Arphaxad		*Salah*		35		12
Salah		*Eber*		30		14
Eber		*Peleg*		34		16
Peleg		*Regu*		30		18
Regu		*Serug*		32		20
Serug		*Nabor*		30		22
Nabor		*Thara*		29		24
Thara		*Abraham*		70		26
				292		

II. Cum hac Mosaica Collectione conuenit & Iosephus, in generico annorum à diluuio ad Abrahamum positu. Sic enim ille lib. 1. Antiq. Cap. 7. *Abraham fuit decimus à Noa, & natus est post diluuium anno secundo supra* 290. At specialis in Iosepho numeratio triennio à Mosaica numeratione & generali ipsius Iosephi collectione discrepat. Causa ea est, quod in numeratione anno-

annorum Peleg & Serug quadriennio in excessu, in numeratione annorum Nahor vno anno in defectu aberret.

Sem	*genuit*	*Arphaxad*	*Anno à Diluuio*	2	
Arphaxad		*Salah*		35	
Salah		*Eber*		30	
Eber		*Peleg*		34	
Peleg		*Regu*		32	NB. 2 *in excessu.*
Regu		*Serug*		32	
Serug		*Nahor*		32	NB. 2 *in excessu.*
Nahor		*Thara*		28	NB. 1 *in defectu.*
Thara		*Abraham*		70	
				295	

III. A Mosaico hoc annorum numero, græcanica versio, quæ hodie extat, iterum ingenti hiatu secedit, annos à Diluuio ad initium Abrahæ numerans 1072. Sic enim illa versio Genes. 11. v. 12. ἔζησεν Ἀρφαξὰδ ἑκατὸν τριάκοντα πέντε ἔτη, καὶ ἐγέννησε τὸν Καϊνᾶν (*vixit Arphaxad 135. annos, & genuit Kainan*) v. 14. ἔζησε Καϊνᾶν ἑκατὸν καὶ τριάκοντα ἔτη καὶ ἐγέννησε τὸν Σαλά (*vixit Kainan 130. annos & genuit Sala*) & eodem versu: ἔζησε Σαλὰ ἑκατὸν καὶ τριάκοντα ἔτη, καὶ ἐγέννησε τὸν Ἔβερ (*vixit Sala 130. annos & genuit Eber*) vers. 16. ἔζησεν Ἔβερ ἑκατὸν τριάκοντα τέσσαρα ἔτη, καὶ ἐγέννησε τὸν Φάλεκ (*vixit Eber 134. annos, & genuit Peleg.*) vers. 18. ἔζησε Φάλεκ ἑκατὸν τριάκοντα ἔτη, καὶ ἐγέννησε τὸν Ῥαγαῦ. (*vixit Peleg centum triginta annos & genuit Regu.*) vers. 20. ἔζησε Ῥαγαῦ ἑκατὸν τριάκοντα καὶ δύο ἔτη, καὶ ἐγέννησε τὸν Σερούχ. (*vixit Regu 132. annos, & genuit Serug.*) vers. 22. ἔζησε Σεροὺχ ἑκατὸν τριάκοντα ἔτη, καὶ ἐγέννησε τὸν Ναχώρ. (*vixit Serug 130. annos, & genuit Nahor*) vers. 24. ἔζησε Ναχὼρ ἔτη ἑβδομήκοντα ἐννέα, καὶ ἐγέννησε τὸν Θάῤῥα. (*vixit Nahor annos 79. & genuit Thara.*) Ad hanc græcanicam collectionem si addas annos duos post Diluuium, quo Arphaxad natus, & septuaginta, quo Abraham, emergit numerus Annorum 1072. vt ex sequente delineatione patet.

Græcanica collectio Annorum mundi à Diluuio ad Abrahamum.

Sem	*genuit*	*Arphaxad*	*Anno*	2
Arphaxad		*Cainan*		135
Cainan		*Salah*		130
Salah		*Eber*		130
Eber		*Peleg*		134
Peleg		*Regu*		130
Regu		*Serug*		132
Serug		*Nahor*		130
Nahor		*Thara*		79
Thara		*Abraham*		70
				1072

IV. Hæc Annorum exuberantia orta est, partim ex insertione Patriarcharum, partim additione numerorum ad reliquos Patriarcharum annos. Inter Arphaxadū & Salah interponitur Cainan, quem Moses non habet Genes. 10. 24. c. 11. 12. nec prior liber Chron. c. 1. 24. Quo fato hic Cainan irrepserit, ignotū est. A Luca c. 3. 35. idem hic Cainan inter Arphaxadū & Salah medius sistitur. Quanquam in vetustissimus quibusdā græcis exemplarib.

hic Cainan in Luca non habeatur, vt inde coniecturæ locus sit, hunc Cainā in Lucā, Librariorū incuria irrepsisse ex Græca versione, quæ & ipsa varias iniurias tum ab indoctis, tum à maleuolis passa erat. Reliquis Patriarchis omnibus, excepto Arphaxad, Nahor & Abraham, adiicitur numerus centenarius. Nahor quinquaginta anni adduntur. Hinc ingens illud annorum a Mose dissidium.

Græcanicam hanc numerationem & Eusebius bonam partem sequitur, nisi quod toto centenario à græcanica differat, & à Diluuio ad Abrahamum annos 1172. numeret. Causa ea est, quia ad annos Arphaxadi centum annos addit. Sic enim habent Eusebii verba: *Arphaxad cum esset annorum 235. genuit Cainan.* In reliquis cum græcanica numeratione conuenit. Verum idem Eusebius in generica collectione à speciali dissentit. Nam in generico positu colligit annos 1720. Sic enim ille ait: *Ab anno Diluuii vsque ad natiuitatem Abrahæ fuere anni M. DCC. XX.* Cum tamen in speciali numeratione annos tantum 1172. habeat. Nullum ergo dubium, Eusebium, Iosephum, græca Biblia, & in hoc annotum positu iniuria temporum & incuria, vt & ignorantia Librariorum & exscriptorum corrupta. Verum in hac turbatione cisternarum, limpidum Mosis fontem sequamur: Nam; *Dulcius ex ipso fonte bibuntur aquæ.*

CAPVT VI.

De vero Anno Natalis Abrahæ.

I. DIGNVM omnino est, vt verum & genuinum annum natalis Abrahæ ex Mose venemur. Nam inde reliqua annorum ad Exodum vsq; dinumeratio dependet. In venatione vero anni genethliaci Abrahæ in biuium itur: Alii septuagesimo anno parentis Tharæ Abrahamum natum pugnant, id est, 292. post Diluuium. Hanc sententiam defendunt Iosephus lib. 1. Origin. cap. 7. Patres primitiui ad vnum omnes; hodie Chronologi fere omnes. Nonnulli 130. anno parentis, id est, 352. post Diluuium. Hāc sententiam defendūt Iudæi, Lyra, Matthæus Beroaldus, lib. 3. Chronolog. c. 2. Tremellius cum Iunio in Bibliis. Codomannus in Annalibus sacræ scripturæ. Iohannes Temporarius in lib. Chronolog. demonst. Paræus in oratione habita Heidelbergæ in promotione Doctoris Cligneti.

Hi sequentes habent opinionis rationes.

1. *Idque principale, ex Stephani verbis desumunt, Actor 7 v 4. DEVS transtulit Abrahamum in terram Chanaan* μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν πατέρα αὐτοῦ.

Ergo post Parentis demum mortem in Chanaan translatus est.

Exinde sequitur, Abrahamum anno 70. parentis non esse natum, ex hoc fundamento. Thara vixit annos 205. Genes. 11. v. 32. Abraham exiit Harane & venit in terram Chanaan Anno ætatis suæ 75. Genes. 12. v. 4. Si Abraham Anno parentis 70. natus: Ergo Harane secessit & in Chanaan venit anno parentis 145. Atqui hoc contra Stephanū. Ergo Abraham non 70. sed 130. parentis sui natus, & ita 75. Abrahæ in annum Tharæ emortualem cadit.

2. *Ex absurdo depromunt. Ex communi Hebræorum sententia Sara filia est Haranis, fratris Abrahæ, alio nomine Iisca dicta Genes. 11. v. 29.*

Atqui Sara decennio tantum minor fuit Abrahamo, Genes. 17. v. 17.

Ergo Abraham Tharæ primogenitus esse nequit.

Inde

Inde namque sequeretur Haranem vix annos octo natum genuisse. Annu.

. *Tharæ mors Abrahæ profectioni ex Haran præponitur, Genes. 11.* ℣. *3* *Ergo Tharæ ante Abrahæ secessionem ibidem mortuus, & consequenter, Abraham anno parentis septuagesimo non est natus.*

II. Contra, qui septuagesimo anno ætatis Tharæ Abrahamum natum dicunt, & ita parentis primogenitum faciunt, longe probabiliores habent rationes quibus & nos subscribimus.

1. Impossibile est Historicum optimum maximum scrupulose diuersos ætatis annos Abrahæ numerantem, septuagesimum quintum, Gen. 12. ℣. 4. octuagesimum sextum, Cap. 16. ℣. 16. nonagesimum nonum, Cap. 17. ℣. 24. centesimum, Cap. 21. ℣. 5. centesimum septuagesimum quintum, Cap. 25. ℣. 7. imo reliquorum Patriarcharum annos post Diluuium Abrahæ causa annotantem, verum annum natalis Abrahæ in dubio reliquisse; à quo reliqui, vitæ Abrahamicæ, & Chronologicæ telæ, anni, toti pendebant.

2. Moses vt vnicus, ita exactissimus est historicus, qui mundi annos ad occupatam terram Chanaan præcise & summo cum studio annotauit.

Atqui si Abraham anno ætatis Tharæ 70. non est natus, sequitur Mosen nobis non reuelasse verum natiuitatis Abrahæ annum. Ex loco namq; Stephani nequaquam exacte haberi potest, Abrahamum anno 130. ætatis Parentis (vt quidam volunt) natum, cum in verbis Stephani nullibi addatur, Abrahamum *illo ipso anno* quo parens mortuus, ex Haran in terram Chanaan migrasse.

3. Abrahamo vt insolens & miraculi instar videtur, anno 100. ætatis filium gignere, Gen. 17. ℣. 17. Quid opus fuisset hac admiratione, si parens 130. anno eum genuisset?

Quod enim Paræus dicit, Abrahami admirationem, non tam ad se, quam Saræ sterilitatem nonagenariam referendam, nihil est, hæc enim admiratio ad vtrumq; referenda, vt textus Mosaicus manifeste loquitur.

4. Si Abraham anno ætatis 130. Tharę demū genitus, & ita 60. anni à mundo in Chronologicum computum infererentur; næ confusio fieret annorum Sabbathicorum & Iobelæorū, quos tamen Deus ordinis Autor, ita post Exodum ordinare cœpit, vt in annos à conditu mundi numeratos præcise inciderint, annis Sabbathicis per 7. Iobelæis per 49. diuisis: Qua Tit. 3. c. 4. de re suo loco.

5. Si Abraham non esset parentis sui primogenitus, vtiq; primo inter filios loco à Mose non poneretur:

Atqui primo inter tres Tharæ filios loco à Mose ponitur Gen. 11. v. 26. 27. Ergo Abraham Tharæ primogenitus.

Maioris cōsecutio manifesta est. Nam scriptura eo quo generati sunt ordine liberos, ex legitimo matrimonio natos, numerare solet. Testimonia occurrūt plurima, Gen. 22. v. 21. & ss. cap. 25. v. 13. c. 35. v. 33. c. 36. v. 10. 15. c. 46. omnes filii Iacob secundum genituræ tempus recensentur: 1. quatuor ex Lea. 2. duo ex Bela. 3. duo ex Silpa. 4. duo ex Lea. 5. duo ex Rachel, prout naturæ ordo eos protulit. Quinetiam scriptura alibi non solum primogenitum primo loco ponit; verum & quis primus sit, quis secundus, quis tertius, manifeste addit, 1. Sam. 14. v. 49. c. 17. v. 13. 1. Chro. 6. v. 28. c. 8. v. 1. 2. 3. Item v. 30 & 39. c. 23. v. 19. & ss. Ita Ruben licet ius primogenituræ amiserit, primo tamen loco ponitur 1. Chron. 2. v. 1. Abraham ergo Tharæ primogenitus, quia primo loco à Mose inter Tharæ filios recensetur.

Ad hoc vrgens Argumentum respondent alii, qui Abrahamum parentis primogenitum negant, dicentes; Abrahamum primo inter tres Tharæ filios loco recenseri, non geniture, ætatis vel sanguinis, sed prærogatiuæ, dignitatis & pietatis ratione, quia ex lumbis Abrahæ venturus erat Messias, & Abraham alias vt Pater omnium Credentium prædicatur, Rom. 4. vers. 12. Responsionem hanc vt firment, exempla ex scriptura conquirunt, in quibus liberos alio, quam geniture & sanguinis ordine recenseri pugnant. Prius hauriunt ex 1. Chron. 1. v. 28. *Filii Abraham Isaac & Ismael.* Ismael ponitur posteriore loco, cum tamen 14. annis maior Isaaco fuerit. Nam anno Abrahæ 86. natus est Ismael Gen. 16. v. 16. C. 17. v. 25 Centesimo vero Abrahæ anno Isaac. C. 2. v. 5.

Posterius, quod ab omnibus profertur, ex ordine filiorum Noæ desumitur. Noæ tres liberi hoc ordine recensentur à Mose, Gen. 5. ℣. 32. C. 6. v. 10. 1. Chron. 1. v. 4. Sem, Cham, Iaphet: & tamen (inquiunt illi) Sem non est primus, sed Iaphet, Cham non medius, sed minimus; contra Sem medius, quem Mosen primo loco posuisse pugnant prærogatiuę & pietatis ratione, quia ex eius genealogia Patriarchæ & ipse Messias descenderit. At quo fundamento probant assertionem? Duplici: Priore Iudaico. Noa cum esset filius annorum quingentorum genuit Sem, Cham, Iaphet, Gen. 5. vers. 32. Sem anno secundo à Diluuio, annos natus centum genuit Arphaxad Gen. 11. vers. 10. Anno ergo Noæ 602. demum Sem centum tantum erat annorum. Proinde ex duobus reliquis Noæ filiis vnus erat centum & duorum annorum, quando Sem centum tantum erat. Sem ergo primogenitus Noæ filius esse non potest. Posteriore Mosaico, vt fingunt. Iaphet nominatus *frater* הגדול *maior Semi.* Sic enim Mosis verba Gen. 10. v. 21. interpretantur: *Nati sunt, scilicet, filii. Hic Sem est* אחי יפת הגדול *Frater Iapheti magni vel maximi.* Per genitiuum enim adiectiuum גדול exponunt, & ad Iaphetum referunt, quasi Iaphet sit maior vel grandior frater Semi. Interpretationem hanc ex græcis Bibliis desumunt: τῷ Σὴμ ἐγεννήθη, καὶ αὐτῷ πατρὶ πάντων τῶν υἱῶν Ἔβερ, ἀδελφῷ Ἰάφεθ τοῦ μείζονος. Ita Cham nominatur filius Noæ הקטן paruus vel minor. Gen. 9. vers. 24. Ergo minimus Noæ filius, ex Beroaldinorum sententia, licet medius inter Noæ filios locetur. His fundamentis addit Paræus in sua aduersus Caluisium Chronologiæ sacræ Synopsi, Augustini autoritatem, dicentis, quod Abraham primo loco ponitur, caussam non esse prioritatis natiuitatem, sed ordinis dignitatem.

IV. Verum ad singula breuiter respondendum est.

Primum locum 1. Chron. 1. v. 27. quod attinet, in quo Isaac Ismaeli præfertur, manifesta est in exemplo disparitas. Isaac fuit legitimus Abrahæ filius ex cōiuge Sara; at Ismael ex Hagar ancilla natus. Ideo Isaac præponit.

Exemplum filiorum Noæ nil Beroaldistas iuuat. Ego namq; cū Scaligero in suo aduersus Chronologicas Paræi orationes elencho, omnino existimo, filios Noę eo quo locati sunt ordine à Noa natos, & Semum primogenitum, Chamum medium, Iaphetum minimum natu esse. Mouet me vsitatus scripturæ mos antea prolatus, liberos ex legitimo matrimonio natos, ordine genituræ & naturæ numerans.

Sed quid ad fundamenta, quibus aduersa pars probare conatur, Semum non esse primogenitum, sed Iaphetum, Cham non esse medium, sed minimum? Ad Iudaicum fundamentum dico, id parū roboris habere. Refert Moses Noam quingentos annos natum, genuisse Sem, Cham, Iaphet, Gen. 5. v. 32. Hic Mosaicus loquendi mos nō id vult, Noam anno quingētesimo

fimo omnes tres filios genuiſſe; verum Noam anno quingenteſimo abſoluto ſcilicet, & quingenteſimo primo currente dediſſe operam tel vxoriæ & poſtea ſucceſſu temporis & naturæ genuiſſe Sem, Cham, Iaphet. Quo anno Noa quemque filiorum genuerit, Moſes ſua phraſi certo non definit. Genuerit ergo Noa Semum anno vno vel altero poſt contractum matrimonium, id eſt, quingenteſimo ſecundo vel tertio ſuæ ætatis, illud non contra Moſen. Ita Sem nonaginta octo annorum eſſe potuit in diluuio, biennio poſt diluuium, centum, & generare Arphaxadum. Et nihilominus eſſe Noę primogenitus. Hâc reſponſione confutatum eſt Iudaicum fundamentum.

Alterum ex Moſe deſumtum, ruinoſum eſt. Nam ex mala Moſaicorum verborum interpretatione fluit. Adiectiuum enim גָּדוֹל in Gen. 10. v. 21. & Nominatiui & Genitiui caſus eſt poteſt, & ad Semum & Iaphetum referri. Nos in Nominatiuo vel Datiuo ſumimus, & epitheton ad Semū referimus, hoc modo: *Sem genuit*, vel; *Semo nati ſunt:* Hebr. Ellipſis, ſcilicet Liberi, qui enumetantur, verſ. 22. Antequam vero Moſes liberos Semi. v. 22. enumeret, in poſteriore parte verſus antecedentis, quaſi in parentheſi, duo de Semo enunciat: prius, *quod fuerit Pater omnium filiorum Eber*, id eſt, ſtirpæ hebraicæ gentis; poſterius, *quod fuerit frater Iapheti* גָּדוֹל id eſt, *maior Iapheti frater, reſpectu Chami.* En Sem eſt maior Iapheti frater, & conſequenter grandior natu, & concidit Iudæorum & Beroaldiſtarum figmentum, Iaphetum eſſe Noæ primogenitum. Hanc noſtram interpretationem confirmat & Chaldæus Paraphraſtes: *Et de Sem nati ſunt: ipſe quoque eſt Pater omnium filiorum Eber, frater Iaphet maior.*

Hinc B. Geſnerus quæſt. 8. in 10. Cap. Gen. *Textus hebræus id potius innuere videtur, Semum eſſe fratrem Iapheti grandiorem. Nam* ה *præfixum voci* גָּדוֹל *non Genitiuum ſed Nominatiuum caſum innuit, quæ ſententia eſt omnium Thargumicarum Interpretationum.* In vanum ergo laborat Tremellius, aſſerens, adiectiuum גָּדוֹל in Moſaico loco ex accentus ratione in Genitiuo legendum & ad Iaphetum referendum; Chaldaicam paraphraſin ſequitur Latina, quam vulgo manibus terimus, verſio. *De Sem quoque nati ſunt, Patre omnium filiorum Eber, fratre Iaphet maiore.* Quanquam Lutherus Græcos ſecutus in Germanica verſione adiectiuum גָּדוֹל per Genitiuum expreſſerit, & ad Iaphetum retulerit.

Sed quæritur, quare Moſes Semum, non Chami, ſed Iapheti maiorem fratrem nominatit? Reſpondet Scaliger, quia tertius habet duos fratres ante ſe, quorum maior is eſt, qui natu primus eſt. Semus igitur maior minimo Iapheto dicitur potius, quam Chamo. De Chamo quod is filius קָטָן vel paruus Noæ nominatur Geneſ. 9. ỷ. 24. reſpondet Scaliger ex Theodoreto, hæc Moſaica verba non ad Chamum ſed Chanaan Chami filium referenda, cum Chanaan, non Chamus à parente maledicatur, & Chanaan, nepotem Noæ nominari paruum Noę filiium ex ſcripturæ ſenſu, & vſu Romani iuris, quo nepotes dicuntur filii aui. In ſermone ergo hebræo auus nepotem ſuum vocat minorem filium, vt contra filiifamilias filios fratrum, fratres vocant. Hinc Loth Abrahami frater dicitur Gen. 14. v. 14. cum tamē fratris Abrahæ, Haranis filius fuerit, Gen. 11. v. 27. & 31. Quod ſi per filium minorem, Moſes Chamum intelligat, poſſumus reſpondere, Chamū, mediū natu, nominari poſſe paruuū vel minorē, partim, reſpectu Semi primogeniti, partim ſtaturæ. Vt nulla capitalis neceſſitas nos vrgeat, Chamū ex voce קָטָן Noæ filium minimū natu conſtituere, cū duobus in locis medius

inter fratres à Mose numeretur. Huc pertinet illud Augustini lib. 16. de Ciu. Dei: C. 1. *Noa filium suum medium, hoc est, primogenito minorem, vltimoq; maiorem, qui peccauerat in Patrem, non in ipso, sed in filio eius Chanaan, suo nepote, maledixit.*

[*Obiter hic quasi obseruetur*, Mosen in Cap. 10. Genes in genealogia filiorum Noæ numeranda, inuerso ordine vti, vt primo Iapheti; secundo Chami; tertio Semi genealogiam recenseat. Sed ratio manifesta est. Nam Semi genealogiam in sequentibus continuare voluit Moses; ideo Iapheti & Chami genealogiam præponere, & Semi vltimo loco reseruauit.]

V. Augustinum quod attinet, quem Paræus supra citabat, respondeo: 1. exprimat Paræus locum, vbi adducta in Augustino verba habeantur. 2. oppono Paræo Augustinum, qui in lib. 16. de Ciu. Dei Cap. 1. 2. 3. aliquoties Semum nominat maximũ, Iaphetum minimum, Chamum medium, non modo numeratione, verum & generatione. 3. Idem eodem lib. C. 15. Tharam septuagesimo anno ætatis Abrahamum genuisse fatetur, vt mirum sit, Paræum in sui patrocinium Augustinum vocare.

VI. Sed quid ad prioris opinionis argumenta respondendum?

PRIMVM obiectum ex Stephani verbis desumptum, Hieronymo in suis in Genesin quæstionibus, est indissolubile; in quam sententiam & B. noster Lutherus pro sua modestia, verum per quandam ἐποχὴν inclinare videtur, in suo Comm. in 11. & 22. C. Gen. Suffragatur Scaliger in suo aduersus doctoralem Paræi promotionem elencho, qui verba Stephani crucem nominat fixam omnibus Interpretibus, & iudicium suspendendum monet, donec veniat Elias aliquis, qui dubium non tam scindat, (quod Beroaldistæ faciunt) quam soluat.

[Eliam expectandum dicit Scaliger ex Iudæorum loquendi more, qui dum difficilia scripturæ loca explicare non possunt, Eliam Thesbiten suo tempore venturum clamitant, qui hæc & alia eius generis loca eis sit explicaturus.]

Augustinus ad obiectum respondet, vrgens verbum μετῴκισεν, quo Stephanus vtitur, & dicens, Protomartyrem non tam ipsam Abrahami ex Haran profectionem, quam firmam eiusdem sedis fixionem, profectionem longo tempore subsecutam, notare. Sic enim Augustinus lib. 16. de Ciu. Dei, C. 15. *Non ait Stephanus, postquam mortuus est pater eius exiit de Haran, sed inde postquam mortuus est pater eius, hic eum collocauit.*

Intelligendum est igitur Deum cum Abraham fuisse locutum cum esset in Mesopotamia priusquã habitaret in Haran, sed eũ peruenisse in Haran cũ Patre, retẽto apud se præcepto Dei, & inde exiisse 75. suo in Patris autẽ sui 145. Collocationem ergo eius in terram Chanaan non profectionem ex Haran post mortem Patris factam esse dicit Stephanus.

Alii respondent, Stephanum hæc ex sententia suorum Aduersariorũ locutũ, qui eius fuerunt opinionis, Abrahamum post mortem demũ parẽtis Harane egressum. At falsa fuit opinio, quam Stephanus illis eximere debebat? Resp. nullam eius rei consecutionem esse: Error ille non aliquod Religionis caput, sed temporis tantum circumstantiam spectabat, ideo cum errantibus Aduersariis in leuicula re consentire, quam inutilium con-

tentionum, eo præsertim tempore, autor esse maluit. Non secus vt & Iohannes Baptista, Iohan. 1. v. 20. negat se Eliam esse, eo scilicet sensu, quo Iudæi intelligebant; cum tamen à Christo Matth. 11. v. 14. & Cap. 17. v. 12. Elias nominetur. Et manifestum huius rei, simileque exemplum in eadem Stephani ad Iudæos oratione habemus, vbi ait; *septuaginta quinque animas* cum Iacobo in Ægyptum descendisse Act. 7. v. 14. ex versione scilicet Septuaginta, quæ tum temporis in magno vbiuis honore & delitiis habebatur, hæc hauriens, cum tamen optime sciret, Mosen in fontibus, aliquot in locis septuaginta tantū animarum meminisse. Gen. 46. v. 27. Exod. 1. v. 5. Deut. 10. v. 22. Huc pertinent Hieronymi verba: *Quod in concione Stephani ad populum, quæ est in Actis Apostolorū, dicuntur septuaginta quinq; animæ intrasse Aegyptum facilis excusatio est: non. n. debuit sanctus Lucas illius scriptor Historiæ, & in gentes volumen illud emittens, scribere contrarium aliquid scripturæ septuaginta, quæ iam fuerat gentibus diuulgata, quorum autoritas illo tempore maior erat quam Lucæ, qui ignotus & vilis, nec magnæ fidei in nationibus ducebatur.* Item: *Hoc generaliter obseruandum, quod vbicunq; sancti Apostoli aut Apostolici viri loquuntur ad populos, iis plerumq; testimoniis abutantur (NB) quæ iam fuerant in gentibus diuulgata.*

Secunda ratio ὑποθέσει nititur, principium probante. Communis quidem est Hebræorū sententia, & ita Iosephi quoq; lib. 1. Antiq. Cap. 7. Item Lyræ & aliorum, qui Iudæos sequuntur. Iiscam, cuius Moses meminit Gen. 11. v. 29. esse Saram, Abrahæ coniugem. Verum antequam huic opinioni adstipulemur, eius defensoribus hæc soluēda damus: 1. probent vnū esse Haranem, cuius Moses meminit Gen. 11. v. 26. & sequentibus. Quid si diuersi fuissent, prior germanus Abrahæ frater; posterior Milcę & Iiscæ parens? Hac enim filiarum additione Moses posteriorem Haranem à priore discernere videtur. 2. Posito, non in totum concesso, vnum Haranem Mosen notasse, probent Iiscam esse Saram. Dicere namq; nihil est, nisi dictum probetur. 3. Quod si vel maxime concedatur, Iiscam fuisse Saram Haranis, fratris Abrahę filiam, exinde tamen hoc quod nectunt absurdum minime sequitur. Potuit enim Haran duxisse viduā, quæ Iiscam filiam habuerit, & ita Haranis filia fuerit. Vel Iisca potuit esse adoptata Haranis filia, & ita filiam dici νόμῳ, non φύσει. In quam sententiam B. Lutherus inclinat, verum suum cuiq; iudicium liberum permittens. 4. Quantum ex Mosaica lectione in hisce difficultatibus colligere licet, dicendum est, Iiscam non fuisse Saram sed hanc fuisse filiam Tharæ: vel ex alia Tharæ vxore decennio post Abrahamum natam, vel θέσει in filiam adoptatam; eò inclinat ipse Abraham Gen. 20. v. 12. *Reuera soror mea est, filia patris mei, non autem filia matris meæ.* Quod enim Iudaicæ opinionis defensores *sororis* voculam hoc in loco pro fratris filia, *filiam patris*, pro eius nepte ex consimilium locorum, at rarorum, collatione sumunt, id morbo particularitatis laborat: Sin obieceris gradum consanguinitatis, dico 1. Si fuit adoptata Tharæ filia, nihil in sanguinem Abrahamum deliquisse. 2. Si naturalis, nec tum peccati nomine Patriarchæ factum venit; quia lex de prohibitione graduum consanguinitatis, tum temporis nondum fuit lata. Quî igitur obstringere Abrahamum potuit? *Vbi* namque *nulla lex, ibi nulla prævaricatio,* inquit Apostolus Rom. 4. v. 15. Simile quid in Caino videmus. Nam & is suam sororem naturalem duxit. Gen. 4.

Ad *tertium* respondet Augustinus lib. 16. de Ciu. DEI Cap. 15. *Non quia hoc sequitur in sermone libri, hoc etiam in rerum gestarum tempore sequi existimādum est.* Verissime dictum, Manifesta namq; est in Mosaicis verbis πρόληψις

vel anticipatio, attestantibus omnibus eruditis, & ea quidem consulto facta. Nam profectioni Abrahæ ex Haran Moses præmittere voluit Tharæ mortem, non vt iam factam, verum vt in sequentibus indiuidua serie Abrahami historiam absque interruptione continuare posset. Non secus vt idẽ Historicus mortem Isaaci Cap.35.v.28. factam memorat, cum tamen in capit.37.v.35. adhuc vixerit. Nam à venditione Iosephi adhuc per 12. annos vixit. Et sane perpetua est in duobus versibus vltimis cap. 11. Gen. & initio cap.12. ὑπόνοια ἢ ὑστέρωσις, quæ ita in ordinem potest redigi: DEVS Abrahamum tum temporis Idololatram Ios.24.v.2. alloquio dignatur in Vr Chaldæorum; id est, vt Stephanus loquitur, in Mesopotamia antequam habitaret in Haran, Act.7.v.2.& 4.(per Mesopotamiam intelligit Stephanus generaliter totum Chaldaici regni tractum cis & vltra Euphraten, quomodo Plinius lib.6.nat.hist.c.27. vtitur) eique præcipit, vt patria & paterna domo exeat. Id enim volunt verba Gen.12.v.1 *abi ex terra tua & à cognatione tua, addita magnifica promissione*. Diuinam vocationem filius parenti nunciat, qui fide consentiens in vocationem, sumto filio Abrahamo, Lotho nepote & tota familia, Vre Casdim exeunt, & in Haran venientes ad tempus ibi dubio procul ob loci amœnitatem sedem fixerunt, genitis liberis Gen.11.v.31. cap.12.v.5. quod de Lotho, non Abrahamo, intelligendum. Elapso tempore Abraham cum Lotho & familia Harane exeunt Anno ætatis Abrahæ 75. Gen.12.v.4. Tharæ nulla fit mentio, quem verisimile est ob molestiam senectutis, vel loci amœnitate allectum Charris vsq; ad mortem mansisse. Videatur & August. lib.16. de Ciuit. DEI cap.18.

Relinquamus ergo sanctissimo Patriarchæ πρωτογενίαν, & dicamus, Abrahamum natum anno 70. sui parentis, 292. post diluuium, vel anno mundi 1948. exiisse ex Harane anno septuagesimo quinto suæ ætatis, vel mundi 2023.

VII. B. Lutherus in suo Commentario in Genesin, hanc de primogenitura Abrahæ quæstionem in medio fere relinquit. In C.11.v.27. inquit: *Ego in eam sententiam fere descendo, vt existimem, Abrahamum fuisse primogenitum.* At in fine C. 22. in eam sententiam inclinat, Nahor fuisse primogenitum, ex eius Genealogia. Nam Rebecca, neptis Naharis, duxit Isaacum, Abrahami filium Gen.22.v.23.& c.24. Atqui hæc Genealogia firmum non habet argumentum, ideo Lutherus ipse *coniecturam* tantum nominat. Nam Abraham in grandi demum senecta, annos centum natus, Isaacum genuit Gen. 21.5. Contra Nahor longo ante tempore Bethuel genuit, hic Rebeccam, & Isaac iam quadragenarius Rebeccam duxit. Gen 25.v.20. Ad verba vero Stephani Act.7.v.4. dicit Lutherus: *Ego quid ad hanc quæstionem respondeam, nondum habeo. Itaque cum debita & humili confessione ignorantiæ sic conÿcio, Deum certo suo consilio in Abraha hos 60. annos voluisse intercidere, ne ex annorum mundi certa ratione quisquam de fine mundi certi aliquid prædicere præsumeret.* Idem Lutherus in quintum caput Gen. ad v. vlt. Iaphetum primogenitum Noæ facit, Semumq; natum existimat anno parentis, Noæ, quasi 498. Cham 500. Verum quia D. Lutherus in hisce liberum cuiq; iudicium permittit, nobis cum bona Lutheri pace, nostra sententia plane manet libera. Quod clausulæ loco hic admonendum erat.

CAPVT

CAPVT VII.

De Annis 430. mansionis filiorum Israel in Aegypto, qui habentur Exod.12. v.40. Gal 3. v.17.

I. Terminus ad quem, omnium consensu, est annus egressus Israelitarum ex Ægypto. De termino vero à quo, varius est opinionum concursus.

1. Alii ab egressu Abrahæ ex Vr Chaldæorum hoc initium sumunt.

2. Plurimi ab eiusdem migratione ex Haran in Chanaan & mox in Ægyptum, de qua migratione Moses Gen.12. ℣.5.& ss.

3. Paræus in oratione, habita in promotione Doctoris Klingneti, terminum à quo sumit à confirmatione fœderis, diuinitus Abrahamo facti, decennio post exitum Abraham ex Haran, vel anno ætatis Abrahæ octuagesimo quinto, si Paræo credimus.

4. Multi initium horum annorum sumunt à nato Isaaco, vel ab anno Abrahæ centesimo.

5. Nonnulli à Iosephi venditione in Ægyptum, de qua Gen.37. ℣.36. cap.39. ℣.1.

6. Thaddæus Dunus, Guilbertus Genebrardus & alii hoc annorum principium sumunt à descensu Iacobi in Ægyptum cum tota familia de qua Gen. 46.

II. *Prima* opinio paucos habet propugnatores, & per se labilis est. Nam tempus ætatis Abrahæ, quando ex Vr Chaldæorum in Haran migrauit, nobis ignotum. Atqui fixum & notum, necesse est, habeamus initium huius interualli, ratione ætatis Abrahæ. Nam exinde sequens annorum supputatio dependet. Præterea anni illi 430. nominantur anni peregrinationis vel habitationis Israelitarum in Ægypto. Exod.12.v.40. Atqui per aliquot annos Abraham post egressum ex Chaldæa in Haran ciuitate Mesopotamiæ vixit, antequam in Chanaan & Ægyptum descenderet, vt colligimus ex Gen.12.v.5. Ergo hoc annorum interuallum ab egressu Abrahæ ex Vr Chaldæorum non est inchoandum.

Tertiam opinionem Paræus sibi fere soli facit propriam, nisi quod in sua Chronologicæ συνόψεως defensione hanc opinionem testimonio Fagii & Rabbi Salomonis confirmare conetur. Argumentum vero Paræi quo hanc sententiam confirmare nititur, tale est:

Ab eo tempore anni illi 430 inchoandi, quo κύρωσις διαθήκης Abrahæ facta est, teste Apostolo Gal.3.v.17.

Atqui anno demum decimo habitationis Abrahæ in Chanaan hæc κύρωσις διαθήκης facta est:

Ergo inde anni illi inchoandi.

Minorem probat ex Gen.15.& 16.Cap. In 15.Cap. memorat Moses, quo pacto DEVS Abrahamo semen vel prolem promiserit, hancque promissionem solenni ritu sectionis hostiatum, quæ τόμια ὅρκια vel διχοτομήματα nominabantur, confirmauit, v.18. In 16.Cap.v.3. narratur, quod Abraham propter suæ coniugis sterilitatem Agar ancillam suam Ægyptiacam duxerit anno 10. post ingressum in terram Chanaan, vel 85. ætatis Abrahæ, Nam anno sequente nascitur Ismael anno 86. ætatis Abrahæ. v.16.

Verum, errorem committit Paræus. 1. λήξεως. Paulo, κύρωσις διαθήκης, & ἐπαγ-



& ἐπαγγελία, vel promiſſio, vnum & idem ſunt. Ἐπαγγελίαν nominat per ſe, ratione promiſſionis. Κύρωσιν διαθήκης, ratione rei ſeu Chriſti in promiſſione incluſi, vt ſenſus Apoſtolicus ſit: Lex quæ quadringentis triginta annis poſt promiſſionem lata eſt, non tollit διαθήκην προκεκυρωμένην ὑπὸ τοῦ θεοῦ εἰς χριστὸν, id eſt, fœdus firmatum de Chriſto, quod DEVS Abrahamo ante in promiſſione ſtabiliuit, vt hæc Paulina κύρωσις nullum externum ſacrificium requirat. 2. Συγχύσεως & ἐπεζητήσεως. Iſtud fœdus quod DEVS cum Abrahamo Gen. 15. v. 18. pepigit, non tam promiſſionem de Chriſto, quam Apoſtolus attendit, ſed promiſſionem reſpicit multiplicationis ſeminis Abrahæ & poſſeſſionis terræ Chanaan. 3. Errat & in eo Paræus, quod fœdus illud Gen. 15. v. 18. in annum 85. Abrahæ coniicit, ex Gen. 16. v. 3. quo in loco res geſtæ Abrahæ cum Hagar in eius quidem annum 85. coniiciuntur, non tamen fœdus illud, quod Moſes in capite præcedenti deſcribit. At, inquit Paræus, immediate cohærere illa duo capita. Id quidem verum eſt: ſed Paræo probandum hæc duo capita immediate *ratione temporis* cohærere. Sententia quæ aliquod interuallum inter capita 15. & 16. coniicit, multo verior. Quis enim adeo leuis, vt exiſtimet Abrahamũ mox poſt promiſſionem de ſeminis multiplicatione cum Hagar eo ipſo anno concubuiſſe? Pietas eum iuſſit aliquod tempus expectare, num Saræ ſterilitas diuinitus corrigeretur.

Sed obiicit Paræus: Atqui ante ſciuit Abraham Saram ſterilem. Reſp. quid tum? Ex diuina illa promiſſione, externo ritu confirmata, & id ſcire Abraham potuit, DEVM iſtam Saræ νέκρωσιν τῆς μήτρας omnipotenti modo viuidam reddere poſſe. Habeat ergo ſibi Paræus ſuam ſingularem opinionem.

Quartam opinionem refutat. 1. Paulus in prænominato ad Galatas loco. Numerat enim illos 430. annos à promiſſione Abrahæ facta de Chriſto. Hæc autem promiſſio aliquot annis natiuitatem Iſaaci anteceſſit. 2. DEVS ipſe, qui Gen. 15. v. 13. ab initio afflictionis Abrahamici ſeminis annos 400. tantum numerat, innuens initium annorum 430. ante Iſaaci natiuitatem inchoandum.

III. Opiniones *quinta* & *ſexta* refutantur validiſſime. 1. à Paulo, qui non à Ioſephi venditione, neque à deſcenſu Iacobi in Ægyptum, ſed à promiſſione Abrahæ facta annos illos 430. numerat. 2. Argumento ἀναντιῤῥήτῳ deſumpto à Genealogia. 1. Moſis. Auus Moſis Cahath cum Iacobo ex Chanaan deſcendit in Ægyptum Gen. 46. v. 11. Fuerit Cahat infans bimulus cum Iacob in Ægyptum deſcenderet. Vixit autem annos 133. Exod. 6. v. 18. Ergo in Ægypto vixiſſet annis 131. Parens Moſis Amram Cahati filius vixit 137. annos, Exod. 6. v. 20. Moſes erat 80. annorum cum educeret DEI populum ex Ægypto. Exod. 7. v. 7. Hi anni additi efficiũt annos 348. Qui non pertingunt ad annos 430. Subducantur adhuc anni ab ætate Cahati & Amram, quos tranſegerunt antequam liberos gignerent, & numerus centenario minor fiet. Firmiſſimus ſane aries ad quatiendum quintam & ſextam opiniones. Atqui obiicit Thaddæus Dunus: Genealogiam Moſis à Cahat ad Moſen mutilam & imperfectam eſſe. Sed quis hoc obiectum vanum non eſſe videt, & proinde refutatione indignum? Quis enim hoc vnquam crediderit, Moſen ſuam ipſius à Cahat generationem mutilatam deduxiſſe; & præterea 1. Chron. 6. v. 1. 16. & 18. eadẽ ponitur Moſis genealogia in ſimili Catalogo, vt defectum aliquem hic fingere vanitatis ſit.

Ioſephus ſane lib. 2. Originũ c. 5. Moſen ſeptimum ab Abrahamo facit,

quem

quem Clemens Alexandrinus sequitur lib. 1. στρωμ. aliique. Ergo hic nulla genealogias mutilatio, sed talis Mosis ab Abrahamo geniturae series. 1. Abraham, 2. Isaac, 3. Iacob, 4. Leui, 5. Cahath, 6. Amram, 7. Moses, 2. Dathan & Abiram. Pallu, filius Ruben, descendit cum Iacobo in Ægyptum Gen. 46. v. 9. Hic Pallu in Ægypto genuit Eliab Num. 26. v. 8. Eliab Dathan & Abiram, qui in deserto perierunt Num. 16. & 26. 3. Ex generatione Corah, qui similiter in deserto cum Dathan & Abiram petiit. Hic Corah nepos fuit Cahath ex Iehezar Num. 16. v. 1. 1. Chron. 6. v. 37. fratre Amrami. Exod. 6. v. 18. 1. Chron. 6. v. 2. Moses ergo & Corah duorum fratrum filii.

Cahath

Amram — Iehezar

Moses — Corah.

Sed obiicit Thaddæus Dunus magnum illum numerum animatum, quæ ex Ægypto exierunt, Exod. 12. v. 37. qui decursu 215. annorum ad tantam multitudinem excrescere non potuerunt. Quid audio? Siccine populo, quem Deus singulari fœcunditatis dono ornaturum promisit Gen. 15. v. 5. & effecit, Exod. 1. v. 7. 12. tanta propagatio 215. annorum spatio detraheretur. Qua de re vide exemplum singularis fœcunditatis in tribu Ephraim, 1. Chron. 7. v. 20. & ff quod Caluisius cum diligentia explicauit in Chronologica Isagoge cap. 34. Simile quid habemus in Iudæ progenie Gen. 46. v. 12. Iuda duxit Chananæam, Gen. 38. v. 2. ex qua suscepit filios. Primogenito dedit vxorem Thamar. v. 6. Hanc Iuda post filii sui mortem vitia-.v. 16. Ex qua genitus est Perez. v. 29. Perez genuit Hesron & Hamuel Gen. 46. v. 12. Qui cum Iacobo in Ægyptum descenderunt. Ibidem. Atqui tum Iuda 42 fere annorum fuit, cum parens Iacob in Ægyptum descenderet. Fuerit ergo Iuda tum 13. annorum cum Chananæam duceret. Fuerit itidem filius eius primogenitus Her cum Thamar in vxorem sibi iungeret 13. annorum. Fuerit itidem Perez tot annorum: & supputatio instituatur, tum apparebit Iudam, Her & Perez 13. quasi annos natos liberos genuisse. Simile quid & in Beniamine videmus Gen. 46. v. 21. qui annos quasi natus 24. cum parens in Ægyptum proficisceretur, parens decem liberorum fuit. Videatur & Temporarius lib. 2. Chronologicarum demonst. Canone 3.

Verum & aliud Thaddæus subiicit, Exod. 1. v. 6. & 7. dicitur cum Iosepho obiisse totam ætatem sui temporis, tum demum istam multiplicationem subsecutam. Atqui si à Iacobi descensu in Ægyptum ad Exodum annitantum 215. effluxerunt, sequetur inter Iosephi mortem & natiuitatem Mosis annos tantum 64. effluxisse (quæ numeratio paulo post patebit) quo in tempore tantam Israelitici seminis multiplicationem fieri non potuisse Thaddæus opinatur.

Verum & hæc obiectio nulla est. Non enim omnes Israelitæ cum Iosepho mortui, sed ætas illa. Nemo non videt, Mosen de personis Iosepho ratione ætatis æqualibus loqui. Vt sensus sit: Cum Iosepho æqualem hominum ætatem interiisse; post, decursu scilicet 70. quasi annorum & vltra, imo vsq; ad tempus Exodi populum miro modo sese multiplicasse, aliumque Ægypti Regem venisse, qui Iosephum non nouerit, vel ad faciem, vel de industria & voluntarie Iosephi memoriam abiecerit.

IV. Restat secunda opinio, quam vltimo loco reseruauimus, quia opti-

ma

ma. Ea hunc annorum terminum à quo, inchoat à migratione Abrahæ ex Haran in Chanaan, & mox in Ægyptum, de qua migratione Gen. 12. v. 5. & seq. Rationes hæc fenrentia habet optimas.

1. Anni illi nominantur anni incolatus Ægypti, Exod. 12. v. 40. Ergo ab aliqua profectione Iudæorum in Ægyptum anni illi inchoandi. Nominantur anni incolatus Ægypti, id est, anni commorationis filiorum Israel in Ægypto. In Hebræo est vox גּוּר quæ vox non modo incolatum, mansionem, habitationem, verum & peregrinationem notat. Hinc Moses de Abrahamo loquitur Gen. 13. v. 12. quod habitarit in terra Chanaan, cum tamen sæpius sedem è Chanaan mutare coactus fuerit. Per filios autem Israel Moses συνεκδοχικῶς & eorum Patres, Abrahamum, Isaacum, Iacobum intelligit. Quam synecdochicam locutionem Septuaginta Interpretes in Græco eleganter expresserunt: ἡ δὲ κατοίκησις τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, ἣν παρῴκησαν ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, καὶ ἐν γῇ Χαναάν, αὐτοὶ καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν ἔτη τετρακόσια τριάκοντα, id est, *Habitatio filiorum Israel quam habitarunt in terra Ægypti & in terra Chanaan, ipsi & patres eorum anni* 430. Ergo hi anni à prima Abrahami in terram Ægyptiacam profectione inchoandi, facta anno 75. suæ ætatis.

2. Hi anni 430. à Paulo supputantur ab eo tempore, quo DEVS Abrahamo promissionem de benedicto semine, qui est Christus, dedit, Gal. 3. v. 17. Ergo à prima Abrahami in terram Chanaan & Aegyptum profectione anni illi inchoandi. Cum hac enim profectione coniuncta fuit magnifica DEI de benedicto semine promissio.

3. Dominus ad Abrahamum ait, Gen. 15. v. 13. Semen suum alienis seruiturum & affligendum per 400. annos. Per posteros Abrahæ intelligit Dominus Isaacum cum progenie. A nato vero Isaaco ad Exodum anni 405. numerantur. Anno vero Isaaci quasi quinto, id est, quadringentesimo ante Exodum. Abrahami semen peregrinum factum est. Nam Ismael Isaacum puerum מְצַחֵק Gen. 21. v. 9. illusit ei, ἐμπαικτικῶς insultauit; in quo significato idem verbum ponitur Gen. 39. v. 14. *Adduxit nobis virum Hebræum* לְצַחֶק ad illudendum nobis, das er vns zu schanden mache. L X X. ἐμπαίζειν ἡμῖν; ita Ismael מְצַחֵק: צַחֵק insultauit Isaaco, qui verus parentum lusus esse debebat, vel vt Apostolus loquitur, Gal. 4. v. 29. ἐδίωκε persecutus est Isaacum adhuc puerum, quinque quasi annos natum. A bhac persecutione Ismaelitica si annos illos 400. numeremus; præcisus erit annorum positus.

4. Subscribit Iosephus lib. 2 Antiq. c. 6. his verbis: *Reliquerunt Aegyptum* (Israelitæ) *anno* 430. *postquam Abraham pater noster in Chananaam venit.*

V. Sed hæret Scrupulus: Notum quidem Abrahamum anno 75. ætatis in Chanaan venisse, verum ignotum, quo tempore in Ægyptum fame compulsus primo abierit. Hinc Codomannus lib. 2. Chronol. c. 8. id factum existimat anno 76. Abrahami, id est, anno sequente post egressum ex Haran & aduentum in terram Chanaan. Verum errat ille in vno anno. Nam egressus Abrahæ ex Haran, in Chanaan & mox in Aegyptum vno anno factus est. Colligitur id 1. ex eo, quod Moses non sine grandi causa annum Abrahæ 75. ab egressu ex Haran exprimat Gen. 12. v. 4. innuens hunc terminum esse debere, à quo magnus ille annorum numerus in Exodo expressus, inchoandus. Alias enim hæreremus in termino à quo. 2. Gen. 16. v. 3 & 16. idem historicus non fine ratione tam operose annos peregrinationis Abrahæ ab egressu ex Haran in Chanaan supputat, indigitans, cum hoc discessum eius in Aegyptum coniungendum. 3. Idem Moses firmat in Gen. 12. v. 10. qui famem in Chanaan fuisse memorat, cum

Abra-

Abraham ex Haran in Chanaan veniret, qua fame Abraham motus mox in Ægyptum descendere coactus fuerit. 4. Idem firmat Iosephus loco prænominato, numerum illum 430. annorum incipiens ab eo tempore, quo Abraham in Chanaan venit, eo ipso innuens, mox post aduentum in Chanaan Abrahamum in Aegyptum secessisse. Initium ergo 430. annorum, quorum Moses meminit Exod. 12. v. 40. & seq. & Paulus Gal. 3. v. 17. sumendum à 75. anno ætatis Abrahæ, finis est annus Exodi.

His ita resolutis bona pars illius magni numeri ita per membra ex sacris eruitur. Ab ingressu Abrahæ in Chanaan ad natum Isaacum anni 25. Gen. 21. v. 5. Ad natum Iacobum anni 60. Gen. 25. v. 26. ad ingressum Iacobi in Aegyptum anni 130. Gen. 47. v. 9. Quo tempore Ioseph fuit annorum 30. Gen. 41. v. 46. Anno secundo annonæ Iacob in Aegyptum venit cap. 45. v. 6. Ergo ab aduentu Iacobi in Aegyptum ad mortem Iosephi decurrerunt anni 71. quia Ioseph 110. annos vixit. Gen. 50. v. 26. Ab his subtrahantur anni 39. ætatis Iosephi, & remanebunt anni 71. Exodus facta anno 80. Mosis, Exod. 7. v. 7. Hi numeri additi efficiunt 366 annos. Atqui debebant esse anni 430. Ergo interuallum à morte Iosephi ad natum Mosen fuit 64. annorum, quod in scripturis quidem quoad literam non manifestatum est; verum per bonam consequentiam ex scriptura colligimus, vt ad iustam definiti numeri quantitatem deueniamus. Hinc ex Eusebio Augustinus lib. 16. de Ciuit. Dei cap. 43. à morte Iosephi ad Exodum numerat annos 144. Optime. Nam 64. à morte Iosephi ad natum Mosen, tum 80. ad Exodum, annos 144. faciunt. Idem Iosephus & alii confirmant, dum ab ingressu Iacobi in Aegyptum ad Exodum numerant annos 215. Atqui ab ingressu Iacobi in Ægyptum ad mortem Iosephi anni sunt 71. A nato Mose ad Exodum anni 80. His si 64. anni interualli à Iosephi morte ad natiuitatem Mosis addantur, fiunt anni 215.

25
60
130
71
80
———
366
64
———
430

71
80
64
———
215

VII. In transcursu Iustinus, Trogi Pompeii abbreuiator, ex hac resolutione refutari poterit. Dicit Iustinus lib. 36. suæ historiæ, Mosen Iosephi filium fuisse cum tamen Ioseph ex sacræ historiæ veritate 64. annis ante Mosis natiuitatem mortuus sit. Interea tamen hæc simul annotanda, quæ de Iosepho ibidem Iustinus memorat: *Minimus inter fratres ætate Ioseph fuit* (si Beniaminem excipias) *cuius excellens ingenium veriti fratres clam interceptum peregrinis Mercatoribus vendiderunt, à quibus deportatus in Aegyptum, cum magicas ibi artes solertiingenio percepisset, breui ipsi Regi percharus fuit. Nam & prodigiorum sagacißimus erat, & somniorum primus intelligentiam condidit; nihilque diuini iuris humanique ei incognitum videbatur; adeo vt etiam sterilitatem agrorum ante multos annos prouiderit, periissetque omnis Aegyptus fame, nisi monitu eius Rex edicto seruari per multos annos fruges iußisset, tantaque eius experimenta fuerunt, vt non ab homine, sed à* Deo *responsa dari viderentur.* Vt ex hoc Iustini loco videas ipsis quoque gentilibus Patriarcharum notitiam & Mosaicam historiam non plane incognitam fuisse, tametsi variis figmentis commaculatam.

IIX. Clausulæ loco & id circa finem huius capitis silentio non inuoluendum, Iudaicum Thargum in Cantica Salomonis cap. 2. v. 8. asserere, *tempus Aegyptiacæ seruitutis abbreuiatum, & ad 190. annos diminutum, propter merita Patrum & Iustitias matrum.* Verum eadem facilitate hæc Iudaica fictio reiicitur, qua asseritur. Contra, Iudaicum Calendarium, quod hodie Iudæorum manibus teritur, à primo Abrahami descensu in Aegyptum, ad migrationem Israelitarum ex Aegypto annos 425. numerat, vt videas, ipsos Iudæos in temporum supputatione sibi non constare, & (si coniecturæ lo-

cus est) ex Thargumica illa abbreuiatione otiri, quod Iudaicum Calendarium 189. annos solidos minus numeret, vera à Mundo numeratione. Quæ tamen decurtatio in Persica demum Monarchia facta est. Qua de re libro sequente Titulo tertio cap. 13.

TITVLVS TERTIVS.

Ἀνάλυσις Epochæ ab Exodo ad initium structuræ Salomonici Templi.

Capvt I.

De vero anno Exodi.

I. VErus annus Exodi est bis millesimus quadringentesimus quinquagesimus tertius currens, dimidia sui parte elapsus. Nam initium
cap. 1. prim. Tit. annorum à Mundo ab Autumno sumendum, superius firmauimus. At initium anni Exodi ver est, ex diuina sanctione, Exod. 12. v. 2. c. 13. v. 4. Hunc Exodi annum probamus 1. Ex annis à mundo ad Exodum in prioribus ti-
1656 tulis collectis. A mundo ad Diluuium sunt anni 1656. A Diluuio ad Abra-
292 hæ natiuitatem, anni 292. à natiuitate Abrahæ ad egressum eius ex Haran
75 in Chanaan & Ægyptum anni 75. Gen. 12. v. 4. A primo Abrahæ in Ægy-
430 ptum ingressu ad egressum Israelitarum ex Ægypto, anni 430. Exod. 12.
v. 40. Gal. 3. v. 17. Hi anni additi verum annum Exodi producunt 2453. à
2453 mundo currentem. 2. Ex duobus Chronologicis Characteribus, qui hac in parte licentiam multorum Chronologorum frenare debebant. Prior, quod primus anni Exodi dies ratione vernalis vel paschalis nouilunii & æquinoctii fuerit feria quinta. Nam vigesimus secundus dies secundi mensis fuit feria septima vel Sabbathum, quæ assertio infra c. 3. probabitur ex c. 16. Exod. Si vigesimus secundus dies secundi Mensis est feria septima vel Sabbathica. Ergo primus dies primi mensis est feria quinta. Posterior, quod quadragesimus sextus annus ab Exodo fuerit Sabathicus, Ios. 14. firmitatem huius characteris c. 4. & 5 probaturi sumus, & simul firmaturi, initium Sabbathicorum annorum ex Mosaica sanctione cum annis Sabbathicis à mundo non turbatos.

II. Errat ergo 1. Funccius, & omnes ii, qui Funccium sequuntur, qui annum Exodi in annum mundi 2454. coniiciunt, cum hic annus supra notatos characteres non admittat. Quanquam Funccius à se ipso dissentiat. Nam in priore editione suæ Chronologiæ impressa Noribergæ anno 1545. annum Exodi genuinum habet 2453. à mundo.

2. Omnes ii qui Abrahamum 130. anno parentis Tharæ natum pugnant, ideo annum Exodi faciunt 2514.

3. Codomannus, qui Israelitarum exitum ex Ægypto coniicit in annum 2515. Nam Abrahamum anno 76. primo in Ægyptum abiisse pugnat lib. 2. Chronol. cap. 8.

4. Græci, qui 3690. annos à mundo ad Exodum numerant. Videatur Eusebius in Chronico. Causa ingentis illius interualli est additio & corruptio annorum Patriarcharum ante & post diluuium in Gen. 5. & 11. cap. de quo vitioso interuallo in superioribus satis superque dictum est.

III. Obiter

III. Obiter notetur id, quod Scaliger lib. 5. de temp. emend. pag. 350. annum Exodi cum Funccianis in annum mundi 2454. reiicere videtur, proptera & à Pareo in suis aduersus Caluisium Cauillis exagitatur, & inconstantiæ accusatur. Verum non opus fuisset exagitatione. Pareus enim nō tam verba, quam mentem Scaligeri spectasse debebat. Interdum aliud agendo diuersum quidà mente scripsit, id quod ex aliis locis humane corrigi debebat, non inhumane exagitari. Id quod & de præsente loco intelligendum est. Ponit Scaliger annum mundi 2454. Exodi annum esse. Verum in monstratione Characterum ex mente scripsit, annum Exodi in 2453. à mundo coniiciens, vt id ex collatione anni Iulianæ periodi 3217. & anni Iudaici 2264. manifesto colligitur; quam periodum Scaliger itidem habet & cum anno Exodi comparat: Quam tamen collationem Paræus non animaduertit. Imo Scaliger ipse annum Exodi annum 2453. à mundo currentem esse dicit, libro 5. de temp. emend. pagina 346.

IV. Per Iulianam vero periodum Scaliger intelligit coniunctionem cyclorum, Solis 28. Lunæ 19. Indictionis 15. annorum, quæ coniunctio demum fit decursu 7980. annorum. Hinc adeo fit, vt Iuliana periodus à Scaligero in suum vsum excogitata, maior sit annis mundi solidis 764. & 765. annus Iulianæ periodi Scaligero primus sit mundi annus. Si 765. annus Iulianæ periodi est primus mundi: Ergo 2453. mundi currens est 3217. Iulianæ periodi. Ergo Scaliger non tam ex verborum positu, quam ex mente annum Exodi facit annum mundi 2453. non absolutum, sed currentem. De Iuliana vero periodo, eiusque vsu vide Scaligerum lib. 5. de tem. emend. pag 337. & seq.

Per Iudaicam periodum intelligitur hodierna Iudæorum annorum mundi computatio, vel hodiernum Iudaicum Calendarium, omnium artificiosissime fabrefactum, quod minus est ex Scaligeriana supputatione annis mundi solidis 189. ita vt 190. annus mundi cum primo Iudaicæ periodi anno conueniat. De Iudaico vero Calendario vide Scaligerum lib. 7. de temp. emend. Subtrahantur ab anno mundi 2453. currente anni 189. solidi, remanebit 2264. annus Iudaicæ periodi præcise conueniens cum anno mundi 2453. currente. Ergo Scaliger hîc iterum annum mundi 2453. currentem annum Exodi facit, & consequenter Scaligeri verba non tam ex positu, quam animo corrigenda sunt. Quod hoc loco inferendum erat.

V. Historiæ ergò & id circa finem capitis notetur, Gentilibus Historicis non ignotum fuisse Mosen & exitum Israelitarum ex Ægypto. Nam Iustinus Mosis & Exodi meminit lib. 36. Idem facit Diodorus Siculus circa finem libri primi, qui Mosen autorem facit Iudaicarum sanctionum, eumque alio nomine *Iao* dictum existimat. Idem habet Cornelius Tacitus lib. 5 hist. circa initium. Idem habent Manetho Ægyptius, cum Lysimacho, apud Iosephum libro priore & posteriore in Apionem Grammaticum. Quanquam vera falsis gentiles miscuerint. Primo namque Iustinus ait, Iudæos Ægyptiorum sacra furto abstulisse; cum id ex diuino, eoque speciali mandato fecerint Exod. 11. v. 2. Secundo, idem Iustinus fingit, Ægyptios armis sacra sua à Iudæis repetere voluisse, verum tempestatibus compulsos domum rediisse. Verum nō redierunt, sed plane in rubro mari submersi sunt, vt lapides. Exod. 15. v. 16. Tertio, Tacitus Iudæos dictos existimat ab Ida, inclito Cretæ monte, Iudæos quasi Idæos. Falsa Taciti Etymo-

C 2 logia

logia, cum non ab Ida monte, verum à Iuda tertio Iacobi filio hanc appellationem sortiti sint. Quarto, Iustinus, Tacitus, Manetho Ægyptius, Lysimachus, Apion Grammaticus, teste Iosepho in suis aduersus Apionem libris, volunt, Iudæos ob pestilentem tabem & lepram Ægypto expulsos, ne Ægyptios magis magisque inficerent. Communis hic rumor in gentiles sparsim dimanauit, ortum trahens, vel ab Ægyptiis, qui suam infamiam & diuinam vltionem occultare voluerunt, contrà Iudæos mendaciis onerare; vel ab aliis gentilibus, quibus Iudæi odio erant expositi. Hinc Iosephus de Manethonis Ægyptii historia; *aut absurde fabulas fingit, aut in odium gentis loquentibus credit:* Vel quod omnium primum, hæc figmenta autorem mendacii diabolum habuerunt, qui efficax fuit in filiis incredulitatis & tenebrarum, quique hæc figmenta gentilibus obiecit, ad obscurandam Mosaicæ & diuinæ historiæ veritatem, & DEI populum exquisitis conuitiis onerandum. Verum sacra scriptura contrarium testatur, Ægyptios omnis generis morbis & vlceribus diuinitus percussos; contrà Iudæos sanos & incolumes mansisse. Exod. 9. v. 4. & 7. cap. 11. v. 7. cap. 15. v. 26. Psal. 105. v. 37.

CAPVT II.

De forma Anni Iudaici ab Exodo ad destructionem Salomonici templi.

I. IVcunda hæc est & simul digna consideratu materia. Iudæos ante Exodum temporibus Patriarcharum in Chaldæa & Ægypto annum æquabilem Chaldaicum, & veterem Ægyptiacum dierum 360. cum iusta dierum ἐπαγομένων & superfluarum horarum intercalatione habuisse, ex anno diluuii, cap. 3. tituli præced. probatum est: Verum post Exodum Iudaicum annum cum principii mutatione ad Lunæ quoque motum directum, & ita ratione Ecclesiasticę constitutionis, Lunarem quoque factum, multa probant. Lunarem inquam, at eiusmodi, vt tempestiua mensis embolimæi insertione caput anni, ratione solaris cursus, fixus & firmus conseruatus fuerit.

Sententiam hanc probamus aliquot fundamentis:

1. Dauidis testimonio, Psalm. 104. v. 19. asserentis, Lunam à DEO præparatam לְמוֹעֲדִים *instata tempora*, non modo naturalia, Gen. 1. v. 14. verum & Ecclesiastica. Hinc vox מוֹעֵד sæpe pro solenni festiuitate sumitur, Thren. 1. v. 4. vt sensus Dauidicorum verborum sit, DEVM fecisse Lunam ad temporum & naturalium & Ecclesiasticorum constitutionem & ordinationem.

2. Ipsius Mosis affirmato, qui post Exodum mensem sæpe nominat יֶרַח *Lunationem* (à יָרֵחַ Luna) Exod. 2. v. 2. Deut. 21. v. 13. Iob. 3. v. 6. c. 7. v. 3. c. 29. v. 2. c. 39. v. 4. Mosen sequuntur Prophetæ, 1. Reg. 6. v. 1. 2. Reg. 15. v. 13. Esa. 66. v. 23. Zach. 11. v. 8. Hinc יֶרַח יָמִים & חֹדֶשׁ יָמִים scripturæ plerumque sunt synonyma.

3. A Syracidis effato, cap. 43. v. 7. ἀπὸ σελήνης σημεῖον ἑορτῆς, id est, à Luna signum festiuitatis.

4. Ex perpetua obseruatione paschalis festiuitatis, quam apud Iudæos ad motum Lunę directam fuisse, nemo est qui negat; & qui id faceret, cum ratione insanire videretur. Cur enim finiente die decima quarta בֵּין הָעַרְבַּיִם τῷ μεταξὺ δύω ἑσπερῶν *intra duas vesperas*, vel duas vespertini temporis

extre-

extremitates præcipitur agnus paſchalis immolari, Exod. 12. v. 6. niſi quia hic terminū præbet plenilunii. Et hoc eſt, quod Ioſephus ait lib. 2. Antiq. c. 6. Iudæos Ægyptum reliquiſſe Luna decima quinta. Id ex ſcriptura hauriens, vt figmentum ſit, Iudæos poſt tempora demum Alexandri Magni Lunaribus annis vſos.

II. Verum duo hîc obiiciuntur. 1. Ioſephi teſtimonium, aſſerentis lib. 1. Antiq. cap. 4. Moſen quidem anni initium ab Autumno in Ver traduxiſſe, interea nihil de priſtino anni ſtatu innouaſſe. Atqui annus ante Exodum & Moſen tempore Patriarcharum non fuit Lunaris, vt ſupra probauim . Ergo eundem non mutauit. 2. Si Iudæi poſt Exodum annos Lunares eiuſmodi habuerunt, qui iuſta intercalatione Menſis embolimæi ratione ſolaris anni fixus permaneret. Ergo plures Iudæorum anni decurri ſunt tredecim menſibus. Atqui hoc contra aulicam ordinationem Dauidis & Salomonis, qui duodecim Sitarchos ſiue Præfectos ordinarunt ſecundum numerum duodecim menſium in anno, qui Regem & regiam familiam ſuſtentarent & ordinarent. 1. Chron. 27. verſ. 1. 1. Reg. 4. verſ. 7. & ſeqq.

Ambo obiecta vno labore ſoluuntur. Perpetua namque illis ineſt ἀπαραλληλία, ἔλεγχος ἐπιζητημάτων & συγχύσεως vel κατά τι. Id enim quod de Eccleſiaſtico tantum anno hoc loco aſſerimus, vniuerſaliter & confuſe ad quemlibet Iudæorum annum aſſumitur. Iudæi ante Exodum in Ægypto veterem Chaldaicum & Ægyptiacum habuerunt ad Solis fere motum directum. Poſt Exodum vero duplicem quaſi annum acceptarunt, vnum nouiorem poſt Exodum, Eccleſiaſticum dictum, cuius initium à vere ſumebatur, & menſes vt & feſtiuitates ſecundum Lunæ motum ordinabantur. Antiquiorem ante Exodum, cuius initium ab Autumnali æquinoctio ſumebatur, quemque Iudæi, vti in Ægypto obſeruarunt, ita poſt retinuerunt, eoque in contractibus & politicis conſtitutionibus vſi ſunt. Annus autem Eccleſiaſticus, quia ratione duodecim Lunationum, Ciuili & Solari aliquot diebus minor, ita ordinatus fuit, vt commodo tempore certiſque annis Menſis decimus tertius vt Embolimæus inſereretur, annumque Lunarem iuſta intercalatione ad Solaris magnitudinem ferre protenderent. Cuius rei manifeſta veſtigia in Calippica periodo, Iudæis poſt Alexandrum Magnum vſitata, & eorum Calendario temporibus Conſtantini Magni confecto, in Thiſri priore & poſteriore, item in Adar priore & poſteriore deprehendimus.

CAPVT III.

De prima die Anni Exodi, ratione feriæ.

I. PRimus dies anni Exodi à vernali nouilunio numeratur, incidit in feriam quintam hebdomadis, vel diem Iouis. Probatur: Si vigeſima ſecunda dies ſecundi menſis anni Exodi incidit in feriam ſeptimam, vel diem Sabbathicum, tum primus dies primi menſis incidet in feriam quintam, vel diem Iouis: Atqui vigeſima ſecunda dies ſecundi Menſis anni Exodi incidit in feriam ſeptimam vel diem Sabbathicum: Ergo primus dies primi menſis incidet in feriam quintam, vel diem Iouis. Conſecutio in maiore hac oculari monſtratione manifeſta fit

Dies secundi Mensis.	Fer.	Mensis Dies	Fer.	Mensis Dies	Fer.
22	7	4	3	17	7
21	6	3	2	16	6
20	5	2	1	15	5
19	4	1	7	14	4
18	3	30	6	13	3
17	2	29	5	12	2
16	1	28	4	11	1
15	7	27	3	10	7
14	6	26	2	9	6
13	5	25	1	8	5
12	4	24	7	7	4
11	3	23	6	6	3
10	2	22	5	5	2
9	1	21	4	4	1
8	7	20	3	3	7
7	6	19	2	2	6
6	5	18	1	1	5
5	4				

Minor probatur ex cap. 16. Exodi. Israelitæ in desertum Sina venerunt decima quinta die secundi mensis vel die Sabbathico, Exod. 16. vers. eodem die murmur Iudaicum contra Mosen factum est. Particula namque, *tunc*, copulans id manifeste cum decima quinta die connectit, astantibus id omnibus, sobrietem inquirentibus, Historicis. Hoc murmur diuina bonitas leniens, inter duas vesperas, ineunte scilicet Iudæis die decima sexta secundi mensis, maximam Coturnicum copiam circa Israelitarum castra coegit, ante Solis vero exortum primum Manna cœlitus donatum fuit, quod per sex dies collegerunt, vers. 22. Die sexto, id est, vigesimo primo secundi Mensis, vel feria sexta, siue die Veneris, duplum de Manna & de Coturnicibus ex diuino mandato colligebatur, ob sequentem diem Sabbathicum, Domino sacrum vers. 23. Si vigesima secunda dies secundi Mensis est Sabbathum: Ergo primum Manna feria prima siue die dominico cœlitus donatum fuit, id quod & Beda testatur: *Dominico die primum Manna de cælo datum est.* Ita, si vigesima secunda dies secundi Mensis est Sabbathum: Ergo Neomenia, vel primus primi Mensis dies est feria quinta, vel dies Iouis. Quod probandum erat.

II. At reperiuntur aliqui, qui negant vigesimum secundum diem secundi mensis fuisse Sabbathicum, hoc argumento:

Si vigesimus secundus dies secundi mensis est Sabbathicus: Ergo & decimus quintus dies eiusdem mensis.

Atqui decimus quintus dies secundi Mensis Sabbathicus esse non potuit. Nam profectionem in desertum Sin Israelitæ instituerant. Ergo nec vigesimus secundus dies secundi Mensis Sabbathicus esse potuit.

Sed respondemus, 1. speciale DEI factum derogare generali Legi; quod enim die Sabbathico Israelitæ in deserto iter fecerint, fecerunt id ex diuina nubis dispensatione, quæ suo motu & eleuatione Iudæis profectionē præcipiebat, Exod. 14. v. 19. 20. Num. 10. v. 11. & seq. 2. Lex de nō suscipiendo itinere in Sabbatho tum nondum fuit promulgata, ideo Moses 21.

die

die ſecundi Menſis Iſraelitis duplam collectionem præcipit, ob ſequentem diem Domino ſactum, quæ præceptio prima fuit de Sabbathi ſanctificatione paulo poſt in Decalogo repetita. 3. Moſaica lex iubet quidem in Sabbatho quieſcere, Exod. 20. verſ. 10. concedens interim obambulationes, item ſacrificia, quæ ipſo die Sabbathico à Leuitis peragebantur. Verum quamdiu & quouſque ambulare in Sabbatho liceat, DEVS in lege non expreſſit: Forte neceſſitati, quæ ſupra legem eſt, nihil præſcribens. Hinc Maccabæi in Sabbatho præliarunt, 1. Maccab. 2. v. 41. Contra, illi Iudæi minus recte fecerunt, qui ſub prætextu de non violando die ſeptimo ſeſe contra hoſtium vim defendere noluerunt, 1. Maccab. 2. verſ. 34. Ita & illi Iudæi inhumaniter fecerunt, qui Iudæum Sabbathico die in latrinam cadentem extrahere noluerunt; teſte continuatione Matthiæ Pariſienſis, m. p. 958. Contra quam ſuperſtitioſam Sabbathici diei obſeruationem, Dominica Apologia directa eſt, Lucæ 17. verſ. 5. *Sabbathum eſt propter hominem, non homo propter Sabbathum*, & Sabbatho homo ſeruandus eſt, Marc. 3. verſ. 4. Ita legimus noſtrum Seruatorem cum diſcipulis die Sabbathico per ſata iuiſſe, Matth. 12. verſ. 1. Rabini poſtea determinarunt licere in Sabbatho iter facere duo millia minorum paſſuum, vel parui germanici milliaris. Hinc *ὁδὸς σαββάτου, via Sabbathi,* Actor. 1. verſ. 12. eſt via vnius parui milliaris, vel ſeptem ſtadiorum, vt Syrus græcam Lucæ phraſin explicauit.

Nihil ergo contra Moſaicam Legem Iſraelitæ in deſerto peccarunt, dum ex diuina diſpenſatione die decima quinta ſecundi Menſis vel Sabbatho, iter fecerunt.

Manet ergo firmum, vigeſimum ſecundum diem ſecundi Menſis in anno Exodi incidiſſe in feriam ſeptimam, & conſequenter nouilunium, vel primum diem primi Menſis in feriam quintam. Quæ obſeruatio cap. 1. huius tituli breuiter attacta, in hoc capite accuratius ex Moſe probata, elegantem nobis Characterem ad verum annum Exodi venandum ſubminiſtrat, ſimulq; licentiam multorum Chronologorum frenat, qui abſq; ratione & chronologicorum characterum obſeruatione annos inter ſe colligant. Non enim ſingulis annis paſchale nouilunium in feriam quintam cadit, ſed variat illud ratione feriarum in hebdomade.

Clauſulæ loco in hoc capite quæſtio quoque reſoluenda eſt; *Num feriæ, vel dies in hebdomade à Mundo ad Moſaicam de celebrando die ſeptimo ſanctionem, & ad noſtra vſque tempora turbati?* Reſp. Non eſſe turbatos, verum conſtanti ſerie DEVM dies in hebdomade ordinaſſe, ita vt ſeptimus dies ex Moſaica ſanctione, cum ſeptimo à prima creatione conueniat, hancque conſtantem dierum in hebdomade ſeriem diuinitus etiamnum conſeruari. Probamus aſſertionem, 1. Dies ſeptimus à creatione diuinitus fuit ſanctificatus, Geneſ. 2. verſ. 3. Huius ſanctificationis & benedictionis bona pars eſt conſtans & interrupta huius diei ſeptimi conſeruatio. 2. Dies ſeptimus in Moſaica ſanctione *μνημόσυνον* eſſe debebat ſeptimi diei poſt creationem, Exod. 20. verſ. 11. Ergo non eſt veriſimile illud *μνημόσυνον* à Iudæis alio quam ſeptimo à mundo die obſeruatum. 3. Hinc Lutherus noſter pie conjicit, diem ſeptimum Patriarchis ante & poſt Diluuium fuiſſe ſacrum, & in eodem ſuum cultum peregiſſe.

Concludimus ergo & hodiernum diem ſeptimum in hebdo-

made à mundo non turbatum esse, sed constantissima serie diuinitus conseruari. Devs enim Autor est non ἀταξίας sed ordinis, 1. Corinth. 14. vers. 33. 40.

Quod hoc loco inserendum erat.

CAPVT IV.

De primo Principio Sabbathicorum & Iobelæorum annorum, tum à mundo, tum à Mosaica sanctione.

1. Ivdæis post Exodum peculiaris Lex diuinitus dabatut, de obseruando quouis *septimo* anno, & *quinquagesimo*, Leuit. 25. Annus septimus nominatur annus שַׁבָּת Exod. 23. ỹ. 11. Leuit. 25. ỹ. 4. id est, annus Sabbathicus, vel annus quietis. Nominatur item Sabbathum terræ ibidem. Ad differentiam Sabbathi septimi diei, quod peculiatitet homines & iumenta tespiciebat. At tetræ Sabbathum, ipsam tetram. Nam in illo anno terta non colebatur, verum à cultura quodammodo quiescebat. Hinc reliqui sex anni intermedii nominantur anni γεωργίας, id est, agricolationis, vel agriculturæ. A Chronologis hebdomas hæc nominatur, hebdomas ἑπταέτης, id est, hebdomas septennalis, vel simpliciter hebdomas annua, ad differentiam hebdomadis ἑπταημέρου. Ita dicunt, hunc vel illum annum esse annum quartum vel quintum annuæ hebdomadis, id est, annum quartum vel quintum post celebratum annum Sabbathicum. Quo pertinet illa Dei phrasis, Leuitic. 25. vers. 8. tibi שֶׁבַע שַׁבְּתֹת שָׁנִים, id est, *septem septimanas annorum*, Sieben Jahrwochen.

Nominatut etiam hic annus septimus in Lege annus שְׁמִטָּה Deuteronomii 15. vers. 1. id est, *annus quietis vel dimissionis*, das Ruhejahr/ oder/ das frey vnd Erlaßjahr. Vox enim שמט vtrumque notat in factis, intermisit, intermissionem fecit, Exod. 23. vers. 11. Ierem. 17. vers. 4. Item dimisit, cum quadam scilicet libertate, 2. Samuel. 6. vers. 6. Annus ergo septimus nominatut annus שְׁמִטָּה, 1. ratione intetmissionis agricultutæ, 2. liberæ dimissionis mancipiorum ex Iudaica stitpe progenitorum. Nam setui setuæque ex Iudaico sanguine ptogeniti, ineunte anno septimo libete dimittebantur, imo libertate donabantur. Exod. 21. vers. 2. Leuitic. 25. vers. 39. & seq. Deutetonomii 15. vers. 12. Qui herili domo septimo anno exite nolebat, vetum sese in sequentem setuitutem heto subiiciebat, is Magistratui sistebatur, quo coram ex libertima voluntate & cetto consilio suam libettatem sibi ipsi abiudicabat: tum herus sumpto setuo eum ad ianuam vel postes suæ domus sistebat, eique autem subula perfotabat, in publicum testimonium seruitutis לְעֹלָם *in perpetuum*, Exod. 21. vers. 5. & 6. κατά τι, ad annum vsque Iobeleum. Eo namque anno ad familiam quisque hebræorum & hebræarum famulorum & famularum libere dimittebarur, Leuitic. 25. vets. 10. 13. 39. Ad hunc ritum respexit Messias Psalm. 40. vers. 7. *Aures* כָּרִיתָ לִּי *perfodisti tu mihi*, in signum scilicet meæ futuræ seruitutis, ad annum vsque vere Iobelæum, quo deposita seruitute in meam glotiam inttaui. Hinc Messias nominatur Dei seruus, Esai. 42. vers. 1. cap. 53. vets. 1. Ezech. 34. vers. 23. cap. 37. vers. 24. qui serui forma assumpta Patri obediens fuit ad mottem, mortem autem crucis, vt Paulus

loqui-

loquitur Philip. 2. verſ. 7. & 8. A Ioſepho lib. 1. Belli Iud. cap. 7. ſabbathicus annus nominatur ἔτος ἀργὸν, id eſt, annus ceſſationis. Ἀργὸν, quaſi ἄεργον, per κρᾶσιν, quod conuenit cum hebræo שְׁבוּת.

Annus Iobel ſiue Iobeleus Hebræis nominatur יוֹבֵל Leuitic. 25. verſ. 10. 11. Chaldæis יוֹבְלָא à יָבַל produxit. Hinc יוֹבֵל aries, Ioſuæ 6. verſ. 5. Et hodie in Arabia aries nominatur יוֹבְלָא. Exinde vox hæc de clangore ſumitur, qui fit cornu arietino. Ita annus Iobel hoc nomen accepit, quia arietino cornu decima die ſeptimi Menſis promulgabatur, hacque promulgatione publica libertas proclamabatur, & quiſque mancipiorum hebraicorum ad familiam cum libertate redibat. Leuitic. 25. verſ. 9. Ex hoc Iudaico Iobeleo, Romanus Pontifex Romanum Iubileum mutuauit, non diuinum, ſed humanum, & totum propter auaritiam inſtitutum. Primus Autor Romani Iubilæi fuit Papa Bonifacius VIII. antea Benedictus vocatus, qui Anno 1300. Chriſtianæ ætæ Iubilæum inſtituit, eumque centeſimo quouis anno celebrandum præcepit, idque ex antiquo Romanorum more, qui centeſimo quouis anno ſuos ſeculares ludos factos habebant. Hic annus centeſimus à Papa Clemente VI. Anno 1350. ad quinquageſimum fuit coarctatus. Mox ad vigeſimum quintum, vt videas, omnes Papales ſanctiones nil niſi nundinationes & turpiſſimum quæſtum quærere, vt Iohannes olim prædixit in ſua Apocalypſi cap. 18. verſ. 11. & ſequentib. Appellatur item hic annus Iobelæus annus דְּרוֹר, id eſt, libertatis, Leuitic. 25. verſ. 10. quia hebræis ſeruis generalis libertas publice proclamabatur, & reditus ad familiam concedebatur; quanquam & annus ſimplex Sabbathicus hoc nomen obtineat, Ieremiæ 34. verſ. 8. vti ſequente Titulo capit. quinto probabitur.

II. Hos Sabbathicos & Iobeleos annos poſt occupatam terram benedictionis ſancte à Iudæis obſeruatos, nemini dubium eſſe debet, imo adhuc hodie Iudæi, licet in mundo extorres, nullam materiam habeant exercendorum annorum Sabbathicorum & Iobeleorum, memoriam tamen eorundem firmiſſime & tenaciſſime ſeruant. Et ſi hodie Iudæum quæras, quotus annus decurrat à celebrato Sabbathico, continuo tibi exactum reſponſum communicabit. Populus enim eſt Ceremoniarum & Patriarum παραδόσεων, ad ſuperſtitionem & mortem etiam tenaciſſimus.

Quo pertinet illud Ioſephi lib. 1. Iud. belli. cap. 2. τὸ ἀργὸν ἔτος καθ' ἑπταετίαν ἄγεται παρὰ Ἰουδαίοις ὁμοίως ταῖς ἑβδομάσιν ἡμέραις, id eſt, *Feriatus annus ſeptimo quouis anno redeunte à Iudæis feriatus habetur, exemplo ſeptimi diei in hebdomade.* Quin imo in ſacris & aliis Hiſtoricis aliquot veſtigia celebratorum annorum Sabbathicorum occurrunt. Annus vaſtati à Nebucadnezare Babyloneorum Rege templi Salomonici, annus fuit Sabbathicus, Ieremia teſte cap. 34. verſ. 8. Annus Hieroſolymitanæ obſeſſionis ab Antiocho Eupatore itidem fuit Sabbathicus atteſtante 1. lib. Maccab. c. 6. v. 49. Annus quo Simon Maccabæus à Ptolemæo genero interficitur, 1. Maccab. 16. v. 16. Sabbathicus itidem fuit, vt videre eſt apud Ioſephum lib. 1. Bell. c. 2. Et lib. 13. Antiq. cap. 15. Simili modo idem Ioſephus atteſtatur lib. 14. Antiq. cap. 28. annum captæ Hieroſolymæ ab Herode Rege fuiſſe Sabbathicum. Ita annus, qui præceſſit euerſionem Hieroſolymitanam factam à Veſpaſiano & Tito, Sabbathicus fuit eodem Hiſtorico teſte. Et Matthias Pariſienſis Autor eſt, annum ætæ Chriſtianæ 1189. Sabbathicum fuiſſe.

fuiſſe. m. p. 148. Quanquam hunc annum Sabbathicum idem Autor *χυ...* annum Iubilæum nominet. Et hodiernum Iudaicum Calendarium atteſtatur, annum æræ Chriſtianæ 1602. itidem fuiſſe Sabbathicum. De annis Iobel obſeruatis, nullum in ſacris & Iudaicis poſt reditum Iudæorum ex babylonica captiuitate hiſtoriis veſtigium apparet. At ſanctè à Iudæis obſeruatos fuiſſe extra omnem eſt controuerſiam.

III. De hiſce annis tum Sabbathicis, tum Iobelæis duo ſolent quæri: 1. *De primo veroque principio Sabbathicorum & Iobelæorum annorum, ratione Moſaicæ ſanctionis.* 2. *An ratione annorum à Mundo turbati fuerint, ita, vt primus Sabbathicus & Iobelæus annus ex Moſaica ſanctione, alius ſit annus à condito mundo per ſeptem & quadraginta nouem diuiſus; an idem cum eo mundi anno, qui per ſeptem & quadraginta nouem diuiſus, nihil relinquit?*

In prioris quæſtionis reſponſione & reſolutione non conuenit Chronologis. Codomannus lib. 2. Chronol. quæſt. 40. & ſeq. Temporarius lib. 3. Chronol. demonſt. p. 103. & ſeq. Et alii, Moſaicum initium Sabbathicorum & Iobeleorum annorum ſumunt ab eo tempore, quo filii Iſrael in terram Canaan ingreſſi ſunt, menſe ſcilicet ſeptimo anni quadrageſimi, vel vltimi errationis in deſerto, cum Moſes exactis quinque Menſibus poſt moreretur (Moſes enim moritur Neomenia menſis duodecimi, teſte Ioſepho lib. 4. Antiq. cap. vlt.) Contra, Euſebius in Chronico, Bucholzerus, Crentshemius, Buntingus, Scaliger, Caluiſius & alii, ſeptennio poſt, cum ſcilicet terra per ſortem tribubus diſtribuebatur, anno ſcilicet quadrageſimo ſexto poſt Exodum, Ioſ. 14. v. 10.

Hi Moſaicum initium Sabbathicorum & Iobelæorum annorum recte figunt; illi minime; quod ſequentibus rationibus comprobatur. 1. Moſes ſuum Deuteronomion vno menſe ante ſuam mortem populo propoſuit, menſe ſcilicet vndecimo, quadrageſimi ſiue vltimi anni errationis, neomenia illius menſis, Deuteron. 1. v. 3. Sequente menſe poſt Moſes mortuus eſt. In illo vero libro ſæpius Iſraelitis inculcat ea, quæ facere debeant, cum terram promiſſionis ingreſſi fuerint, Deuteron. 4. v. 1. cap. 6. v. 1. & 10. cap. 7. v. 1. cap. 17. v. 14 cap. 18. v. 9. & ſeq. Ergo paulo ante mortem Moſis Iſraelitæ in terram benedictionis nondum ingreſſi erant. Inde conſequitur, ante mortem Moſis annos Sabbathicos & Iobelæos non eſſe incheandos. 2. Moſes initium annorum Sabbathicorum & Iobelæorum ſumit ab inhabitatione terræ, Leuit. 25. verſ. 2. Atqui ante Moſis mortem Iſraelitæ illam terram nondum inhabitabant: Ergo ante Moſis mortem hi anni inchoari nullo modo poſſunt. Occuparat quidem Moſes vltimo errationis anno, regnum Sihon, Regnum Baſan & partem terræ Moabiticæ cis Iordanem, eamque terram Moſes Tribui Ruben, Gad & dimidiæ Manaſſis precatio conceſſerat, Numer. 32. v. 5. & 33. Deuteron. 3. verſ. 12. Ioſuæ 13. verſ. 8. cap. 14. verſ. 3. Verum ab iſtis eadem terra rum nondum inhabitabatur. Quamuis enim tribus Ruben, Gad & dimidia Manaſſis familiam ibi ſuam cum pecoribus reliquerint, Numer. 32. verſ. 26. Deuteron. 3. verſ. 19. Ioſ. 1. v. 14. 15. Viri tamen ad prælium apti, vna cum reliquis tribubus in terram Canaan trans Iordanem proficiſci cogebantur, vt reliquis eſſent ab auxiliis in occupatione terræ promiſſionis. Poſt decurſum demum multorum annorum in donatam à Moſe terram iterum reuerſi ſunt Ioſuæ 22. verſ. 3. & 4. 3. Devs in termino à quo Sabbathicorum & Iobelæorum annorum definiendo plenariam quandam terræ inhabitationem notat, Deuteronom. 17. verſ. 14. diſtribuendam per ſortem, Numer. 34. verſ. 13. & nomina-

nominatim per Iosuam & Eleazarum Pontificem, vers. 14. Quod demum aliquot annis post Mosis mortem factum Ios. 14. vers. 1. 4. DEVS in Leuit. 25. vers. 2. per ingressum in terram Canaan, totam terram, & præcipuo terram trans Iordanem intelligit, quam Moses non est ingressus, Numer. 20. v. 12. Deut. 1. 37. cap. 3. v. 25. cap. 34. v. 4. Sed post Mortem demum Mosis, Iosua initium transitus per Iordanem in terram benedictionis fecit, Ios. 1. & 3. Imo terra cis Iordanem quæ tribui Ruben, Gad & dimidiæ parti Manassis precario venit, propterea terra Canaan non nominatur, sed terra trans Iordanem, post Mosis mortem à Iosua occupata. Numer. 32. v. 30. 32. c. 33. v. 51. c. 35. v. 14. Deut. 34. v. 4.

Sed inquies; A quonam ergo tempore post Mosis mortem anni Sabbathici & Iobelæi, ratione Mosaicæ sanctionis, inchoandi? Respon. Ab eo tempore, quo incolis terræ Canaan trans Iordanem eiectis, finibus descriptis, Israelitæ terram non agricolabant, verum in pace per sortem distribuebant. Factum id est anno quadragesimo sexto post Exodum, vti id ex Ios. 14. cap. vers. 10. colligitur. Ibi namque Caleb ait, annos quadraginta quinque elapsos ab eo tempore, quo ad explorandam terram Canaan, cum aliis à Mose emissus fuerat. Hæc exploratio facta est anno secundo post Exodum in æstate circa vindemiæ tempus, Num. 1. v. 1. c. 9. v. 5. cap. 10. vers. 11. cap. 13. Ergo quadragesimus sextus ab Exodo, fuit annus κληρουχίας vel κληρουχικὸς, id est, distributionis terræ Cananiticæ per sortem. Hoc ipso anno Israelitæ terram non agricolarunt. Ergo ab hoc anno, anni Sabbathici & Iobelæi, ratione Mosaicæ ordinationis, inchoandi sunt. Sequentibus quidem temporibus post primam hanc & primæuam terræ distributionem aliæ adhuc distributiones subsecutæ sunt: verum eæ tantum particulares fuerunt & partiales huius vel illius oppidi & loci. Illa vt prima, ita quodammodo vniuersalis & celebratissima, à qua Mosaicum initium Sabbathicorum & Iobelæorum annorum merito sumitur.

IV. Verum pugnat Codomannus lib. 2. Chronol. cap. 43. tribus argumentis, quibus probare conatur annos Sabbathicos & Iobelæos ante Mosis mortem vltimo anno errationis in deserto inchoandos:

1. Dominus incipere iubet annos Sabbathicos & Iobelæos mox ab ingressu filiorum Israel in terram promissionis Leuit. 25. v. 2. Atqui venerunt in terram illam ante mortem Mosis, cum Regem Sihon vincerent: Ergo inde anni Sabbathici & Iobelæi inchoandi.
2. In numeratione annorum Iobelæorum nullus eorum qui bus Israelitæ ex deserto egressi agriculturam in terra promissa exercuerunt, omittendus est. Sex autem anni, qui primum annum aduentus Israelitarum in promissam terram sequebantur, necessario habentur pro annis agriculturæ: Ergo sex anni, qui primum annum aduentus Israelitarum in terram promissam sequebantur, nequaquam in Iobelæorum annorum numeratione sunt omittendi, sed iure pro primo agriculturæ sexennio habentur.

3. Dista-

3. Distare ſemel vel aliquoties annis quadraginta nouem à quolibet דרור ſiue principio anni Iobel, eſt proprietas qua initium numerationis annorum Iobelæorum carere non poteſt. Aduentus Iſraelitarum in terram promiſſam diſtat à דרור, cuius Ieremias meminit cap. 34. verſ. 8. annis nongentis octuaginta, quos præciſe metiuntur quadraginta nouem anni: Ergo aduentus Iſraelitarum in terram promiſſam habet proprietatem qua initium numerationis annorum Iobelæorum carere non poteſt.

Verum ad argumenta Codomanni reſpondemus.

Ad primum: Ineſt argumento 1. ἔλεγχος ὁμωνυμίας in verbo ingreſſus. DEVS præcepit, vt poſt ingreſſum in terram Canaan annos Sabbathicos & Iobelæos Iudæi obſeruare inciperent. Verum per hunc ingreſſum plenariam terræ ſanctæ inhabitationem & per ſortem diſtributionē intelligit, vti ſupra firmatum eſt. 2. Fallacia κατά τι, ingreſſi ſunt Iſraelitæ promiſſam terram ante Moſis mortem, minima illius parte, cis Iordanem, regnum ſcilicet Sihon, regnum Baſan, & partem terræ Moabiticæ; maximam partem trans Iordanem, Ioſuæ demum tempore poſt Moſen occuparunt. DEVS autem Leuit. 25. v. 2. totam terram occupandam intelligit. 3. Laborat argumentum Schemate λέξεως: Deus enim per ingreſſum in terram, Leuit. 25. verſ. 2. proprie & principaliter terram Canaan trans Iordanem fluuium ſitam intelligit. Hæc enim terra proprie terra Canaan nominatur, vti ſupra firmatum eſt. Hanc autem terram Moſes non eſt ingreſſus. Ergo ante eius Mortem Iſraelitæ terram quam DEVS Leuit. 25. v. 2. intelligit, nondum ingreſſi erant.

Reſp. ad ſecundum argumentum. In eo nulla eſt conſequentiæ neceſſitas. 1. namque non ſequitur, Iſraelitæ viuente adhuc Moſe terram quam ingreſſi erant, ſeminarunt: Ergo neceſſario præcedere debuit annus Sabbathicus, isque Moſaicus. Præcedere namq; potuit annus Sabbathicus, verum non ex Moſaica conſtitutione, ſed ex annorum à mundo decurſu. 2. Non legitur in libro Ioſuæ, Iſraelitas primis ſex poſt Moſen annis agriculturam exercuiſſe. Nam toti erant in expellendis hoſtibus è terra Canaan, ideo veſcebantur tum temporis frugibus terræ ab incolis ſeminatis. 3. Si vel maxime concedamus, ſpatio illorum ſex annorum poſt Moſen terrā ab Iſraelitis agricolatam, non tamē inde Codomannus propoſitum ſuum obtinebit. Deus enim in Moſe initium Sabbathicorum & Iobelæorum annorum ſumit, non modo à partiali quadam terræ agricolatione, verum & plenaria, eaque per ſortem facta inhabitatione, quod paulo ante ex Moſe fuit comprobatum.

In tertio obiecto aſſumit Codomannus duo falſa principia pro fundamento ſui argumenti. Falſum enim 1. ab aduentu Iſraelitarum in terram benedictionis, vſque ad excidium templi Salomonici annos nongentes octuaginta numerandos, cum non niſi octingenti ſexaginta ſeptem elapſi ſint. 2. Falſum, vocem דרור annum ſemper Iobelæum ſignificare. Quod exactius & fuſius volente Domino in ſequente titulo cap. 5. demonſtrabitur.

V. Ad *ſecundam* quæſtionem negatiue reſpondemus. Annos ſcilicet Sab-

bathi-

bathicos & Iobelæos ex Mosaica sanctione cum annis à mundo tetro numeratis non turbatos. Nostram sententiam firmamus 1. a minori: Feriæ in hebdomade à mundo ad Mosis, & nostra etiam tempora, non sunt turbatæ: Ergo multo minus anni Si namque id à mundo non est turbatum quod minus est, multo minus id quod maius est. Antecedens Enthymematis supra cap. 3. firmatum est. 2. Vt septimus dies in Mosaica sanctione μνημόσυνον fuit diei septimi à conditu mundi, quo DEVS ab omni opere quieuit, Genes. 2. vers. Exod. 20. vers. 11. Ita & annus septimus & quadragesimus nonus à mundi conditu fuit μνημόσυνον partim æterni illius Sabbathi & Iobelæi, in quo DEVS ab omni æternitate in se viuens, cum opere creationis extra se quodammodo egrediens, initium fecit operationis & γεωργίας vel agricolationis mundi, ratione conseruationis creaturarum: partim æterni Sabbathi & Iobelei à nobis post huius mundi interitum perpetuum celebrandi, Esa. 66. vers. 23. Vt autem feria septima à mundi conditu ad id tempus, quo Iudæis Sabbathi sanctificatio diuinitus præcipiebatur, non turbata est, ita nec anni Sabbathici & Iobelæi in Iudaica politia ratione annorum mundi turbati sunt. 3: A consensu Chronologorum, qui non ex cæca aliqua connexione, sed cœlesti quodam ordine, & cum vera ratione diuinum hoc studium tractant: Falluntur ergo qui existimant, nullos annos Sabbathicos & Iobeleos à mundo dari, Deumque in Mosaica Sabbathicorum & Iobelæorum annorum ordinatione, ad annos à mundo minime respexisse, verum eosdem turbasse. Hoc est DEVM ἀταξίας insimulare. Falluntur & ii, qui primum initium annorum Sabbathicorum & Iobelæorum ex Mosaica Lege in talem à mundo annum coniiciunt, qui per septem & quadraginta nouem diuisus, absorberi non potest. Et hoc est confundere Sabbathicos & Iobelæos annos à mundo ad Mosen.

VI. Ex prædictis ergo duo inferimus: *Prius: principium Iobeleorum & Sabbathicorum annorum à Mosaica sanctione in quadragesimum sextum annum ab Exodo coniiciendum. Posterius: hoc primum Mosaicum principium in eiusmodi annũ mundi locandum, qui per 7. & 49. diuisus, præcise absorbetur.* Hæ duæ Regulæ lydium nobis lapidem præbent veræ alligationis Sabbathicorum & Iobelæorum annorum ab annis mundi ad nostra vsque tempora. Nos probauimus annum Exodi fuisse bis millesimum, quadringentesimum, quinquagesimum tertium à mundo, addantur quadraginta sex, ad annum κληρουχίας, fiunt bis 357
mille, quadringenti nonaginta nouem, diuidatur hic numerus per 7. & 49. & præcise absorbebitur.

Ergo magnum præbet argumentum legitimi positus annorum à 52
mundo. Quod hoc capite probandum erat.

CAPVT V.

De vero interuallo Annorum Iobel in specie.

I. DE nomine horum annorum, vt & diuina institutione superiori Capite nonnulla prolata sunt: nunc in hoc Capite verum eorum interuallum inquirendum est. Non enim conuenit inter Interpretes. Nominatur quidem annus Iobel, quinquagesimus, Leuitic. 25. vers. 10.

Verum de termino à quo numerando diuortium eſt opinionum. Alii terminum a quo ſumunt à primo anno agricolarionis, qui ſecut[illegible] eſt aliquem Iobelæum. Hoc modo annus Iobelæus eſt quinquageſimus, id eſt, diuerſus à ſeptimo anno ſabbathario ſiue quadrageſimo nono.

Hi mouentur duobus argumentis ex Leuit. 25. deſumptis: 1. Moſes annum Iobelæum expreſſe annum quinquageſimum nominat. 2. Ibidem loci Dominus diſtinguere videtur ſeptimum annum ſabbatharium à Iobelæo. Iubet enim numerare ſeptem annos ſabbathanos, vel annos quadraginta nouem, poſtea annum quinquageſimum pro Iobelæo ſacrum habere. Alii terminum à quo ſumunt incluſiue & Iobeleum præcedentem in annis quinquaginta connumerant. Hoc modo annus Iobeleus eis eſt quinquageſimus quidem, verum à ſeptimo anno ſabbathario non diuerſus, ſed plane idem, vt ex ſequente delineatione apparet.

1	50	
2	1	
3	2	
4	3	
5	4	
6	5	
7	6	
8	7	1
9	8	
10	9	
11	10	
12	11	
13	12	
14	13	
15	14	2
16	15	
17	16	
18	17	
19	18	
20	19	
21	20	
22	21	3
23	22	
24	23	
25	24	

26	25	
27	26	
28	27	
29	28	4
30	29	
31	30	
32	31	
33	32	
34	33	
35	34	
36	35	5
37	36	
38	37	
39	38	
40	39	
41	40	
42	41	
43	42	6
44	43	
45	44	
46	45	
47	46	
48	47	
49	48	
50	49	7
1	50	
2	1	

II. In hoc ſententiarum diuortio poſteriori ſententię ſubſcribimus. Nam prægnantia habet fundamenta:

1. Si annus Iobel ab anno ſeptimo ſabbathario vel quadrageſimo nono diuerſus eſſet, & ſequens annus; tum terra per duos continuos annos ſabbathum egiſſet, vel ab agricolarione quieuiſſet, & ita ſexto anno ante ſeptimum ſabbathicum annum, vel anno quadrageſimo octauo in annos quatuor prouentus fuiſſet colligendus: Atqui hoc contra diuinam mentē

DEVS

Deus enim sexto quouis anno ἀορίστως, id est, indefinite & vniuersaliter benedictionem terræ in ternorum annorum prouentum tantum promittit, Leuit. 25. v. 2/

2. Si annus Iobel ab vltimo Sabbathario distinctus, tum nono demum anno post celebrationem anni Sabbathici terra agricolari cœpta. Atqui & hoc contra diuinam sanctionem, quæ anno quouis octauo indefinite vel anno proximo quemuis Sabbathicum sequente, terræ culturam iterum præcipit, quo anno nono siue secundo post sabbatharium nouis iterum terræ frugibus illis vesci liceret. v. 22.

3. Si annus Iobel diuersus esset ab vltimo Sabbathico siue quadragesimo nono, tum anni Sabbathici ratione annorum mundi turbarentur & sua sede dimouerentur. Atqui hoc contra diuinam τάξιν, vti præcedenti capite probatum. Ergo annus Iobelæus ab vltimo siue septimo anno Sabbathario non est diuersus.

4. Si annus Iobel ab anno septimo Sabbathico diuersus est, tum necesse foret, si spatium temporis inter duos annos Sabbathicos ab Historicis annotatos, in quinquagenos annos diuideretur, remanere annorum numerum ex septenariis concretum, quique Sabbathicum annum indicaret. Sed illud per quinquaginta fieri non potest: Ergo hinc per firmam ἀπόδειξιν colligitur, Iobelæum annum à septimo sabbathario siue quadragesimo nono diuersum non esse. Assumptum roboratur. Annus quo Antiochus Eupator Hierosolymam obsedit, sabbathicus fuit, teste 1. Libro Maccab. cap. 6. v. 49. Annus quo Hierosolyma ab Herode capta est, iterum erat sabbathicus, teste Iosepho lib. 14. Antiq. cap. 28. Interuallum est centum viginti sex annorum, omnibus Historicis consentientibus. Hic magnus numerus per 50. diuisus, 26. relinquit: Atqui hic numerus sabbathicum annum indicare non potest, quia per septenarium diuisus absorberi non potest. Verum si per 49. magnus ille numerus diuidatur, remanebunt 28. qui numerus per septenarium & exactam absorptionem diuidi potest. Ita annus qui præcessit euersionem Hierosolymæ à Tito Vespasiano factam, sabbathicus fuit, Iosepho teste. Ab hoc anno ad captam Hierosolymam ab Herode anni sunt 105. qui diuisi per 50. relinquunt 5. qui numerus non est character anni sabbatharii: at per 49. diuisi, septenarium, verum characterem anni sabbatharii, relinquunt. Pari modo inter annum sabbathicum præcedentem πανωλεθρίαν posterioris templi ad annum sabbathicum à Matthæo Parisiensi annotatum, effluxerunt anni 1120. qui diuisi per 50. relinquunt 20. spurium characterem sabbathicorum annorum: at diuisi per 49. remanent 42. legitimum anni sabbatharii numerum. Ex hac ἀποδείξει firmissime probatur annum Iobelæum quinquagesimum esse, non per exclusionem, verum inclusionem præcedentis Iobelæi.

5. Ex nomine. Annus sabbathicus indefinite & absq; vlla limitatione nominatur annus septimus, Exodi 21. v. 2. Leuit. 25. v. 4. 20. Deutero. 15. v. 1. Nehem. 10. v. 32. Ierem. 34. v. 14. 1. Maccab. 6. v. 49. Atqui si annus Iobel distinctus esset à septimo sabbathario, vel quadragesimo nono, annus sabbatharius sæpe fieret octonarius, cuius tamen immutationis & confusionis nullum in sacris vestigium apparet. Huc pertinet illud Iosephi lib. 1. Bel. Iud. cap. 2. asserentis, Iudæos septimum annum vt sabbathicum semper coluisse ad similitudinem dierum in hebdomade. Atqui dies in septimana non sunt turbati: Ergo nec anni sabbatharii. Et consequenter annus Iobelæus à septimo sabbathario non est distinctus, sed plane idem.

6. Idem comprobamus ex hodierno Iudæorum Calendario, omnium artificiosissime composito, in quo hic habetur Canon: *Abiice omnia septenaria ab ara mundi, residuum est annus semitæ in quo es*, id est, residuum ostendet tibi quotus annus agatur à proxime sabbathico celebrato. Si anni sabbatharii per septem in annis à mundo numeratis perpetuo inueniuntur, tum à quolibet quinquagesimo anno diuisim à septimo sabbathario sumpto numerari non possunt. Per quinquagesimum enim annum septenariis, vel annis sabbathicis insertum & diuisim sumptum, ipsi septenarii numeri, & cum iis anni sabbatharii loco mouentur & turbantur. Ergo annus Iobel vna cum vltimo sabbathario vel quadragesimo nono simul celebratus.

Quod si quis negat, Iudæos hodie veram cognitionem annorum Iobelæorum habere; idem neget, eos hodie verum diem septimum vel sabbatharium obseruare, cum vtrumque DEVS per Iudæos mundo & Ecclesiæ reuelarit.

III. Restat vt breuiter duo argumenta soluamus, quibus nonnulli probare conantur, Iobelæum Iudæorum annum à septimo sabbathario diuersum & distinctum fuisse.

Ad *Primum*: DEVS Iobelæum annum nominat quinquagesimum. Hæc DEI locutio bene explicanda est. Iobelæus annus est quinquagesimus inclusiue, connumerato scilicet priore Iobelæo, ad quem DEVS in hac sanctione respexit. Nec est hæc explicatio absurda & inaudita. Similem namque locutionem ipse Moses habet, Deuteron. 15. vers. 1. מקץ שבע שנים, *à fine septem annorum*, id est, finientibus annis septem *facies* שמטה, id est, *intermissionem*, vel annum sabbatharium. Quam locutionem Ieremias sequitur cap. 34. vers. 14. En, annus intermissionis vel sabbathicus est finis septem annorum, id est, initium octaui anni, inclusiue scilicet, connumerato præcedente sabbathario. Hæc inclusiua locutio prophanis scriptoribus & familiari sermoni est tritissima: Ita olympiadem nominatunt spacium quinquennale. Sic Ouidius: *Quinquennis olympias acta est.* In hunc modum loquitur & Aristophanes: *ὁ ζεὺς πιῶν τὸν ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα τοὺς Ἕλληνας δι᾽ ἔτους πέμπτου ξυναγείρει.* Ita Suetonius, Censorinus & alii, agonem Iouis Capitolini, à Domitiano institutum, nominarunt quinquennalem, cum quatuor tantum absolutorum fuerit annorum. Hoc modo Ausonius:

1	7
2	1
3	2
4	3
5	4
6	5
7	6
8	7

Hæc quoque temporibus quinquennia sacra notandis
Isthmia Neptuno data sunt, & Pythia Phœbo.

Ita vulgo loquimur, quintum quemuis annum esse bissextilem, hebdomadem esse spacium octidui, febrim quartanam quatridui, &c. quæ locutiones ad vnam omnes per inclusionem termini à quo intelligendæ.

Ad *secundum* per negationem respondemus. DEVM in Leuitic. 25. vers. 8. 9. 10. annum Iobelæum à quadragesimo nono non secludere annorum ratione. Particula namque ו copulans initio versus 9. annum quadragesimum nonum cum Iobelæo hoc modo connectit: *Numerabis tibi septem septimanas annorum, septem annos septem vicibus, ita vt tempus septem septimanarum annorum, sint tibi quadraginta nouem anni, tunc facies vt vbique personet clangor tubæ mense septimo, die decimo illius mensis, die expiationum facitote, vt personet tuba in tota terra vestra; vt sanctificetis* annum

annum quinquagesimum & proclametis libertatem in ipsa terra omnibus eius habitatoribus, &c. id est, ineunte anno septimo sabbathario siue quadragesimo nono, mense septimo, die decima mensis, ipso die expiationum clanges tuba, vt hunc annum quadragesimum nonum sanctifices, qui idem est annus quinquagesimus, alio scilicet respectu, per inclusionem præcedentis anni Iobelæi.

CAPVT VI.

De interuallo annorum ab Exodo ad fundationem templi Salomonici.

I. ANni sunt *quadringenti octoginta.* Hunc numerum DEI beneficio expressum habemus, 1. Reg. 6. vers. 1. וַיְהִי בִשְׁמוֹנִים שָׁנָה וְאַרְבַּע מֵאוֹת שָׁנָה id est; *Et factum est quadringentesimo octuagesimo anno ab egressu israelitarum è terra Aegypti, anno quarto, mense Ziph (is est secundus mensis) regni Salomonis super Israelem, vt ædificare inciperet domum Iehouæ.* Hic magnus numerus diuinitus nobis consignatus merito magnifaciendus est, nec ab eo temere recedendum. Et tamen ab eo recedunt multi, qui partim vitiositatis & corruptionis hunc magnum numerum arguunt, partim miram ei interpretationem affingunt:

1. Iosephus, qui ab Exodo ad initium templi Salomonici numerat annos sexcentos decem, lib. 8. Antiq. c. 2.

2. Clemens Alexandrinus lib. 1. *στρωμάτων* à Iosua ad mortem Dauidis annos 523. additis 40. errationis, & tribus Salomonis antequam templum ædificare inciperet fiunt 566.

3. Nicephorus & multi alii Orientales Græci ab exitu Israelitarum ex Ægypto vsque ad Dauidis mortem numerant annos 630. ad mortem Dauidis, inde ad initium structuræ templi 633.

4. Nicolaus Raimarus, qui ab exitu ad initium structuræ Salomonici templi annos numerat quingentos octuaginta, magnumque numerum, 1. Regum 6. vers. 1. toto centenario incuria Librariorum corruptum, & pro quadringentis octuaginta, quingentos octuaginta legendum existimat, vti videre est in scripto germanico sub eius nomine edito, cui titulus: Nicolai Raimari Vrsi Ditmarsi, Röm Kays. Mayest. Mathematici Chronologische Beweisung / das der Jüngstetag innerhalb 77. Jahren kommen werde / von dem Jahr Christi 1596. an zurechnen.

5. Iohannes Woltherus, qui ab exitu Israelitarum ex Ægypto ad initium templi Salomonici numerat annos 620. in duobus peccans: 1. namque existimat cum Raimaro magnum illum numerum in 1. Regum 6. vers. 1. toto centenario diminutum. 2. Vocem *exitus* interpretatur de transitu Iosuæ per Iordanem, facto, anno quadragesimo primo ineunte post Exodum, primo mense illius anni, tempore veris, Iosuæ 3. vers. 15. cap. 4. vers. 19. cap. 5. vers. 10. Sensus ergo verborum ex Woltheri mente hic est: *Anno quadringentesimo octuagesimo post exitum Israelitarum è terra Aegypti, id est, anno quingentesimo octuagesimo à transitu Iosua per Iordanem in terram benedictionis, facto quadragesimo primo anno ineunte post exitum ex Aegypto cæ-*

ptum est ædificari templum Domino. Hanc suam interpretationem alio scripturæ testimonio colorare conatur: Exodi 12. vers. 40. scriptum est, Israelitas habitasse in Ægypto 430. annos, cum tamen per 215. tantum annos in Ægypto habitarint. Reliquum annorum tempus profectionibus Abrahami, Isaaci, Iacobi tribuendum.

Exinde colligit, non absurdum esse per vocem exitus Israelitarum ex Ægypto, intelligere transitum Israelitarum per Iordanem, factum post mortem demum Mosis.

6. Laurentius Codomannus, qui lib. 1. Chronolog. cap. 17. ab egressu Israelitarum ex Ægypto ad primū annum structuræ templi Salomonici annos habet 598. Hic magnum in 1. Regum 6. vers. 1. numerum non quidem corruptum existimat, verum miram ei affingit mentem. Opinatur enim annos illos 480. non ab eo anno inchoandos, quo Israelitæ potenti Dei manu, Mose Duce, Ægypto egressi sunt; verum ab eo tempore, quo tribus Dan hæreditatem sibi quæsiuit, Iudicum 18. quod longo demum post Mosen & Iosuam tempore factum est, anno quasi centesimo decimo octauo post egressum, vt Codomannus existimat. Vocem ergo צאת in 1. Regum 6. vers. 1. interpretatur de tota peregrinatione Israelitarum, quæ à primo paschate vel anno egressus ex Ægypto per aliquot annos durauit, donec singulæ tribus suam occuparent terram, cuius causa mandante & mirabiliter adiuuante Domino profectionem ex Ægypto susceperant.

Nec nouum esse (ait Codomannus) ab eo loco vnde exitur denominare totam profectionem, quantumuis longinquam & diuturnam, quæ durat, donec perueniatur ad locum cuius adeundi causa iter suscipitur, etiamsi obiter incidant impedimenta, moram efficientia. Probat id loco Deuteronomii quarto, versic. 41. vbi dicitur Mosen Deuteronomion prælegisse populo בצאת in exitu ex Ægypto, cum tamen id factum sit, anno quadragesimo post transitum maris rubri fere finiente, Deuteron. 1. vers. 3. Ita Psal. 114. vers. 3. dicitur בצאת in exitu Israelitarum ex Ægypto Iordanem retro versum constitisse, quod anno demum quadragesimo primo post transitum per mare rubrum factum est, Ios. 3. v. 16. c. 5. v. 10. & seq. Ex mente ergo Codomanni hic foret verborum 1. Reg. 6. vers. 1 sensus: Factum est anno quadringentesimo octuagesimo exitus Israelitarum ex Ægypto, id est, plenariæ possessionis & occupationis terræ Canaan; vel; ab exitu non incipiente, sed desinente, & singulari quidem modo desinente, cum tribus Dan hæreditatem sibi quæreret, quod factum est anno quasi centesimo decimo octauo post annum Exodi.

II. Hi, qui iam enumerati sunt, quique magnum numerum in 1. Regum 6. vers. 1. vel corruptionis accusant, vel contortam & alienam ei mentem affingunt, præsertim tres postremi, sequentia habent assertionis fundamenta.

Primum & præcipuum desumunt ex Apostolicis Actibus, in quibus Paulus Apostolus à distributione terræ per Iosuam & Eleazarū facta, ad Samuelem Prophetam annos 450. numerat: Actorum. 13. vers. 20. tum ad Dauidem, 40. vers. 21. Hic numerus coniunctus cum eo, qui 1. Regum 6. vers. 1. ponitur, decennio iam excedit. Sin vero huic Paulinæ numerationis anni 40. errationis in deserto, septem à morte Mosis ad terræ distri-

distributionem Iof. 14. verf. 10. 40. item anni regni Dauidici & tres Salomonis, quæ præterierant, antequam templum ædificari cœptum eft, 1. Regum. 6. v. 1. connumerentur, 580. anni proueniunt, & ita hoc modo Paulina numeratio toto centenario maior erit magno illo numero in 1. Reg. 6. v. 1. pofito.

II. Liber Iudicum & prior Samuelis longe plures annos colligunt ab 40
Exodo ad quartum regni Salomonis annum ineuntem, quam 1. Reg. 6. v. 1. 40
habentur. Id ita demonftratur: anni errationis in deferto funt 40. Exod. 40
16. v. 35. Num. 14. v. 34. cap. 32. v. 13. Deut. 1. v. 3. Anni Eli Pontificis totidem, 40 3
1. Sam. 4 v. 18. Anni Samuelis & Saulis totidem. Act. 13. v. 21. Anni Dauidici 8
regni itidem 40. 2. Sam. 5. v. 4. 1. Reg. 2. v. 10. 1. Chron. 29. v. 21. Anni 3. abfo- 40
luti Salomonis ad initium ftructuræ templi, 1. Reg. 6. v. 1. Hi numeri colle- 18
cti, 163. annos producunt, qui fubtracti de 480. relinquunt 317. à morte 80
Mofis ad iudicatum Eli. Atqui liber Iudicum longe plures enumerat an- 20
nos. 8. annos Mefopotamienfis feruitutis, Iudic. 3. verfic. 8. 40. annos 40
iudicii Othnielis, verfic. 11. 18. annos Moabiticæ feruitutis, verfic. 14. 7
80. annos dominatus Ehud, v. 30. 20. annos Cananiticæ feruitutis, cap. 4. 40
v. 3. 40. Iudicii Barac & Deboræ, cap. 5. v. 31. 7. Midianiticæ feruitutis cap. 6. 3
v. 1. 40. dominatus Gedeonis cap. 8. verf. 28. 3. Abimelechi. cap. 9. verf. 22. 23 22
23. Tholæ. cap. 10. verf. 2. 22 Iair, verf. 3. Sequuntur 18. anni Ammoniticæ 18
feruitutis, verf. 8. 6. anni dominationis Iephthe, cap. 12. verf. 7. 7. Ebzan, 6
verf. 10. 10. anni Elon, verf. 11. 8. Abdon, verf. 14. 40. anni Philifthææ 7
feruitutis, cap. 13. verf. 1. 20. tandem anni iudicii Simfonis, cap. 15. verf. 10
20. cap. 16. verf. 31. Hi numeri collecti producunt annos 573. His fi ad- 8
dantur anni principatus Iofuæ in facris non confignati, anni ab Exodo ad 40
ftructuram templi Salomonici in libro iudicum & priori Samuelis con- 40
tenti, centum annis fuperabunt magnum illum numerum, 1. Reg. 6. v. 1. 573
pofitum.

III. Iudic. 2. verfic. 6. & feq. legitur, viuente Iofua & fenioribus poft Iofuam per longum bene tempus Ifraelitas Domino feruiiffe: tandem aliam gentem exortam, quæ dominum non nouerit, neceius opera quæ fecerat; tum Ifraelitas incepiffe male agere coram DEO, quam ob caufam eos feruituti maneipari. Ex hoc iudicum loco colligit Woltherus, poft Mofis mortem & ante primam Ifraelitarum feruitutem cuius mentio fit, Iudic. 3. verfic. 8. aliquot annos inferendos, non modo Iofuæ, verum & feniorum, qui poft Iofuam vixerunt, quorumque tempore Ifraelitæ Domino feruierunt.

IV. Iud. 1. v. 1. & feq. legitur poft mortem Iofuæ, Iudam & Simeonem, id eft, Iudæ & Simeonis Tribum contra reliquos Cananitas ex diuino mandato bellum gefliffe. Ergo poft Iofuæ mortem prima Ifraelitarum feruitus nullo modo inchoanda. 47

V. Iephthe ab occupata terra Canaan ad fuum tempus annos trecen- 7
tos effluxiffe numerat, Iudic. 11. verf. 26. Atqui fi 480 tantum anni ab Exo- 10
do ad initium templi Salomonici decurrerunt, tum Iepthe numeratio vix 8
confiftere poterit. Nam terra Canaan plene occupata eft feptimo an- 40
no à morte Mofis, vel quadragefimo feptimo ab Exodo Iof. 14. verfic. 10. 40
poft Iephthen præfuit Ifraelitis Ebzan per feptem annos. Hunc fecu- 40
tus eft Elon per 10. Elonem fecutus eft Abdon per annos 8. tum fe- 40
quuntur anni 40. Philifthinæ feruitutis, 20. Samfonis, 40. Eli, 40. 40
Saulis & Samuelis, 40. Dauidis; tres Salomonis. Hi numeri inter 3

 fecon- 315

ptum est ædificari templum Domini. Hanc suam interpretationem alio scripturæ testimonio colorare conatur: Exodi 12. vers. 40. scriptum est, Israelitas habitasse in Ægypto 430. annos, cum tamen per 215. tantum annos in Ægypto habitarint. Reliquum annorum tempus profectionibus Abrahami, Isaaci, Iacobi tribuendum.

Exinde colligit, non absurdum esse per vocem exitus Israelitarum ex Ægypto, intelligere transitum Israelitarum per Iordanem, factum post mortem demum Mosis.

6. Laurentius Codomannus, qui lib. 1. Chronolog. cap. 17. ab egressu Israelitarum ex Ægypto ad primū annum structuræ templi Salomonici annos habet 598. Hic magnum in 1. Regum 6. vers. 1. numerum non quidem corruptum existimat, verum miram ei affingit mentem. Opinatur enim annos illos 480. non ab eo anno inchoandos, quo Israelitæ potenti DEI manu, Mose Duce, Ægypto egressi sunt; verum ab eo tempore, quo tribus Dan hæreditatem sibi quæsiuit, Iudicum 18. quod longo demum post Mosen & Iosuam tempore factum est, anno quasi centesimo decimo octauo post egressum, vt Codomannus existimat. Vocem ergo צאת in 1. Regum 6. vers. 1. interpretatur de tota peregrinatione Israelitarum, quæ à primo paschate vel anno egressus ex Ægypto per aliquot annos durauit, donec singulæ tribus suam occuparent terram, cuius causa mandante & mirabiliter adiuuante Domino profectionem ex Ægypto susceperant.

Nec nouum esse (ait Codomannus) ab eo loco vnde exitur denominare totam profectionem, quantumuis longinquam & diuturnam, quæ durat, donec perueniatur ad locum cuius adeundi causa iter suscipitur, etiamsi obiter incidant impedimenta, moram efficientia. Probat id loco Deuteronomii quarto, versic. 41. vbi dicitur Mosen Deuteronomion prælegisse populo בצאת in exitu ex Ægypto, cum tamen id factum sit, anno quadragesimo post transitum maris rubri fere finiente, Deuteron. 1. vers. 3. Ita Psal. 114. vers. 3. dicitur בצאת in exitu Israelitarum ex Ægypto Iordanem retro versum constitisse, quod anno demum quadragesimo primo post transitum per mare rubrum factum est, Ios. 3. v. 16. c. 5. v. 10. & seq. Ex mente ergo Codomanni hic foret verborum 1. Reg. 6. vers. 1 sensus: Factum est anno quadringentesimo octuagesimo exitus Israelitarum ex Ægypto, id est, plenariæ possessionis & occupationis terræ Canaan; vel; ab exitu non incipiente, sed desinente, & singulari quidem modo desinente, cum tribus Dan hæreditatem sibi quæreret, quod factum est anno quasi centesimo decimo octauo post annum Exodi.

11. Hi, qui iam enumerati sunt, quique magnum numerum in 1. Regum 6. vers. 1. vel corruptionis accusant, vel contortam & alienam ei mentem affingunt, præsertim tres postremi, sequentia habent assertionis fundamenta.

Primum & præcipuum desumunt ex Apostolicis Actibus, in quibus Paulus Apostolus à distributione terræ per Iosuam & Eleazarū facta, ad Samuelem Prophetam annos 450. numerat: Actorum. 13. vers. 20. tum ad Dauidem, 40. vers. 21. Hic numerus coniunctus cum eo, qui 1. Regum 6. vers. 1. ponitur, decennio iam excedit. Sin vero huic Paulinæ numerationis anni 40. errationis in deserto, septem à morte Mosis ad terræ distri-

distributionem Iof. 14. vers. 10. 40. item anni regni Dauidici & tres Salomonis, quæ præterierant, antequam templum ædificari cœptum est, 1. Regum. 6. v. 1. connumerentur, 580. anni proueniunt, & ita hoc modo Paulina numeratio toto centenario maior erit magno illo numero in 1. Reg. 6. v. 1. posito.

II. Liber Iudicum & prior Samuelis longe plures annos colligunt ab 40 40
Exodo ad quartum regni Salomonis annum ineuntem, quam 1. Reg. 6. v. 1. 40
habentur. Id ita demonstratur: anni errationis in deserto sunt 40. Exod. 40
16. v. 35. Num. 14. v. 34. cap. 32. v. 13. Deut. 1. v. 3. Anni Eli Pontificis totidem, 3
1. Sam. 4 v. 18. Anni Samuelis & Saulis totidem. Act. 13. v. 21. Anni Dauidici 8
regni itidem 40. 2. Sam. 5. v. 4. 1. Reg. 2. v. 10. 1. Chron. 29. v. 21. Anni 3. abso- 40
luti Salomonis ad initium structuræ templi, 1. Reg. 6. v. 1. Hi numeri colle- 18
cti, 163. annos producunt, qui subtracti de 480. relinquunt 317. à morte 80
Mosis ad iudicatum Eli. Atqui liber Iudicum longe plures enumerat an- 20
nos. 8. annos Mesopotamiensis seruitutis, Iudic. 3. versic. 8. 40. annos 40
iudicii Othnielis, versic. 11. 18. annos Moabiticæ seruitutis, versic. 14. 7
80. annos dominatus Ehud, v. 30. 20. annos Cananiticę seruitutis, cap. 4. 40
v. 3. 40. Iudicii Barac & Deboræ, cap. 5. v. 31. 7. Midianiticæ seruitutis cap. 6. 3
v. 1. 40. dominatus Gedeonis cap. 8. vers. 28. 3. Abimelechi. cap. 9. vers. 22. 23
23. Tholæ. cap. 10. vers. 2. 22 Iair, vers. 3. Sequuntur 18. anni Ammoniticæ 22
seruituris, vers. 8. 6. anni dominationis Iephthe, cap. 12. vers. 7. 7. Ebzan, 18
vers. 10. 10. anni Elon, vers. 11. 8. Abdon, vers. 14. 40. anni Philisthææ 6
seruitutis, cap. 13. vers. 1. 20. tandem anni iudicii Simsonis, cap. 15. vers. 7
20. cap. 16. vers. 31. Hi numeri collecti producunt annos 573. His si ad- 10
dantur anni principatus Iosuæ in sacris non consignati, anni ab Exodo ad 8
structuram templi Salomonici in libro iudicum & priori Samuelis con- 40
tenti, centum annis superabunt magnum illum numerum, 1. Reg. 6. v. 1. 20
positum. 573

III. Iudic. 2. versic. 6. & seq. legitur, viuente Iosua & senioribus post Iosuam per longum bene tempus Israelitas Domino seruiisse: tandem aliam gentem exortam, quæ dominum non nouerit, nec eius opera quæ fecerat; tum Israelitas incepisse male agere coram Deo, quam ob causam eos seruituti mancipari. Ex hoc iudicum loco colligit Woltherus, post Mosis mortem & ante primam Israelitarum seruitutem cuius mentio fit, Iudic. 3. versic. 8. aliquot annos inserendos, non modo Iosuæ, verum & seniorum, qui post Iosuam vixerunt, quorumque tempore Israelitæ Domino seruierunt.

IV. Iud. 1. v. 1. & seq. legitur post mortem Iosuæ, Iudam & Simeonem, id est, Iudæ & Simeonis Tribum contra reliquos Cananitas ex diuino mandato bellum gessisse. Ergo post Iosuæ mortem prima Israelitarum seruitus nullo modo inchoanda. 47

V. Iephthe ab occupata terra Canaan ad suum tempus annos trecen- 7
tos effluxisse numerat, Iudic. 11. vers. 26. Atqui si 480 tantum anni ab Exo- 10
do ad initium templi Salomonici decurrerunt, tum Iepthe numeratio vix 8
consistere poterit. Nam terra Canaan plene occupata est septimo an- 40
no à morte Mosis, vel quadragesimo septimo ab Exodo Ios. 14. versic. 10. 20
post Iephthen præfuit Israelitis Ebzan per septem annos. Hunc secu- 40
tus est Elon per 10. Elonem secutus est Abdon per annos 8. tum se- 40
quuntur anni 40. Philisthinæ seruitutis, 20. Samsonis, 40. Eli, 40. 40
Saulis & Samuelis, 40. Dauidis; tres Salomonis. Hi numeri inter- 3

 secon- [illegible]

ſe coniuncti producunt annos 255. qui ſi à 480. annis ſubtrahantur, remanebunt 225. anni vſque ad Iephthen, qui tamen numerus ad numerum trecentenarium à Iephthe poſitum minime omnium pertingit. Numerus ergo in 1. Reg. 6. verſic. 1. vel toto centenatio diminutus, vel alia ei mens affingenda eſt.

III. Vidimus argumenta, quibus nonnulli probare conantur, ab exitu Iſraelitarum ex Ægypto ad initium templi Salomonici multo plures quam 480. annos numerandos: videamus etiam ſpecialem eorum annorum poſitum, quem illi habent.

40 1. Ioſephus hos annos ita locat: Anni errationis in deſerto 40. Anni
25 dominatus Ioſuæ 25. Lib. 5. Antiq. c. 1. Anni ſine Magiſtratu 18. Lib. 6.
18 Antiq. cap. 6. Anni Meſopotamienſis ſeruitutis 8. Lib. 5. cap. 3. Anni 40.
8 Iudicatus Othnielis vel Kenizi, vt Ioſephus Othnielem vocat, qui Kenizi
40 filius fuit, teſte Libro Iudicum cap. 3. verſ. 9. cap. 4. in Ioſepho. Anni Moa-
18 biticæ ſeruitutis 18. cap. 5. Anni 80. Iodes, id eſt, Ehud, vt Liber Iudicum
80 hunc Iudicem nominat. cap. 5. Samgar vuus annus. 20. anni Cananiticæ
20 ſeruitutis cap. 6. 40. Iudicatus Deboræ & Barac. cap. 6. 7. anni Midiani-
40 ticæ ſeruitutis. cap. 7. 40. anni iudicatus Gedeonis cap. 8. 3. iudicatus
7 Abimelechi cap. 9. (Abimelechum ſequitur Thola Iud. 10. verſ. 1. & 2. qui
40 in Ioſepho non reperitur. Nullum autem dubium, hîc in Ioſepho omiſſio-
3 nis vitium eſſe) ſequuntur in Ioſepho 22. anni iudicatus Iair cap. 9. 18. anni
22 Ammoniticæ ſeruitutis, cap. 9. Anni 6. regiminis Iephthe, Ibidem. Anni
18 7. Ebzan. Ibidem. Anni 10. Dominationis Elon, Ibidem. (Sequitur Ab-
6 don, quem Ioſephus quidem introducit: verum quot annos regnarit, non
7 ponit. Liber Iudicum teſtatur cap. 12. verſ. 14. eum Iſraelem iudicaſſe per
10 8. annos) 40. ſequuntur anni Philiſthinæ ſeruitutis cap. 10. 20. Iudicatus
40 Simſonis, ibidem. 40. anni principatus & ſacerdotii Eli, cap. 12. Sequitur
20 in Ioſepho Samuel, quem lib. 6. cap. 14. ſolum regnaſſe dicit annos 12. poſt-
40 ea cum Saule Rege per annos 18. poſt Samuelis mortem idem Ioſephus
40 opinatur, Saulem ſolum per 20. annos regnaſſe, cap. 15. Ex Ioſephi ergo
3 ſupputatione, Samueli cum Saule 50. anni regiminis dandi ſunt. Sequi-
596 tur regnum Dauidis per annos 40. Lib. 7. cap. 12. Tandem 3. anni Salomo-
23 nis ad initium vſque ſtructuræ templi. Hi numeri additi producunt 596
8 annos; cum tamen Ioſephus lib. 8. Antiq. cap. 2. 610. in ſummaria colle-
627 ctione habeat. Hiſce annis quingentis nonaginta ſex, ſi 23. Tholæ & 8.
Abdonis addātur, quos numeros Ioſephus in ſpecie non habet, prodibunt
627. anni. Similem fere numerationem Clemens & Nicephorus habent, quam breuitatis amore prætetimus.

40 22 2. Nicolaus Raimarus hos annos hoc ordine numerat. Ab Exodo
7 18 ad mortem Moſis, annos 40. A morte Moſis ad terræ diſtributionem per
8 6 Ioſuam, annos 7. Meſopotamienſis ſeruitutis, annos 8. Iudicii Othnielis,
40 7 annos 40. Moabiticæ ſeruitutis, annos 18. Principatus Ehud, Annos 80.
18 10 Cananeæ ſeruitutis, annos 20. Dominatus Deboræ & Barac, annos 40.
80 8 Madianiticæ ſeruitutis, annos 7. Dominatus Gedeonis annos 40. Abime-
20 40 lechi, 3. Tholę, 23. Iair, 22. Ammoniticę ſeruitutis, annos 18. Iudicatus Ieph-
40 40 the, annos 6. Ebzan, 7. Elon, 10. Abdon, 8. Philiſtinæ ſeruitutis, annos 40.
7 40 Simſonis, 20. Eli, 40. Regni Saulis cum Samuele, annos 40. Dauidis, 40.
40 40 Salomonis 3. Summa annorum per additionem collecta eſt 580. annorum.
3 3 3. Woltherus hoc modo annos illos connectit. Primum annos iu-
580 dicatum ſeruitutum, annos item Iudicum enumerat. Annos 8. Syriacæ vel

vel Mesopotamiensis seruitutis: Annos Othnielis, 40. seruitutis Moabiti- 8. 25
cæ, annos 18. Ehud. annos 80. Cananiticæ seruitutis, 20. annos: Deboræ & 40 18
Barac, annos 40. seruitutis Midianiticæ, 7. annos; Gedeonis, annos 40. 18 6
Abimelechi, 3. Tholæ, 23. Iair, 22. Ammoniticæ seruitutis, annos 18. Do- 80 7
minatus Iephthe, annos 6. Ebzan 7. Elon, 10. Abdon, 8. Philisthinæ serui- 20 10
tutis, annos 40. Iudicatus Simsonis, annos 20. Eli, 40. Summa horum an- 40 8
norum est 450. quem numerum cum Apostolica numeratione Act. 13. 7 40
vers. 21. conuenire existimat. Huic numero addit annos 40. dominatus & 40 20
regni tum Samuelis, tum Saulis, ex loco iam allegato; annos item 40. regni 3 40
Dauidici, tandem 3. Salomonis ad initium structuræ templi. Summa à Sa- 23 450
muele ad initium templi est 83. annorum, qui cum 450. coniuncti, nume- 40
rum annorum 533. producunt. Huic numero addit annos 26. dominatus 40
Iosuæ ex Iosepho; tum annos 21. seniorum post Iosuam ante primam Is- 3
raelitarum seruitutem. Hos numeros prioribus addit & producit nume- 533
rum 580. annorum. Huic tandem addit annos 40. errationis in deserto. 26
(Vocem enim exitus de transitu Iosuæ per Iordanem interpretatur, qui 21
factus est anno 40. absoluto post exitum ex Ægypto, vt supra vidimus.) 580
Ergo interuallum Woltheri à vero anno Exodi ad annum structuræ tem- 40
pli Salomonici est 620. annorum. 620

4. Codomannus hosce annos in specie hoc modo inter se conne-
ctit: Ab exitu ad mortem Mosis, anni 40. ad mortem Iosuæ, 25. A morte Io-
suæ ad primam seruitutem, anni 20, quos senioribus post Iosuam tribuit; 40 25
8. anni primæ seruitutis: anni 40. Iudicii Othnielis: anni 18. secundæ serui- 25 22
tutis: anni 80. principatus Ehud: anni 20. tertiæ seruitutis: anni 40. iudi- 20 18
catus Deboræ & Barac; anni 7. quartæ seruitutis: 40. anni iudicii Gedeo- 8 6
nis: 3. anni Abimelechi: 23. Tholæ: 22. Iair: 18. anni quintæ seruitutis: 6. an- 40 7
ni Iephthe: 7. Ebzan: 10. Elon: 8. Abdon: 40. anni sextæ seruitutis: 40. Eli: 18 10
40. Samuelis & Saulis: 40. regni Dauidici: tandem anni 3. Salomonis ad 80 8
initium templi. Summa annorum Codomanni ab exitu Iudæorum ex Æ- 20 40
gypto ad initium templi Dominici per Salomonem extructi, est 598. an- 40 40
norum. 7 40

40 40
3 3
598

Differentia harum connexionum est: 1. Raimarus dominatum Iosuæ mox post annum septimum à morte Mosis, in quo terræ distributio facta est, abrumpit. Qua in parte merito à Wolthero reprehenditur. Melior ergo Iosephus, quem Codomannus & Woltherus sequuntur, qui Iosuæ vltra 20. annos in dominatu tribuunt. 2. Iosephus Raimarus, Woltherus 20. annos iudicii Simsonis à 40. annis seruitutis sub Philisthinis secludunt, cum includi debeant: ita namque manifeste textus loquitur, Iudic. 15. vers. 20. *Vindicauit Simson Israelem* בימי פלשתים *in diebus Philisthinorum* (cum scilicet Israelitæ per 40. annos sub Philisthinorum potestate premerentur) *viginti annis*, id est, Simson iudicauit & vindicauit quidem ex parte Israelitas à seruitute Philisthinorum, seseque vltus est; verum non in toto eorum dominium auferre potuit. Hunc textum Codomannus olfaciens 20. illos annos Simsonis sub 40. Philisthinæ seruitutis comprehendit. Hos vt iterum recompenset à morte Iosuæ ad primam seruitutem sub Mesopotamiæ Rege interserit 20. annos, quos senioribus post Iosuam tribuit, verum absque omni scripturæ fundamento.

I. Hactenus *prima* quasi Capitis pars; *secunda* sequitur, in qua productis aliquot argumentis, confirmandum est, magnum illum numerum 480. annorum, in 1. Reg. 6. v. 1. non corruptum esse, nullumque ei peregrinum

ſenſum affingi poſſe vel debere ; tum ſpecialior annorum poſitus proferendus.

1. *Argumentum:* Vbi nullum apparet corruptionis veſtigium, ibi corruptio haud ita facile concedi debet: Atqui in 1. Reg. 6. v. 1. nullum apparet corruptionis in numero veſtigium: Ergo ibi corruptio haud ita facile concedi debet. Minor probatur ex lingua in qua vetus Teſtamentum originaliter conſcriptum eſt. Si vetus Teſtamentum Græce vel Latine fuiſſet conſcriptum, tum plauſibile aliquod corruptions indicium magni illius numeri proferri poſſet, cum in Græco Latinoq; idiomate in numeris præſertim facilis ſæpe mutatio præſertim in ſcriptotibus iniuria temporum & incuria librariorum vitiatis deprehendatur : Atqui vetus Teſtamentum hebraice conſctiptum eſt. Hæc lingua non vnica litera, ſed tota dictione numerum exprimere ſolet: אַרְבַּע מֵאוֹת ſunt quadringenti; מֵאוֹת חֲמֵשׁ ſunt quingenti. Verum inter vocem אַרְבַּע & חָמֵשׁ nulla cognatio, & conſequenter nullum ne minimum quidem corruptionis veſtigium. Numerorum enim corruptio in corruptione cognatarum literarum & numerorum occurrete ſolet, quibus ad deſignandum aliquem nnmerum vtimur. Hîc autem nullæ non modo cognatæ literæ, verum & dictiones. Nullum ergo nec minimum indicium corruptionis dari poteſt. Et conſequenter in hoc magno numero aliqua corruptio nullo modo concedenda.

2. *Secundum argumentum* deſumitur à genealogia vel generatione Tribus Iuda. Argumentum hoc plane ἄλυτον eſt. A morte Moſis ad natiuitatem Dauidis quatuor tantum generationes recenſentur, Ruth. 4. v. 20. & ſeq. 1. Chron. 2. v. 11. 12. 13. Matth. 1. v. 5. & ſeq. Luc. 3. v. 31. & ſeq. Nahaſſon ptinceps Tribus Iudæ in deſerto vixit. Num. 1. v. 7. cap. 7. v. 12. Fortaſſis & ibidem ſuſpenſus c. 25. v. 4. Hic genuit Salmon: Salmon Boas: Boas Obed: Obed Iſai: Iſai Dauidem, Ruth. 4. v. 22. 1. Chron. 11. v. 12. Matth. 1. v. 5. Luc. 3. v. 31. & ſeq. Ex hac genealogia firmiter colligimus, interuallum annorum ab exitu Iſraelitarum ex Ægypto vſque ad ſtructuram templi Salomonici, non eſſe 580. annorum, vt Raimarus vult, multo minus 598. vt Codomannus: vel 620. vt Woltherus contendit: Si namque 40. anni Exodi, tum 70. vitæ Dauidis, tres item imperii Salomonis, id eſt, 113. à 580. 598. 620. ſubtrahantur, remanebunt 467. 485. 507. anni. Verum quomodo in tanto temporis ſpatio, ea mundi ætate, quatuor tantum generationes dari potuerunt ἀδύνατον. Quod ita probatur. Anno 41. poſt Exodum Rahab iam adulta fuit, Ioſ. 2. v. 1. ponamus eam viginti tantum fuiſſe annorum tum temporis, pòſt nonageſimo ætatis anno Boas genuiſſe, Demus Boazo 115. annos cum ex Ruth Obed gigneret: Obedo totidem annos etiam demus cũ Ieſſæum gigneret, totidẽ cum Iſai: Iſai totidem cũ Dauidem. Hi numeri collecti 435. tantum annos producunt, qui tamen ad tres ſuperiores annos nondum pertingit. Quod ſi ad iſtam magnitudinem accedere debet, neceſſe eſt, eos anno 130. vel 140. ætatis filios genuiſſe. Quod tamen nemini credibile. Quod ſi 480. annos ſumamus, inde 113. ſubtrahamus, remanebunt: 367. anni, intra quod temporis ſpatium hæ generationes dari potuerunt: quanquam & id non ſine ſingulari DEI benedictione. Omiſſionem vnius vel alterius generationis hîc fingere, impietatis eſſet, cum in quatuot diuerſis locis hæc generatio eodem modo ponatur, nullibique ne minimum omiſſionis veſtigium appareat.

3. *Tertium argumentum* deſumitur ex voce לְצֵאת ſiue exitus, qua prior

Reg.

Reg. 6. vers. 1 vtitur. Hæc vox in proprio & genuino significato egressum vel migrationem notat ex aliquo loco. Et qui vocem hanc aliter interpretantur, quod Codomannus & Woltherus faciunt, à natiua vocis significatione deflectere, & peregrinam, contortam, minimeque concedendam vocis interpretationem excogitare coguntur. Codomanni namque interpretationem quod attinet, quilibet videt eam violentam esse. Quis enim tempus illud, quo vna tribus sibi possessionem quæsiuit, quodque anni ratione nobis ignotum, nominaret Exitum filiorum Israel ex Ægypto? Quis a termino ignoto Epocham figeret? Monstrum opinionis: præsertim cum iam ante tribus Dan suam possessionem habuerit, vt ex Iosu. 19. vers. 40. videre est: verum sat angustam. Bona namque terræ pars ei tribui per sortem data per Cananæos & Hemorrhæos ei erepta, Iudic. 1. vers. 34. ideo Tribus hæc sequentibus, nobis tamen annorum ratione ignotis, temporibus excurrit ad ampliorem sibi sedem quærendam. Loca quod attinet ex Deuteron. 4. vers. 45. & Psalm. 114. vers. 1. quæ Codomannus in suæ sententiæ patrocinium adducit, nihil omnino subsidium aliquod ei subministrant. Id quidem ex his locis aliquo modo probari posset, tempus errationis filiorum Israel in deserto exitum ex Ægypto nominari posse: verum post introitum in terram benedictionis, excursionem vnius vel alterius tribus in hunc vel illum locum, exitum ex Ægypto nominare, omni plane destituitur fundamento: præsertim cum Moses & Dauid ἀορίστως tempus errationis 40. annorum, exitum nominent: verum in loco 1. Reg. 6. v. 1. exitus ille ad certum annum determinatus est, ita vt ἡ ἔξοδος vocis exitus ἀμφιβολία in hoc loco plane exulet. Propositum enim fuit Spiritui sancto, beneficio huius magni numeri, verum annorum interuallum à primo anno Exodi præcise nobis definire. Idem Wolthero quoque dictum sit, qui vocem exitus, in 1. Reg. 6. v. 1. de transitu Iosuæ per Iordanem interpretatur. Verum vnde petet huius rei testimonium? Locus Exod. 12. v. 40. eius opinionem minime firmat: per filios enim Israel, qui in terra Ægypti habitarunt, simul & eorum Patres, Abrahamum, Isaacum & Iacobum intelligendos, supra ex græco textu & genealogia confirmauimus. At in loco 1. Reg. 6. v. 1. vocem Exitus ex Ægypto per transitum per Iordanem explicare, plane violentum est, & à nemine hactenus auditum. Si namq; Spiritus sanctus per exitum, transitum Iosuę per Iordanem intelligere voluisset, facile fuisset ei alia phrasi & voce vti. Id cum non factum sit, nullo modo à natiua & propria vocis *exitus* significatione ad peregrinam, maximeque contortam confugiamus.

Quartum argumentum desumitur à periculoso. Dicere magnum illum numerum in 1. Reg. 6. v. 1. corruptum, mox patula humanæ lasciuiæ aperietur ianua, ad quemuis errorem in veteri Testamento sub prætextu corruptionis fingendum, cum tamen pie credamus, DEVM sacrosanctum veteris Testamenti codicem sancte conseruasse, ab omnique corruptionis iniuria semper vindicasse.

Quintum ex veterum Chronologorum vnanimi consensu desumitur. Horum ne vnus quidem eo audacię & temeritatis est progressus, magnum illum numerum 1. Reg. 6. v. 1. vel vitiositatis arguendi, vel alienam ei mentem affingendi; verum omnes sancte magnum illum numerum vt incorruptum & simpliciter intellectum pro fundamento & basi interualli annorum ab anno Exodi ad initium structuræ prioris templi supposuerunt.

Sextum.

Sextum. Idem probari posset ex constanti annorum Sabbaticorum & Iobelæorum serie, cuius tamen argumenti euidentia non nisi in totius Chronologici Systematis perfectione conspicitur. Ideo fusior huius argumenti probatio eo differenda est.

II. His argumentis iam subnectenda est specialior annorum positus, in quo tamen Chronologis non conuenit, tametsi in magno numero 480. annorum conueniant.

Euseb.	
40	22
27	6
40	7
80	8
40	20
40	40
3	40
23	40
	4
	480

Eusebius specialem positum hoc modo connectit: 40. anni errationis in deserto, 27. principatus Iosuæ, 40. Othnielis, 80. Ehud, 40. Deboræ & Barac, 40. Gedeonis, 3. Abimelechi, 23. Tholæ, 22. Iair, 6. Iephte, 7. Ebzan, 8. Abdon (hic Eusebius Elonem omittit, cui liber iudicum c. 12. v. 11. decem annos tribuit) 20. Simsonis, 40. Eli, 40. Saulis & Samuelis, 4[illegible]. Dauidis, 4. Salomonis.

Funccius hoc modo hosce annos specialiter inter se cōnectit: 40. errationis in deserto, 40. dominatus Othnielis, 80. Ehud, 40. Deboræ & Barac, 40. Gedeonis, 3. Abimelechi, 23. Tholæ, 22 Iair, 18. annos seruitutis Ammoniticæ, 6. Iephte, 7. Ebzan, 10. Elonis, 8. Abdonis, 20. Simsonis, 40. Eli, 40. Saulis & Samuelis, 40. Dauidis, 3. Salomonis.

Func.	Trem.
40	40
40	18
80	40
40	80
40	40
3	40
23	3
22	23
18	22
6	6
7	7
10	10
8	8
20	20
40	40
40	40
40	40
3	3
480	480

Tremellius in Bibliis ita: 40. itineris in deserto, 18. dominatus Iosuæ, 40. Othnielis, 80. Ehud, 40. Deboræ & Barac, 40. Gedeonis, 3. Abimelechi, 23 Tholæ, 22. Iair, 6. Iephte, 7. Ebzan, 10. Elonis, 8. Abdonis, 20. Simsonis, 40. Eli, 40. Saulis & Samuelis 40. Dauidis, 3. Salomonis.

Funcciana ab Eusebiana numeratione in specialibus nonnihil differt. Hæc enim numeratio annos illos 40. de quibus Iud. 3. v. 11. à morte demum Iosuę inchoat; illa à morte Mosis. Ita Eusebius 27. annos Iosuæ tribuit. Hos vt Funccius recompenset, annos 18. Ammoniticæ seruitutis seorsim numerat simul annexis 10. annis Elonis, quos Eusebius omittit, & pro quarto Salomonis anno ineunte, quem Eusebius habet, tres absolutos ponit. Hinc conuenientia ratione magni interualli. Tremelliana cum Eusebiana numeratione in eo conuenit, quod vtraque 40. annos de quibus Iud. 3. v. 11. à morte Iosuæ inchoat. Verum differt. Eusebius Iosuæ post Mosen tribuit annos 27. Tremellius 18. Differentia 9. annorum. Hos vt in sequentibus immutet, assumit Tremellius, & merito, 10. annos Elonis, quem Eusebius in Catalogo omisit, & tertium annum Salomonis pro quarto sumit. Hinc *συμφωνία*. Tremellius à Funccio in duobus discrepat. 1. Hic 40 annos de quibus Iud. 3. v. 11. mox à morte Mosis, ille à Iosuæ tandem inchoat. 2. 18. annos Ammoniticæ seruitutis Funccius seorsim sumit, Tremellius annis Iairi includit. Vt autem 18. illos annos recompenset, eos dominatui Iosuæ tribuit.

III. Quæ ergo numeratio ex his tribus amplectenda est? Difficile sane est cui adhæreas, cum in libro Iudicum omnia intricate numerata videantur. Nos nullam illarum numerationum ratione particularis positus in totum amplectimur, sed aliam dabimus æquæ menti tolerabilem. Progrediamur à notioribus ad ignota ex parte. Notiora sunt, 1. prius templum ædificari cœptum anno quarto Salomonis ineunte, 1. Reg. 6. vers. 1.
4 2. Dauidem regnasse 40. annos, 2. Sam. 5. vers. 4. 1. Chronol. 29. vers. 27.
40 3. Totidem annos imperium habuisse Saulem cum Samuele. Act. 13. v. 41.
40 4. Annos peregrinationis in deserto fuisse 40. Exod. 16. v. 35. Num. 14. v. 34.
40 c. 32. v. 13. Deut. 1. v. 3. c. 2. v. 14. c. 8. v. 2. c. 29. v. 5. Ios. 5. v. 6. Ps. 95. v. 10. Amos 2.
124 v. 10. c. 5. v. 25. Neh. 9. v. 21. Iudith. 5. v. 15. Act. 7. v. 36. c. 13. v. 18. Hi numeri collecti

lecti faci[illegible] annos, qui subtracti à 480. relinquunt 316 annos, quot intercesse[illegible] morte Mosis ad initium Samuelis, & tot annos etiam Augustinus numerat, lib. 18. de Ciuit. DEI cap. 22. Hi anni apte inter se colligandi sunt, vt specialis positus magno numero 480. annorum exacte conueniat. Colligationi *duas hypotheses* præmittamus. *Prior*: Anni pleTarumque [s]eruiturum Israeliticarum, quarum liber iudicum meminit, annis iudicatuum iudicum includendi sunt. Hæc hypothesis probatur. 1. tempore seruituris Israeliticæ sub Rege Cananæorum, iudicauit populum propheтissa Debora. Sic enim liber Iudicum loquitur cap. 4. v. 4. *in illo tempore*. 2. Ita tempore seruituris Israelitarum sub Philisthinis præfuit Simson per totos 20. annos, Iudic. 15, v. 20. Quod si anni dominatus Deboræ & Simsonis annis seruitutis connumerentur, in aliis cur non idem sentiendum sit, nullam causam videmus. Et res manifesta est. Potest enim populus ab alio premi, vexari, in seruitutem redigi, & illo ipso seruitutis tempore sibi iudicem constituere, qui liberator & vindex hostis esse debeat.

Posterior: Incertum est, num iudices qui numerantur in libro שֹׁפְטִים successiue, vnus post alterum, Israelitas iudicarit. Sane fieri potuit, vt duo simul regnarint, & vnus iudex vni vel duabus tribubus, alter reliquis præfuerit, præsertim cum penes iudices ordinaria & vniuersalis non fuerit administratio & regendi autoritas, sed ex tempore quasi & in casu necessitatis iudices sibi elegerunt. Ita dimidia Manassis Tribus sibi Ducem siue iudicem contra Ammonitas elegit, Iud. 10. v. 18. inscia tribu Ephraim, cap. 12, v. 1. totrassis & aliis Tribubus. Hinc conflictus, & misera Ephraimitarum laniena v. 6. Ita Philisthini per 40. annos Israelitas premunt, Iud. 13. v. 2. & tamen ad vltima Eli Pontificis tempora Israelitis superiores fuerunt, à Samuele tandem vincuntur, 1. Sam. 7. v. 13. Quid, si hîc annos iudicii Simsonis & Eli coniungamus & 40. annis Philisthinæ seruituris includamus.

IV. Contra primam hypothesin Codomannus lib. 1. Chronol. cap. 18. & lib. 2. quæst. 16. hoc modo insurgit: *Anni seruitutis cum quietis non debent confundi, verum si anni seruitutis Israeliticæ cum annis iudicaturum commiscentur, confusio fit. Quod non confundi debeant, probat Codomannus, quia contrarium esset in adscito annos quietis cum annis seruitutis siue belli confundere. Atqui Iud. 3. v. 11. & 30. cap. 5. v. 31. cap. 8. v. 28. dicitur, quod terra quieuerit annos 40. 80. intellige à bellis. Ita namque hæc phrasis alibi sumitur, Ios. 11. v. 23. cap. 14. v. 15. 2. Chron. 14. v. 1. Ergo anni seruitutis Israelitarum sub Mesopotamiensibus, Moabitis, Cananæis, Midianitis, Philisthinis cum annis dominatus iudicum non commiscendi vel confuse numerandi sunt; alias enim sequeretur, terram eo tempore & bello simul infestatam.*

Ad hanc obiectionem respondemus. 1. Nominantur anni seruitutis, non belli. Ergo potuit & tempore seruituris Israelitarum inter Israelitas & Pressores pax fuisse. 2. Verba Ebræa אַרְבָּעִים & שְׁמֹנִים non semper adiectiue sumuntur, verum & interdum pro numeralibus Ordinis. Num. 33. v 38. 1. Reg. 6. vers. 1. & hoc sensu hæc verba in locis supra allegatis sumi debent. *Quiescebat terra anno* אַרְבָּעִים, id est, *quadragesimo*, Iud. 3. v. 11. cap. 5. v. 31. cap. 8. v. 28. *Quiescebat terra anno* שְׁמֹנִים, cap. 3. v. 30. id est, *octuagesimo*, vt non continuatio totius temporis, sed terminus ad quem hac loquendi formula nobis indigitetur.

His hypothesibus præmissis colligationem suscipiamus. Tribuamus Iosuæ, ex mente Iosephi, annos 25. A morte Iosuæ inchoemus annos illos 40. quorum mentio fit, Iud. 3. v. 11 quibus includendi sunt anni Seniorum, qui post Iosuam vixerunt, tempus item 18. annorum, quibus populus Do-

 mini

mini post Iosuam sine iudice dissolute vixit, Iosepho teste lib. 6. Antiq. c. 6. tum 8. annos seruitutis sub Rege Mesopotamiæ Iud. 3. vers. 8. iudicii item Othnielis. His 40. annis annectamus annos 80. de quibus Iud. 3. v. 30. inclusis simul 18. annis seruitutis sub Moabitis. cap. 3. v. 14. & tempore quo Ehud iudex fuit. Sequuntur postea anni 40. de quibus cap. 5. v. 31. quibus comprehendimus annos 20. seruitutis sub Rege Canaan, cap. 4. vers. 3. & tempus quo Debora, Barac & Samgar iudicium exercuerunt: id enim textus manifeste habet, cap. 4. v. 4. His 40. annis annectendi alii 40. de quibus cap. 8. vers. 28. subintellectis simul 7. annis seruitutis sub Midianitis cap. 6. v. 1. & iudicatus Gedeonis. Hos annos iusta serie sequuntur 3. Abimelechi, cap 9. v. 32. 23. Tholæ, cap. 10. v. 2. 22. Iair, v. 3. His iungendi 18. anni interregni vel Ammoniticæ seruitutis, cap. 10. v. 8. Illos enim annos seorsim sumendos textus loquitur: ab hoc anno, scilicet quo Iair mortuus, afflixit Ammon Iudæos per 18. annos. Hi anni collecti faciunt a morte Mosis 291. annos, qui numerus nouennio tantum abest à trecentis annis, quos Iephthe habet, qui temporibus Ammoniticæ seruitutis vixit. cap. 11. v. 26. qui nouem anni in tanta summa facile abesse possunt, cum Iephthe cum hostibus agens non adeo accurate interuallum istud annorum numerare voluerit. Restant adhuc ad Samuelis iudicium anni tantum 65. Verum si residuum annorum in libro iudicum seorsim adhuc sumamus, numerus longe maior exsurget. Iephte tribuuntur anni 6. c. 12. v. 7. Ebzan 7. v. 10. Elon 10. v. 11. Abdon 8. v. 14. Simson 20. c. 15. v. 20. c. 16. v. 31. Eli 40. 1. Sam. 4. v. 16. Anni hi collecti 91. annos producunt. Verum 65. tantum anni ex vi magni numeri esse debebant. In hoc ergo nodo Ebzanis, Elonis, Abdonis annos seorsim numeremus, quorum tempus 25. annorum est. His annis 40. annos Philisthinæ seruitutis addamus. Sex anni Iephte connumerandi sunt annis 18. Ammoniticæ seruitutis. 20. anni Simsonis, 40. item Eli, includendi 40. annis Philisthinæ seruitutis. Nihil enim absurdi, si dicamus tum Simsonem, tum Eli sub Philisthina seruitute cōiunctim populum Domini iudicasse: de Simsone res manifesta est, quod is populum Domini iudicauerit temporibus Philisthinorū, Iud. 15. v. 20. de Eli id firmiter colligitur ex priore Samuelis. Nam post eius mortem ad tempora vsq; Samuelis Philisthini Iudæis superiores fuerunt. Videantur c. 5. v. 6 7. prioris libri Samuelis. Simson ergo & Eli coniuncti iudices, & nihil absurdi, si statuamus Domini populum in sua liberatione vnum & alterum iudicem cōiunctim sibi elegisse, quorum anni in libro iudicum diuisim numerantur. Annis ergo inter se ita colligatis exsurget numerus 480. annorum ab Exodo ad initium templi Salomonici. Quod faciendum erat.

V. Restat vltimo loco refutatio argumentorum, quibus nonnulli probant, locum 1. Reg. 6. v. 1. in numeratione vel toto centenario corruptum vel aliam ei mentem affingendam.

Ad 1 argumentum dicimus: 1. probandum esse Raimaro & Wolthero, locum 1. Reg. 6. v. 1. in numeratione corruptum, locum Act. 13. v. 20. incorruptum. Nos locum veteris Testamenti incorruptum supra probauimus. Nullum enim vel minimum corruptionis vestigium in hebræis vocibus apparet. At in Paulino loco magna subest corruptionis occasio. Facillime namq; p voce τριακοσίοις vox τετρακοσίοις in textum Noui Testamenti irrepere potuit, præsertim in manuscriptis exemplaribus & in vocabulorum abbreuiationibus. In quam sententiam non modo B. Lutherus in margine Bibliorum, verū & omnes ante Lutherū Patres & Doctores, & post Luthe-

rum

rum fere omnes descendunt, quibus & nos assentimur. Στοχαστικῶς sane colligimus locum in Actis corruptum & pro 450. 350. legendum. Ab annis 480. in 1. Reg. 6. vers. 1. subtrahamus 1. 40. annos errationis in deserto; 2. 6. annos absolutos, qui elapsi erant à morte Mosis ad distributionem terræ per sortem, quantum colligimus ex Ios. 14. v. 10. ad quam distributionem Paulus manifeste respicit, Act. 13. v. 19 *Eiciens* (DEVS) *septem gentes in terra Canaan κατεκληροδότησεν αὐτοῖς per sortem distribuit eis* (Israelitis) *terram earum: Et postea annis circiter quadringentis quinquaginta dedit iudices vsque ad Samuelem*. 40
3. Annos 40. Saulis & Samuelis, Act. 13. v. 21. 4. Annos 40. Dauidis. 6 480
5. 4. Salomonis. Qui anni collecti 130. constituunt, qui subtracti à 40 130
480. 350. præcise relinquunt. 2. Beroaldus lib. 3. Chron. cap. 4. Paulinum 40
locum non facile corruptionis accusari debere existimet, simul & defen- 4 350
dit, locum 1. Reg. 6. v. 1. numerationis ratione vt incorruptum amplectendum. 130
Vt autem Paulinam supputationem cum magno numero 1. Reg. 6. v. 1. conciliet, opinatur, Paulum tum temporis ad Iudæos concionem habentem, ex recepta Synagogarum Iudaicarum sententia annos Israeliticarum seruitutum sub gentibus cum annis iudicatuum iudicum diuisim & distinctim numerasse, non quod diuisim numerandi sint, verum voluit hac in parte Paulus Iudæis in leuiculo errato quid condonare vel dare, ne sua nouitate inter Iudæos de re non fidei sed numerationis, infelices turbas
moueret. Et sane si ex libro Iudicum omnes annos diuisim numeremus, 8
tum 40. Eli, quorum fit mentio, 1. Sam. 4. v. 18. coniungamus, 450. anni ex- 40
surgent, quod facile hoc modo probatur: 8. anni Mesopotamiensis serui- 18
tutis, Iud. 3. v. 8. 40. Othnielis, v. 11. anni 18. Moabiticæ seruitutis, v. 14. 80. 80
Ehud, v. 30. 20. anni Cananeæ seruitutis, c. 4. v. 3. 40. Deboræ & Barac, c. 20
5. v. 31. 7. anni Midianiticæ seruitutis, c. 6. v. 1. 40. Gedeonis, c. 8. v. 28. 3. Abi- 40
melechi. c. 9. v. 32. 23. Tholæ, c. 10. v. 2. 22. Iair. v. 3. Sequuntur anni 18. Am- 7
moniticæ seruitutis. v. 8. 6. Iephthe, cap. 12. v. 7. 7. Ebzan, v 9. 10. Elonis, 40
v. 11. 8. Abdonis v. 14. 40. anni Philisthinæ seruitutis, cap. 13. v. 1. 20. Sim- 3
sonis, c. 15. v. 20. c. 16. v. 31. 40. Eli, 1. Sam. 4. v. 18. Hi numeri collecti produ- 23
cunt 450. annos. Non adeo inconueniens quidem hæc Beroaldica est sen- 22
tentia, verum τὸ ἐν ἀρχῇ peti videtur, Paulum in sua supputatione cum Iu- 18
dæis errare voluisse. 3. Temporarius lib. 2. Chronol. demonst. Can. 4. cum 6
Luthero & aliis in illam sententiam descendit, Paulum à distributione ter- 7
ræ ad Samuelem vsque ex rei veritate 350. annos numerasse, totidemque 10
Lucam posuisse. Verum subsequentibus temporibus ex diuisa annorum in 8
libro iudicum contentorum numeratione, vitiosam istam numerationem 40
in locum Act. 13. v. 20. in omnes græcos codices irrepsisse. 4. Nec illud hoc 20
loco prætereundum est, veterem latinum codicem hæc Paulina verba in 40
Act. 13 paulo aliter legere; *quasi post 450. annos, & post hac dedit eis* (DEVS) *Iudices vsque ad Samuelem Prophetam*. Quasi 450 anni non ad interuallum à distributione promissæ terræ ad Samuelem vsque, verum alio referendi sint, ad tempus scilicet natiuitatis Isaaci ad terræ occupationem, vt Lyra vult & alii. Videatur Beza in additionibus ad Nouum Testamentum in hoc Paulino textu. A natiuitate quidem Isaaci ad Exodum anni sunt 405. vti titulo præcedente ex Gen. 15. v. 13. & Exod. 12. v. 40 probatum est, tum ad distributionem terræ anni 46. Ios. 14. v. 10 qui numeri additi 451. annos producunt. At Paulum ad hos annos non respexisse græcus textus manifeste loquitur, & latina versio græcorum verborum positum inuertit. 450

Ad 2. Secundi argumenti solutio ex priore hypothesi supra adducta

desumitur, in qua ex locis Iud. 4. v. 4. & cap. 15. v. 20. probatum annos ple-
rarumque seruitutum Israeliticarum annis iudicatuum iudicum per inclu-
sionem connumerandos.

Ad 3. dicimus, id fallacia confusionis laborare. Caput enim secun-
dum iudicum generale est, in vno quasi intuitu varias Israelitarum fortu-
næ vices γενικῶς exponens, quæ Israelitis non modo post mortem Iosuæ, ve-
rum & iudicum temporibus obtigerunt, id quod ex vers. 16. & 18. huius Ca-
pitis manifesto conspicitur. Sequentia deinde capita hanc Israelitarum
vicissitudinem ἀιδιῶς καὶ κ̓ μεγαλομὸν explicatius proponunt. Nihil ergo ne-
cessitudinis inter Iosuæ mortem & 40. illos annos, quorum mentio fit, Iud.
3. v. 11. aliquot annos seniorum interponere.

Quartum argumentum morbo malæ consequentiæ laborat. Anni 8. pri-
mæ seruitutis sub Rege Mesopotamiensi, vt & sequentes seruitutes mini-
me omnium vel iudicem vel Belligeratorem inter populum Israeliticum
contra Cananæas gentes tollunt. Potuerunt namque Iudæi in seruiture
fuisse, & nihilominus sibi iudicem elegisse, id quod de Debora, Iud. 4. v. 4.
& Simsone, cap. 15. v. 20. manifeste supra probatum est.

Quintum argumentum nullius plane valoris est. 1. A morte Mosis ad
tempus Iephte ex nostra numeratione, anni sunt 291. qui fere pertingunt
ad trecentenarium numerum, quem Iephte habet, Iud. 11. v. 26. 2. Licet
pauciores anni ad tempus Iephte numerentur, nihil tamẽ inde quicquam
firmitudinis ad magnum numerum, in 1. Reg. 6. v. 1. vitiositatis accusan-
dum sumi posset. Legati namque Iephte in sua ad Ammonitas concione
magnum potius numerum, licet annorum ratione nondum completum,
sumere voluerunt, vt orationi & argumentis tanto maior neruositas ad-
deretur.

Retineamus ergo magnum illum numerum in 1. Reg. 6. v. 1. vt incor-
ruptum. Sanctus nobis sit, quippe singulari DEI beneficio nobis manife-
status. Sit nobis hic numerus fundamentum & cynosura numerationis à
tempore exitus Israelitarum ex Ægypto vsque ad initium structuræ Salo-
monici templi. Annos qui occurrunt in libro iudicum ad hunc magnum
numerum appendamus & cum ratione inter se connectamus, vt cum hoc
sacro magnoque numero conueniat.

TITVLVS QVARTVS.

CAPVT I.

De vero anno extructionis Salomonici templi, ratione anni
à conditu mundi.

ANnus mundi est bis millesimus, nongentesimus, tricesimus tertius, di-
midia sui parte & paulo plus elapsus. Hic annus ex superioribus titu-
1656 lis hoc modo colligitur: A mundi initio ad diluuium anni sunt 1656. Inde
292 per inclusionem anni diluuiani ad natum Abrahamum anni 292. Ad
75 ingressum eius in terram Canaan anni 75. inde ad exitum ex Ægypto
430 anni 430. Tandem ad initium structuræ templi anni 480. Hi numeri
480 inter se additi annum mundi superius denominatum producunt. Con-
2933 uenit hic annus cum anno à diluuio numerato 1277. A nato Abrahamo
annus

annus est 985. Ab ingressu eius in terram Canaan annus 910. Ante Christum natum ex nostra supputatione annus 1015. annus 240. à conditu Tyri, teste Iosepho lib. 8. Antiq. cap. 2. Anno 11. dominatus Hirami Tyriorum Regis. Iosepho ibidem teste. A capta Troia anno 166. Troia namque capta est anno mundi 2767. vti id alibi fusius comprobatur. Annus hic extructionis sabbathicus fuit, si annos sabbatharios à mundi principio deducamus. Annus namque mundi 2933. per 7. diuisus, nihil relinquit. Templum extrui cœptum anno quarto Salomonis ineunte, 1. Reg. 6. vers. 1. mense Sif, secundo à nouilunio paschali, alias Iiar dicto, vt Iosephus habet lib. 8. Antiq. cap. 2. secunda die illius mensis, 2. Chronic. 3. vers. 1. Noluit autem Salomo neomenia illius mensis initium extructionis facere, quia omnis neomenia Iudæis sacra fuit. Templum hoc extructum fuit in monte Moria, vel parte illius montis, 2. Chron. 3. vers. 1. in quo Isaac olim ex Dei mandato à parente immolandus erat. Gen. 22. vers. 2. Hunc montem Dauid ex vi diuini mandati, 2. Sam. 24. versic. 19. ab Arafna siue Arnan Iebusæo emerat, altareque ibidem ædificarat, 2. Sam. 24. versic. 25. 1. Chron. 21. v. 26. Ex quo mandato Dauid colligit, montem hunc Dominum in locum suæ domus à Salomone filio extruendę sibi elegisse, 1. Chronic. 22. vers. 1. Vt Dauid hîc nihil ex propria intentione susceperit, secus quam Pontificii opinantur. Ad radices huius montis Messias fuit crucifixus, & ita typus Isaaci, antitypo, Messiæ eleganter correspondet. Pleraque templi materia in monte Libano elaborata, postea Tyrum vecta, à Tyro per mare ad Iapha, 2. Chron. 2. v. 16. id est, Ioppen, maritimam ciuitatem, vnde Salomo omnem postea materiam Hierosolymam versus curru vehendam curauit. Insumserunt in templi ædificatione 7. annos, 6. menses. Anno namque 11. regni Salomonis mense Bul, octauo à Nisan, templum demum perfectum est, 1. Reg. 6. v. 38. cum mense præcedente, Tisri scilicet, encænia cum festo Tabernaculorum celebrassent. 2. Chro. 7. & 8.

CAPVT II.

De annis 390. peccatorum domus Israel, quorum mentio fit Ezech. 4. v. 5.

I. **T***Res* magni numeri in lectione Veteris Testamenti reperiuntur, magna Dei gratia à sanctis Dei viris consignati, quorum beneficio ex Chronologicarum dubitationum labyrinthis nos extricare possumus.

Primus est, Exod. 12. v. 40. interuallum scilicet 430. annorum. Cum enim speciale interuallum inter Iosephi mortem & Mosis natiuitatem in sacris quoad literam nullibi reperiatur, Devs huic ignorantiæ, beneficio 430. annorum succurrere voluit, nobisque illud interuallum per 64. annos quodam modo definire, vti in vltimo capite secundi tituli vidimus.

Secundus magnus numerus est 480. annorum, 1. Reg. 6. v. 1. quo iterum nobis remedium in Chronologica operatione Devs in manus quodammodo dedit. Cum enim in sacris nullibi inueniatur, quot annis Iosua post mortem Mosis populo præfuerit, & ex libro Iudicum cap. 4. vers. 4. & cap. 15. v. 20. appareat, multos iudicum, temporibus seruitutum, dominatum habuisse, exindeque dubitatio de modo numerationis annorum, in libro Iudicum contentorum, suboriri potuisset: Devs beneficio magni il-

lius vereque diuini numeri, omnem ignorantis dubitationis ansam præcidit, nobisque verum interuallum ab anno Exodi ad initium structuræ prioris templi monstrauit.

Tertius magnus numerus est interuallum 390. annorum, Ezech. 4. v. 5. Et de quo hoc capite agendum. Hic numerus ob similem finem quo priores nobis per Ezechielem est consignatus. Cum enim magnæ apparentes *ἀντιλογίαι* in speciali Iudaicorum & Israeliticorum Regum connexione occurrant, incertumque foret, num anni completi num incompleti in annis Regum tum Iuda tum Israelis sumendi, DEVS optimus huic malo, beneficio horum 390. annorum iterum occurrere voluit, nosque ad veram Iudaicorum & Israeliticorũ Regum, annorum ratione, numerationem ad tempus exterminii Salomonici templi manuducere.

II. Dignum ergo vt non modo priores duos, verum & hunc magnum 390. annorum numerum venemur, Deoque pro singulari horum numerorum manifestatione gratias agamus.

De vtroque vero horum 390. anorum termino, tum *à quo*, tum *ad quem*, non conuenit Chronologis. 1. *Funccius* in Chronol. *Codomannus* libr. 3. Chronol. cap. 16. & alii hos annos inchoant à morte Salomonis & initio regni Ieroboami, cum quo defectio cepit. Finiunt in 23. anno Nebucadnezaris, Regis Babyloniorum, siue quinto anno post templi *πανωλεθρίαν*. Nam templum Domini à Salomone extructum, anno 18. Nebucadnezaris finiente, vastatum est, 2. Reg. 25. 8. Ier. 52. v. 12. & 29. 2. *Bucholzerus*, *Crentzhemius & alii* hos 390. annos incipiunt à quarto anno Rehabeam & Ieroboam, moti loco 2. Chron. 11. v. 17. in quo memoratur Israelitas annos adhuc tres post Salomonis mortem Domino seruiisse: finiunt eosdem annos in vastatione templi Salomonici. 3. *Tremellius* in Bibliis suis hos 390. annos inchoat ab eo tempore, quo Salomo in Idololatrian prolabi cepit. 1. Reg. 11. v. 4. quod tempus reiicit in 27. annũ regni Salomonici, finit in 23. Nebucadnezaris, siue quinto à deuastatione templi. 4. *Scaliger*, *Buntingus*, *Clemẽs Schubertus*, *Iohannes Temporarius*, *Caluisius* & alii hos annos mox inchoant à morte Salomonis & initio *ἀποστασίας* decẽ tribuũ vel regni Israelitici: finiũt in vltima Hierosolymæ obsidione, facta vltimis Zedekiæ tẽporibus.

III. Postrema hæc sententia omnium optima est, quæque rationibus non caret: 1. namque terminus à quo manifeste ex Ezechiele desumitur. Nominantur hi anni, anni iniquitatum domus Israel v. 4. & 5. Ergo necesse est, vt hi 390. anni inchoentur ab insigni aliquo peccato, quod DEVS in historia Regum Israeliticorum præ reliquis exaggerat. Nullum autem aliud peccatum inuenitur, quam Idololatricum primi Ieroboami factum, in extruendis aureis vitulis in Dan & Bethel, & pessima corruptione festorum Dominicorum mox initio sui regni. 1. Reg. 12. v. 28. & 32. Quod factũ adeo exaggeratur in Libris Regũ, vt sępissime de Ieroboamo hoc Spiritus sanct. proclamet, eum Israelem peccare fecisse. 1. Reg. 12. v. 20. c. 13. v. 34. c. 14. v. 9. 16. c. 15. v. 26. & alibi sæpe. Ergo hinc anni illi 390. inchoari merito debent. 2. Terminus itidem ad quẽ ex Propheticæ visionis intentione manifestus est. Prophetica namq; intentio eo spectat, obsidionẽ Hierosolymæ describere. Illa visio obsidionis signum esse debebat domui Israelis Ezech. 4. v. 3. Exinde cõsequitur illos 390. annos visionis in Hierosolymitana obsidione terminãdos, quia 390. dies, quib. Propheta lateri suo sinistro incũbere, eiq; iniquitatẽ domus Israelis imponere in visione debebat, cũ obsidionis tempore finiũtur. 3. A 1. an. Ieroboami vsq; ad obsidionẽ Hierosolym. quinimo

&ad

& ad euersionē Zedekiæ tempore factā, scriptura in specie in libris Regū & Paralipomenon annos 390. numerat. Ergo à primo anno Ieroboami anni illi 390. peccatorum Israelis inchoandi, finiendi in obsidione & desolatione Hierosolymæ. Antecedens cap. 4. huius tituli ex professo & membratim firmabitur.

IV. Funccius ergo quiq; eum hac in parte sequuntur, peccant in termino ad quem 390. annorum definiendo. Bucholzerus cum asseclis in termino à quo. Locus enim 2. Chron. 11. vers. 17. nil quicquam Bucholzerum & alios iuuat: in eo namque id habetur, multos Iudæorum relicto regno Ieroboami vel Israelitico, Rehabeā filio Salomonis adhæsisse, inq; Domini viis ambulasse per tres annos. Verū quid hoc ad Ezechielis 390 annos? in quibus non de Iudæis Rehabeamo per triennium adhærentibus, Dominoque seruientibus ei sermo est, sed de peccato regni Israel, id est, totius Israelitici regni, id quod statim cum ipsa ἀποστασίᾳ & εἰδωλολατρείᾳ à Deo & Dauidico regno cœpit. Reprehendendam præterea Bucholzeriani in annis regni Amasiæ committunt numerationem, tres annos in Amasiæ regnum contra manifestum scripturæ textum infarcientes, id quod capit. 4. huius tituli manifestius apparebit. Hos tres annos si in Amasiæ regno omitterent, manifestum 390. annorum initium mox cum initio Ieroboami primi haberent. Tremellius in vtroque peccat termino, tum à quo, tum ad quem. Terminus enim à quo ei est tempus Salomonicæ Idololatrias. Atqui Salomo Iudæ Rex. Ezechiel verò 390. illos annos nominat annos peccatorum domus Israel, manifeste Israeliticum regnum eiusque primum peccatum respiciens. Terminum ad quem vitiosum esse ex secunda ratione supra in hoc titulo adducta appatet. Verum adducit Tremellius ad suæ opinionis defensionem cap. 5. Ezechielis vers. 4. in quo Propheta meminit reliquiarum Iudaici populi, quem Nebusar Adan anno quinto post templi πυρπολήσει anno 23. regni Nebucadnezaris captiuum abduxit, Ierem. 52. v. 30. Verum confusionem Tremellius committit diuersarum visionum. Visio namque in quarto Capite alia est ab ea, quæ in quinto capite habetur.

Ergo inter se confundi non debent. Simplicissimam ergo numerationem horum 390. annorum amplectamur, eosque à primo Ieroboami anno inchoantes, in obsidione & mox subsecuto exterminio dominicæ Ciuitatis finiamus, cum libri Regum & Paralipomenon in speciali numeratione tot annos habeant, vt suo loco videbimus.

V. Sed quæritur, quo sensu Propheta annos hos 390. nominet annos iniquitatis domus Israel, & quomodo eosdem in vltima demum Hierosolymæ obsidione & deuastatione terminet, cum regnum Israeliticum annis 133. ante vastatam Hierosolymam desierit, inque perpetuam Assyriacam seruitutem abductum sit per Salmanassarem Assyriorum Regem anno sexto Hiskiæ Regis Iuda; nono Hoseæ Regis Israel, 2. Regum 18. vers. 10. & seq. à quo termino ad excidium Salomonici templi scriptura 133. annos numerat, vt ex tabella suo loco huic titulo annectenda, manifestum fiet. Ad hanc quæstionem respondemus, Prophetam hosce annos non in perpetua regni Israelitici abductione, sed longo demum tempore post in vltima Hierosolymæ à Nebucadnezare facta obsidione & exterminio terminare, ex diuino quodam consilio. Multi namque reliquiarum de regno Israel tempore deuastationis Samariæ & abductionis Israelitici regni in Assyriacam captiuitatem ad regnum Iuda secesserunt, 2. Chronic. 34. vers. 9.

verum in Idololatria persistentes, regno Iudæ ad Idololatriam ansam dederunt, ideo non solum Samariæ vel Israelitici regni, sed & Hierosolymæ vel Iudaici regni excidio peccatum illud Israelis luendum erat. Hanc ob causam Propheta illos 390. annos in deuastatione demum sanctæ ciuitatis finire voluit.

CAPVT III.

De annis 40. peccatorum domus Iudæ, quorum Ezechiel meminit, cap. 4. vers. 6.

I. NOnnulli eos inchoant à 18. anno Iosiæ Regis Iuda, quo templum Hierosolymitanum restaurari inceptum, liberque Legis in Mosaico autographo repertus, 2. Regum 22. & 2. Chronic. 34. finiunt in 23. anno Nebucadnezaris Regis Babylonici. Sane à 18. Iosiæ anno ad 23. Nebucadnezaris anni 40. sunt. Nam Iosia regnauit 31. annos, 2. Regum 22. vers. 1. 2. Chronic. 34. vers. 1. Ab his si demantur 18. remanebunt 13. Post Iosiam regnauit Ioahas tribus mensibus 2. Regum 23. vers 31. 2. Chronic. 36. vers. 2. Post Ioahas regnauit Ioiakim annis 11. 2. Reg. 23.
13 vers. 36. 2. Chron. 36. vers. 5. Post Ioakimum Rex fuit Iechonias per tres
11 menses. 2. Regum 24. v. 10. 2. Chron. 36. v. 5. Tandem Zedekias regnauit
11 annis 11. 2. Regum 24. vers. 10. 2. Chronic. 36. vers. 11. Vltimus vel vndeci-
5 mus Zedekiæ annus est annus exterminii dominicæ ciuitatis & Salomo-
40 nici templi conueniens cum 18. anno Nebucadnezaris finiente, 19. ineunte, 2. Regum 25. vers. 8. Ierem. 52. v. 12. & 29. Ad annos ergo Nebucadnezaris 18. absolutos addantur quinque anni & prodibit annus 23. Nebucadnezaris, quo Nebusar Adan Babylonicus belli præfectus reliquias Iudaici populi abduxit, Ierem. 52. vers. 30. Hi quinque anni si annis Regum Iuda à 18. Iosiæ ad 11. Zedekiæ connumerentur, producunt 40. annos absolutos.

Verum aliorum sententia probabilior est, quæ hos annos vt & priores finit in deuastatione prioris templi ad quam Ezechiel in sua obsidionis visione manifeste respicit. Ab hoc termino si numerando ascendamus, perueniemus in 13. Iosiæ annum. Nam Zedekias regnauit 11. annis. Iechonias 11. Huic numero 18. addendi sunt, vt ad numerum annorum 40. veniamus. Hi anni 18. à 31. annis Iosiæ subtracti, 13. Iosiæ relinquunt, quo Ieremias prophetare incepit, Ierem. 1. v. 2. cap. 25. v. 3. cum anno præcedente, duodecimo scilicet, Iosias Rex regnum ab idolomania repurgasset, 2. Chron. 34. vers. 3. & seq. verum Iudæi ad hanc repurgationem & Ieremiæ conciones nihilo meliores facti, omnem salutarem admonitionem spreuerunt, vt ipse Ieremias queritur c. 25. v. 3. Ad quem Ieremiæ locum Ezechiel, Ieremiæ familiarissimus in definitione 40. annorum peccatorum domus Iudæ dubio procul respexit.

II. Paræus ex mera contradicendi libidine in suis aduersus Caluinum cauillis negat ex his Ezechielis annis tum 390. tum 40. firmam desumi posse rationem connexionis regum Iuda & Israel à morte Salomonis vel initio Israelitici regni ad 11. Zedekiæ annum, vel templi desolationem, hanc addens rationem: Cum Propheta Ezechiel annos 390. pecca-

catorum domus Iſrael, annos item 40. peccatorum Iuda *ſeorſim* in 4. capit. numeret, ſequitur, 430. annos numerandos à morte Salomonis ad templi exterminium, vel 467. ab initio templi vſque ad eius finem. Atqui tantam annorum ſummam hiſtoria Regum Iuda & Iſrael non admittit: Ergo ex Ezechielis numeratione quantitas annorum Regum Iuda & Iſrael non deſumenda; hinc in alium labitur errorem, hoſce annos à morte Salomonis non inchoandos & fine templi non finiendos, verum incertum eſſe, vnde hi anni inchoandi, & vbi finiendi ſunt.

Verum Paræus manifeſtum *diuiſionis* Elenchum committit. Licet enim Propheta annos 390. & annos 40. in ſpecie ſeorſim numeret: non tamen mox ſequitur in applicatione eorundem ad annos Regum Iuda & Iſrael, annos hoſce ſeorſim numerandos eſſe. Nam Prophetæ conſilium eſt annos peccatorum tum domus Iſrael, tum Iuda in vno finire termino, cum peccatum Iſrael regnum quoque Iuda peruaſerit, & ita regnum Iudaicum duplex quaſi peccatum habuerit, Iſraelis ex participatione, 2. Regum 22. verſ. 17. proprium ex inobedientia erga propheticas adhortationes, à primo miniſterii Ieremiæ tempore. 2. Chronic. 36. verſ. 16. Ierem. 25. verſ. 3.

CAPVT IV.

De interuallo annorum ab initio ſtructuræ Salomonici templi, vſque ad eius excidium, vbi de ſpeciali numeratione & connexione annorum Regum Iuda & Iſraelis.

DE hoc interuallo variæ Chronologorum ſupputationes, quas longius hic enumerare vanus labor eſſet. Verum interuallum eſt annorum 427. Hæc numeratio ex ſpeciali colligatione & numeratione annorum Regum Iuda & Iſraelis firmanda eſt, ſed ita, vt numerationi vel alligationi aliquot hypotheſes præmittantur.

1. Annus excidii Salomonici templi annis à mundo & diſtributione terræ Canaan anno ſeptimo à morte Moſis facta (vti titulo præcedenti ex Ioſuæ 14. verſ. 10. probatum) ita connectendus, vt per ſeptenarium diuiſus nihil relinquat. Ratio manifeſta eſt, quia annus excidii Salomonici templi fuit ſabbathicus, teſte Ieremia cap. 34. v. 8. Qua de re ſequente capite. Anni autem ſabbathici à conditu mundi & diſtributione terræ Canaan inter ſe non turbati ſunt, quod in priore titulo aliquot argumentis confirmatum dedimus.

2. Anni à diuiſione regni Iudaici ad vltimam vrbis obſidionem & vaſtationem ita numerandi, vt 390. anni ab eo tempore conſtituantur, cum ſecundo capite huius tituli probauerimus, annos 390. quos Ezechiel habet c. 4. inchoandos à laceratione regni Iudaici, finiendos in templi deſolatione.

3. Anni Regum Iuda & Iſrael ita ſupputandi ſunt, vt ſicubi ſcriptura annum Regis Iuda ad annum Regis Iſrael, & contra, annum Regis Iſrael ad annos Regum Iuda connectat, eam connexionem religioſe ſequamur. Hæc namque diuino conſilio nobis conceſſa, optimam nobis

nobis præbet manuductionem ad veram Regum Iuda & Israelis inter se ratione temporis connexionem instituendam. Ex qua & id deprehendimus, annos Regum tum Iuda tum Israelis interdum incomplete sumendos; nonnunquam filium cum Patre regnasse; filium item à parente in absentia vt Proregem electum; nonnunquam & interregni tempus tum in regno Iuda, tum Israelis fuisse.

His præmissis, connexionem Regum Iuda & Israelis tum inter se, tum
ratione annorum à conditu mundi aggrediamur, simul & tres celebratis-
simas gentilium Epochas, quæ in hoc mundi interuallum cadunt, obiter
quasi annectamus, annexionem suo loco, volente Domino, firmaturi. An-
nus quartus Salomonis in quo templum ædificari cœptum est annus mun-
2933 di 2933. vt id cap. 1. huius tituli probatum est. Ergo Salomo, qui per annos
40. regnauit, mortuus anno mundi 2969. Si namque ad annum mundi
2933. addamus annos 36. Salomonis (quartus enim Salomonis an-
2969 nus cum anno mundi 2933. conuenit) habebimus annum mundi 2969.
Mox eodem anno succedit Ieroboam & Rehabeam. Mense namque qua-
si quinto vel sexto circa Solstitium æstiuale Salomo mortuus est; octauo
illius anni mense circa Nouembrem primus Ieroboam cum suo vitulorum
cultu Israelem peccare fecit, 1. Regum 12. vers. 32.33. Et ab hac impietate
anni illi 390. peccatorum domus Israel inchoandi sunt, vt secundo huius
tituli capite firmauimus. Rehabeam imperat annos 17. 1. Regum 14. v.
21. 2. Chron. 12. v. 13. Ergo finis Imperii Rehabeam incidit in annum
2985 mundi 2985. Quia namque primus Rehabeami annus in annum mundi
2969. cadit: Ergo ab annis Rehabeami vel mundi vnitas demenda, tum
additio instituenda, ne vnus idemque numerus bis sumatur, & emerget
annus mundi 2985. emortualis Rehabeami. Ergo annus 18. Ieroboami
Regis Israelis, qui cum Rehabeam Rege Iuda simul regnare cœpit, incidet
2986 in annum mundi 2986. Atqui hic est primus regni Abiam filii Rehabeam,
1. Regum 15. vers. 1. 2. Chronol. 13. vers. 1. 2. Ergo primus annus regni Abia
Regis Iuda in annum mundi 2986. coniiciendus.

Porro: Si annus 18. Ieroboami est annus à mundo 2986. Ergo 20. re-
2988 gni annus cum anno mundi 2988. conueniet. Atqui hic est primus annus
regni Assa, Regis Iuda, 1. Reg. 15. v. 9. Ergo primus Assæ in hunc mundi an-
num coniiciendus.

[Tremellius & Funccius primum annum Assæ, Regis Iuda, in 21. Ieroboami coniiciunt, existimantes, scripturam annum 20. Ieroboami completum intelligere. Verum absq; fundamento id faciunt, nos currentem sumimus, more supputationis in connexione horum Regum consuetæ, Nadabi imperio nihil detrahentes. Omnino namque verisimile Ieroboamum in regni sui confusione, filium Regem declarasse, cum adhuc viueret. Vt enim Nadabi annos dilatemus, scriptura non permittit.]

Verum in connexione progrediamur. Si annus primus Assa est an-
2989 nus mundi 2988. currens: Ergo eius secundus erit 2989. Atqui hic primus
regni Nadab, 1. Regum 15. vers. 25. Ergo Nadab cum Parente ad tem-

pus

pus in regno vixit. Vlterius: Si secundus annus regni Assa est annus mundi 2989. Ergo tertius Assæ annus incidet in annum mundi 2990. Atqui hic est 2990
primus regni Baesa, tertii Israelitarum Regis, 1. Regum 15. vers. 28. & 33. Ex quo cõsequitur, Nadab duos annos regnasse, & maximam quidem partem cum Parente, at incomplete, iuxta illud: *impii non dimidiabunt dies suos*, Psal. 55. ỷ. 24. dies, vt in vita, sic & in officio: & primum Baesæ annum cum secundo Nadabi concurrere.

[Hic annorum in annis Regum Israeliticorum coarctatio obseruanda est. Dicit scriptura, Nadabum regnare cœpisse anno secundo Assæ, & per annos duos regnasse: eadem scriptura affirmat Baesan post Nadabum regnare cœpisse anno tertio Assæ.]

Pergamus: Si tertius annus regni Assæ incidit in annum mundi 2990. Ergo 26. regni Assæ in annum mundi 3013. cadit. Atqui hic est primus re- 3013
gni Ella, quarti Regis 1. Regum 16. ỷ. 8. Ergo Ellæ primus annus cum hoc mundi anno conueniet. Ita: Si 26. regni Assa est annus mundi 3013. Ergo 27. eiusdem, annus mundi 3014. erit. Verum hic est primus regni Amri Re- 3014
gis Israel, 1. Reg. 16. ỷ. 15. Ergo Amri hoc anno mundi regnare cœpit. Inter Ella & Amri, Rex Israelis, Simri, per septendium tantum fuit, qui in mutua hac annorum colligatione omittitur.

[Hic aliud habemus exemplum coarctationis annorum in Regibus Israel. Scriptura dicit, Ellam incepisse anno 26. Assæ, & imperasse annis duobus. Eadem scriptura testatur, occiso Ella Amri regnare cœpisse anno 27. Assæ. Ergo Ella primum regni annum cum Parente Baesa, posteriorem cum Amri communem habuit: secus quam Tremellius supputat, qui opinatur Ellam cœpisse anno 26. Assæ completo, siue 27. currente.]

[Antequam sequentem connexionem suscipiamus, dubia veniunt soluenda, ex 2. Chron. 15. vers. 19. & cap. 16. v. 1. vbi dicitur, terram Iudaicam à bello fuisse liberam ad annum vsque 35. regni Assa; anno vero sequente 36. Assæ, Baesan Regem Israel regnum Iuda bello molestasse. Atqui 36. anno regni Assæ, Baesa iam fuerat mortuus. Anno namque 26. Assæ, defuncto Baesa, succedit in regno filius Ella 1. Reg. 16. v. 8. Alii vt nodum soluant, singularem plane quærunt in verbis 2. Chron. 15. v. 19. cap. 16. v. 1. interpretationem, & annum 35. & 36. regni Assæ inchoant à tempore diuisionis regni post Salomonis mortem. Ex eorum ergo interpretatione hic exoriretur verborum sensus: *Anno 35. & 36. Assæ Regis Iuda, id est, anno 35. & 36. à distractione Regni cui Assa*

Assa praerat. In sententiæ confirmationem adducunt Regulam; *Regna modo a populis denominari, modo à personis regnantibus, vel ab insigni aliqua regni mutatione.* Secundum hanc interpretationem annus ille 35. & 36. in 2. Chronic. 15. v. 19. & cap. 16. vers. 1. incidit in 16. & 17. regni Assæ, 14. & 15. regni Baësæ. Alii annum 36. Assæ non ab annis Regni, sed vita Assæ inchoandum existimant. Verum in 2. Chronicor. 16. vers. 1. manifeste trigesimus sextus annus regni Assæ nominatur. Nonnulli numerum deprauatum volunt in locis Chronicorum iam adductis & pro 35. item 36. 25 & 26. ponendum. Ex hac coniectura Baesa ad vltimum fere regni sui tempus deuenisset. Nam vigesimus quintus regni Assæ cum vigesimo tertio regni Baesæ: vigesimus sextus Assæ cum vigesimo quarto Baesæ (qui annus vltimus regni fuit) conuenirent. Ad hanc sententiam Iosephus accedere videtur lib. 8. Antiquit. cap. 6. si non directe saltem indirecte, qui de Rhamæ munitione à Baesa inchoata ait: Baesam cum videret Regem Assam in auxilium vocasse Syrum, à Rhamæ munitione destitisse, nec postea bellum instaurare voluisse, fatali morte præuentum.

Verum cui sententiæ adhærendum? Numerum deprauatum non ita facile asserendum est, nisi forte quædam vocabulorum in sancta lingua cognatio appareat. In vocibus שלשים & עשרים quarum hæc triginta, illa viginti notat, non apparens videtur esse literarum cognatio, nisi quis forte coniicere velit, ע in ש mutatum, præsertim in manuscriptis exemplaribus, vbi inferior virgula in ע non producta. ל item in ר mutatum, in eiusmodi exemplaribus, in quibus superior virgula in ל non satis extensa: tum ר ipsi ש præpositum. Id num hoc in loco factum sit, merito dubitamus, cum voces à se nonnihil sint alienæ, sineque coacta mutatione vix inter se commutari potuerint. Amplectamur ergo primam sententiam, & trigesimum sextum regni Assa inchoemus ab eo tempore, quo regnum post mortem Salomonis diuisum insignem passum est mutationem.

Secundum dubium Amri concernit sextum Israelis Regem. Hic regnauit per annos 12. & incœpit anno 31. Assæ

Regis

R[illegible] Iuda 1. Reg. 16. v. 23. Eadem scriptura testatur filium A[illegible] Achab Parenti in regno successisse anno 38. Assæ Regis Iuda, v. 29. Verum, quomodo Amri per annos 12. regnare potuit à 31. anno Regni Assæ ad 38? Hoc enim interuallum octo tantum annorum est. Responsio ex collatione locorum 1. Reg. 16. à v. 15. ad 23. haurienda. Anno 27 regni Assa occiditur Ella Rex Israelis à Simri seruo suo. Hic Rex tantum fuit septem dierum. Quibus exactis seipsum comburit, propter obsidionem Thirzæ, ab Amri factam. In his tumultibus Amri Rex Israel à militibus eligitur in castris, eodem anno 27. Assæ. Verum extra castra domi quasi Thibni ab aliis fortassis in Samaria in Regem Israelis eligebatur. At Amri superior Thibni paulatim factus, hoc mortuo, anno scil. 31. regni Assæ plenarius rex Israelis factus est. Amri ergo regni initium duplex constituendum, mixtum & purum, siue verum. Mixtum cum Thibni in prioribus quatuor regni sui annis à 27. ad 30. regni Assæ. Purum siue verum à morte Thibni siue 31. regni Assæ, à quo v. 23. 1. lib. Regum eius initium ducit, sed ita, vt quadriennium illud in quo cum æmulo vixit, simul includat.]

Verum eo reuertamur, vnde digressi sumus. Si 27. annus regni Assa in
annum mundi 3014. cadit: Ergo eius annus 38. cum anno mundi 3025. 3025
conuenit. Arqui hic est primus regni Achab Regis Israel 1. Reg. 16. vers. 29.
Ergo primus regni Achab in hunc mundi annum conjiciendus. Porro, si
annus mundi 3025. est primus Achabi: Ergo eius quartus cum anno mun-
di 3028. conueniet. Hic quartus Achabi annus est primus Iosaphati Regis 3028
Iudæ, 1. Reg. 22. v. 41. Ergo primus Iosaphati annus in hunc mundi annum
locandus, secus quam Funccius facit, qui primum Iosaphati locat in quar-
tum Achabi absolutum, siue quintum currentem. Prætereа: Si annus
mundi 3028. est primus Iosaphati: Ergo eius 17. annus mundi 3044. Atqui 3044
hic est primus Ahasiæ filii Achabi, 1. Reg. 22. v. 52. Ergo Ahasiæ primus re-
gni annus, huius anni sedes. Vlterius: Si annus 17. Iosaphati est annus mun-
di 3044. Ergo 18. Iosaphati 3045. mundi. Verum hic primus est regni Io- 3045
rami, Regis Israel, filii Achabi 2. Reg. 3. v. 1. Ergo Ioram hoc anno mundi
regnare cœpit. Si Iorami primus regni annus est 3045. mundi: Ergo eius an-
nus quintus est annus mundi 3049. Hic annus primus est regni Iorami, filii 3049
Iosaphati, Regis Iuda. 2. Reg. 8. v. 16. Ita: Si quintus Iorami Regis Israel est
annus mundi 3049. Ergo eius 12. est mundi 3056. Hic annus duodecimus 3056
Iorami currens, est annus Ahasiæ, Regis Iuda. 2. Reg. 8. v. 25. & c. 9. v. 29. Er-
go in hunc annum mundi Ahasiæ regnum locandum. Hic Ahasia cum an-
num fere regnasset, cum ægroto Parente, Ioramo, cum Ioramo, Rege I-
srael, Achabi filio, vno eodemque tempore à Iehu occiduntur. 2. Reg. 9. v.
2[illegible]. & 27. Ergo necesse est, vt anni regni Iorami & Ahasiæ hoc anno mundi
[illegible] finiantur.

[Hic nonnulla notanda sunt: 1. Si Ahasia Achabi filius anno 17. Iosaphati regnare cœpit: Ergo 20. anno sui Parentis. Annus enim Iosaphati 17. cum anno 20 Achabi conuenit. Primus enim Iosaphati est quartus Achabi, 1. Regum 22. versus 41. Atqui Achab regnauit annos 22. 1. Regum 16. vers. 29. Ahasia ergo Rex Israel annos quasi duos cum Parente Achab regnauit, id quod ex 2. Regum 3 colligitur. Moabitarum namque defectio à regno Israel facta est mox post Achabi mortem, 2. Reg. 1. v. 1. c. 3. v. 5. Atqui facta est Iorami, Regis Israel, non sui fratris Ahasiæ tempore, 2. Reg. 3. v. 6. Ergo moriente Achabo Ioram filius regnauit. Vnde colligitur, Ahasiæ regni biennium, regno Parentis includendum. Achab enim cum Syris & finitimis bella gerens, 1. Reg. 22 anno forte antepenultimo sui regni domi Ahasiam filium vt proregem reliquit, ex more magnatum huius æui. Ahasia in absentia Parentis de clathro in cænaculo decidens lathaliter vulnerabatur, imo præsentissima mors ex hoc lapsu mox subsecuta, 2. Reg. 1. v. 2. & 4. fortassis ante reditũ Parentis sui Achabi ex bello. Huic Ahasiæ post Achabi mortem frater Ioram mox successit. Ahasia namq; sine liberis mortuus, 2. Reg. 1. versic. 17. c. 3. versic. 1.

2. Obseruetur hic tertium exemplum coarctationis annorum Regum Israelis. Scriptura dicit Ahasiam Achabi filium cœpisse regnare anno 17. regni Iosaphati & duos regnasse annos, 1. Reg. 22. v. 52 Eadem scriptura affirmat Ioramum Ahasiæ fratrem iniisse regnum anno 18. Iosophati Regis Iuda, 2. Reg. 3. v. 1. Qui hic completos annos sumũt, hi contra mentem Spiritus sancti & absq; ratione annos à mundo supputant.

3. Ἀντιλογία φαινομένη hic concilianda. 2. Reg. 1. v. 17. dicitur, Ioramum, Achabi filium, regnum Israeliticum occupasse anõ secundo Iorami filii Iosaphi Regis Iuda, siue anno 18. Iosaphati, 2. Reg. 3. v. 1. Si anno 18. Iosaphati: Ergo Iorami Regis Iuda regni initium in 17. Iosaphati Parentis sui coniiciendum. Et ita cum Parente per nouem annos regnasset. Iosaphat enim per 25 annos regnauit. 1. Reg. 22. versic. 42. E contra 2. Reg. 8. v. 16. primus Iorami, filii Iosaphati, annus in quintum Iorami, filii Achabi, coniicitur. Ergo Ioram

Iosa

Iosaphati filius Rex Iuda & prior & posterior in regno fuit Ioramo, Achabi filio, Israelis Rege. Quî hoc esse potuit? Sane potuit, si dicamus Ioramum Iosaphati filium à Parente duabus vicibus vt Regem declaratum, & ita duplex regni initium habuisse. Prius collocandum est in 17. regni annum sui Parentis: Quo anno Parens cum hostibus bellum gerens, vel domi decumbens, vel vt alii volunt Achabo Israelis Regi auxilium contra Syros ferens, 1. Reg. 22. filium vt Regem in Ierusalem ordinauit. Et ab hoc Iorami initio sumendus est locus 1. Regum 22. vers. 52. Hoc initium tantum fuit χενόν. Parens enim Iosaphat, feliciterè bello reuersus vel conualescens, filium de regia dignitate vicissim paterne deposuit. Posterius regni Iorami initium locandum est in 22. annum Parentis, quo Iosaphat contra Ammonitas & Moabitas bellum gerens, filium secunda vice in Regem Iuda elegit. Et ab hoc 22. Iosaphati anno locus 2. Regum 8. vers. 16. Iorami regni initium sumit, siue à quinto anno regni Ioram filii Achabi. Hoc posterius Iorami initium verum est & stabile, quippe eius octauus cum 12. Iorami Regis Israel coincidens. Iosaphat ergo licet felix à bello domum reuerteretur, filium tamen in regia sede confirmauit, imo ei regni grauamina commisit, vti expresse legitur 2. Chronic. 21. v. 3. Ipse interim in pace domi resedit, 2. Chron. 20. v. 30. Natus quinquaginta septem annos.

Sed redeamus ad id, quod nobis in hoc capite proposuimus. Si 12. an-
nus Iorami, Regis Israelis, est annus mundi 3056. Ergo sequens annus mun-
di erit 3057. Atqui hic primus regni Iehu, vti id ex 2. Reg. 9. & 10. firmissime 3057.
colligitur, & nemo contradicit. Eius ergo regni principium in hunc mun-
di annum locandum. Si primus annus regni Iehu est annus mundi 3058. Er-
go eius septimus cum anno mundi 3063. conuenit. Atqui septimus regni Ie- 3063
hu est primus regni Ioas, Regis Iudæ 2. Reg. 12. v. 1. Regnum ergo Ioæ hoc
anno mundi incepit. Porro: Si primus regni Ioæ est annus mundi 3063. Er-
go 23. regni eiusdem cum anno mundi 3085. suauiter conspirabit. Verum 3085
hic 23. regni Ioæ primus est regni Ioahas, filii Iehu, Regis Israelis, 2. Reg. 13.
v. 1. Ergo initium regni Ioahas in hunc mundi annum locandum. Vlterius:
Si annus 23. regni Ioas Regis Iuda in annum mundi 3085. cadit: Ergo eius
37. in annum à mundo 3099. Verum hic primus est regni Ioas filii Ioahas, 3099
Regis Israel. 2. Reg. 13. v. 10. Ita: Si primus Ioas Regis Israel est annus mun-
di 3099. Ergo sequens annus mundi 3100. Hic autem primus est regni A- 3100
masiæ, filii Ioas, Regis Iudæ. 2. Reg. 14. v. 1. Ergo primus regni Amasiæ annus
in hunc mundi annum ponendus.

[Antequam colligationem continuemus, nonnulla iterum

 hic

hic obseruanda sunt. 1. Si Ioahas filius Iehu Rex Israelis anno 23. Regni Ioas, Regis Iuda, in Israele regnare cœpit, & annos 17. regnauit, 2. Regum 13. versu 1. Ergo eius vltimus incidit in penultimum siue 39. regni Ioas, qui per 40. annos regnauit, 2. Regum 12. versu 1. Verum Ioahæ filius, Ioas, Israelis Rex incipit anno 37. regni Ioæ, Regis Iudæ, 2. Regum 13. versu 10. Inde sequitur, Joam, Israelis Regem cum afflictissimo Parente, Ioaha, integrum biennium & vltra regnasse, id quod multi alii iam ante obseruarunt. 2. Si primus Ioæ, Regis Israelis, est 37. regni Ioæ Regis Juda: Ergo secundus Joæ, Regis Israelis, est 38. Joæ Regis Juda. Verum hic primus est Amasiæ, Joæ, Regis Judæ, filii. Ergo sequitur Amasiam cum Parente per triennium quasi regnasse. Taxandus proinde error est multorum Chronologorum, Funccii, Bucholzeri, Crentzhemii & aliorum, qui Ioæ, Regis Israelis, regni initium in 40. demum Joæ Regis Judæ annum, Amasiæ, regis Iudæ, regni principium in annum demum 40. regni Parentis absolutum locant, contra manifestum scripturæ textum, quod ita probatur:

1. Si post annum demum 40. Joæ absolutum, eius filius Amasias regnare cœpit, tum primus eius regni annus caderet in quintum demum Joæ Regis Israelis. Hic enim Joas anno 37. Joæ, Regis Juda, regnare incœpit. 2. Regum 13. vers. 10. Joas autem Rex Judæ regnauit annos 40. 2 Regum 12. v. 1. 2. Chron. 24. v. 1. Quadragesimus ergo Joæ Regis Juda conuenit cum quarto Joæ Regis Israel. Ex quo apparet Amasiæ primum annum cum quinto Joæ Regis Israelis coincidere, si post Parentem demum eius regni initium sumatur. Verum hoc contra scripturam est, quæ manifeste testatur, Amasiã Regẽ Judæ anno secundo Joæ Regis Israelis ad regni gubernacula venisse 2. Reg. 14. v. 1.

2. Præterea Amasias post Joam, Israelis Regem, vixit annos 15. 2. Reg. 14. vers. 17. & 2. Chron. 25. v. 25. Amasias regnauit annis 29. 2. Regum 14. vers. 2. Chronic. 25. vers. 1. Joas Rex Israel regnauit annos 16. 2. Regum 13. vers. 10. Si iam Amasias anno demum quinto Joæ Regis Israelis, Rex Judæ electus, Joas Rex Israelis fuisset mortuus anno 12. Regni Amasiæ, & ita Amasias annos 18. post Joam vixisset.

xiſſet. Verum & hoc contra ſcripturam eſt. Contineamus ergo nos intra cancellos alligationis Regum Iuda & Iſrael in ſcriptura propoſitos, ita minori cum periculo in hac alligatione verſabimur.]

Sed colligatio continuanda eſt: Si primus annus regni Amaſiæ Regis Iudæ conuenit cum anno mundi 3100. Ergo eius 15. cum anno mundi
3114. conueniet. At hic primus eſt Ieroboami ſecundi 2. Reg. 14. v. 23. Vlte- 3114
rius: Si primus Ieroboami annus mundi eſt 3114. Ergo eius 27. mundi 3140. 3140
Verum hic eſt primus Vſiæ, ſeu Aſariæ, filii Amaſiæ, Regis Iuda, 2. Reg. 15. verſ. 1. Ergo primus Vſiæ annus in hunc mundi annum coniiciendus.

[Quæſtio hic ſoluenda eſt. Si 15. Amaſiæ eſt primus Ieroboami ſecundi, 2. Regum 14. verſ. 23. & Amaſia regnauit 29. annis 2. Reg. 14. v. 2. 2. Chron. 25. v. 1. Ergo vltimus Amaſiæ annus in 15. regni Ieroboami cadit, vti ex ſupputatione manifeſtum eſt. Verum ſcriptura teſte, Vſias ſiue Aſarias, Amaſiæ filius, Parenti demum in regno ſucceſſit anno 27. Ieroboami 2. Reg. 15. v. 1. A morte ergo Amaſiæ ad initium regni Vſiæ vel Aſariæ hiatus erit annorum 11. ſolidorum. Quæritur quid hic ſtatuendum ſit? Num à 15. anno ad 27. Ieroboami interregnum in regno Iudæ ponendum, quod ſcriptura affirmare videtur? Scaliger in Iſagogicis in Euſebium canonibus, Funccius, Codomannus & alii, nullum hic interregnum agnoſcunt, ſed ſtatim poſt Amaſiam, Vſiam locant, & eius annos 52. regni non à 16. ætatis anno, quo Rex electus memoratur, 2. Reg. 14. v. 21. c. 15. v. 2. 2. Chron. 26. v. 1. verum à morte Parentis ſui Amaſiæ inchoant, cum puer quatuor tantum annorum eſſet.

Hæc ſententia non conſiſtere videtur. Repugnat enim manifeſto ſcripturæ textui, dicentis: anno 16. ætatis Vſiam Regem declaratum, & ab eo tempore regnaſſe annos 52. Nos hic interregnum in regno Iudæ 11. annorum agnoſcimus, moti manifeſto ſcripturæ ductu, qui & Bucholzerum, Gentzhemium, Temporarium & alios eo adegit, vt hic interregnum confeſſi ſint. Ad corruptionem numeri in annis Ieroboami, exemplo Buntingi, confugere, non adeo tutum eſt. Exiſtimat enim annum 27. cuius mentio fit 2. Reg. 15. verſ. 1. corruptum, & 17. annum locandum. At quis interea in Iuda regnauit? Magnates & Conſiliarii regni. Hinc eſt, quod 2. Reg. 14. v. 21. & 2. Chro. 26. v. 1. dicitur, totũ populũ Vſiam (qui & Aſarias) Amaſiæ filium, cum 16.

annorum esset, Regem pro Patre constituisse. De Tremellii sententia paulo post videbimus.

Sed ad propositum: Si primus annus regni Vsiæ est annus mundi
3177 3140. Eius ergo 38. mundi est 3177. Atqui hoc anno cœpit Zacharias Rex Iudæ, 2. Reg. 15. v. 1. Ergo Zachariæ regnum, quod per sex tantum menses durauit, in hunc annum coniiciendum.

[Hîc manifestum iterum habemus interregnum in Regno Israel. Asaria, vel Vsia, incipit regnare anno 27. Ieroboami, Regis Israel. 2. Reg. 15. v. 1. Ieroboam regnauit annos 41. 2. Reg. 14. v. 23. Ergo vltimus Ieroboami annus in 15. Vsiæ cadit. Ab hoc vsq; ad 38. Vsiæ interregnum in Israele fuit per 23. quasi annos; quicquid hîc alii fingant, à nostris enim partibus est scriptura, cum manifesta sua alligatione. Alii contra hoc in loco nullum interregnum agnoscere volunt, ob aliquot rationes, quas Paræus in suis aduersus Sethum Caluisium cauillis adducit.

I. 2. Reg. 14. v. 29. dicitur, Zachariam Ieroboamo Patri mortuo ilico in regno successisse. ℞. Falsum hoc est: Hoc enim in scriptura non habetur, Zachariam ILICO Parenti in regno successisse. Id habetur, Zachariam Parenti successisse, tempus successionis scriptura non habet.

II. Nullo modo probabile est, regnum turbulentum tam diu Rege carere potuisse, nec infestatum à Sallum fuisse, qui mox sexto Zachariæ mense regnum ad se rapuit & Zachariam occidit. Verum respondemus ad primum rationis membrum: 1. Annon Primores populi regnum aliquod sua sapientia melius fulciunt, quam si vel Rex ipse, præsertim Tyrannus, vel puer populo præsit? 2. Quod Paræo non est probabile, id nobis est probabile; quia scriptura hanc probabilitatem astruit, interregnum tot annorum faciens. Ad secundum membrum: Sallum diuinitus inhibitus est, ne regnum Israeliticum ante Zachariam occuparet, vt diuina comminatio 2. Reg. 10. v. 30. impleretur, de quatuor generationibus Iehu, quæ generationes post Parentem regnum Israeliticum regere deberent.

III. Regnum in familia Iehu quatuor generationibus fuit definitum oraculo, 2. Regum 10. Zacharias autem fuit quartus à Iehu: Ergo non videtur interregnum tamdiuturnum hîc concedendum, quasi iustum spacium alicuius quinti Regis interuenisset? Resp. Ratio hæc nulla est:

Tremelliani Annorū Regum Amasiæ, Vsiæ & Iero-

la eſt. 1. iſtud ſpatiũ non infringit diuinũ oraculum, quia nullus ordinarius Rex tum tẽporis inter Jeroboamum & Zachariam regnauit. 2. Spatium per ſe quintũ Regem non facit, niſi Rex adſit, q̃ eo ſpatio regnet. Atqui nullus fuit.

IV. Nulla cauſa excogitari poteſt, cur Zacharias totos *21.* annos à patrio regno per Proceres arceri potuerit aut debuerit? Reſp. Plures poſſunt excogitari cauſæ, vel pueritia, non tam ætatis, quam mentis; vel malitia, vel primatum πλεονεξία. vel regni confuſio, vel iuſta Dei vindicta ſuper hoc regnum Iſraeliticum, quod cum Apoſtaſia initium ſumſit. Addit Paræus: Se non diffiteri, vndecunque anni Vſiæ inchoentur, hiatum aliquot annorũ inter Jeroboami & Zachariæ regnum interuenire? Reſp. Hoc eſt propria vineta cædere. Si interuallum aliquot annorum in regno Iſraelitico inter mortẽ ſecũdi Jeroboami & Zachariam agnoſcit, cur nõ & ſpatiũ tot annorũ, quot ſcriptura definit? Aut diuerſitatis rationẽ nobis Paræus monſtret.

Tremellius in Bibliis hîc nõnihil ſingularis eſt. Fingit enim Amaſiam Regem Judæ 17. tantum annos regnaſſe, reliquos duodecim propter cõſpirationem & fugam, de qua 2. Reg. 14. v. 19. 2. Chron. 25. v. 27. exulem vitam tranſegiſſe, hoſque 12. annos non modo Amaſiæ, verum & Aſariæ vel Vſiæ cõmuni iure tribuendos. Hoc modo cum 18. Amaſię anno (qui quartus eſt Jeroboami Regis Iſraelis) primum Vſiæ connectit, & 38. annum regni Vſiæ cum 41. ſiue vltimo Jeroboami connectit, abſq; interregno, tum in Juda, tum in Iſrael. Verũ Tremellius in hac colligatione id pro confeſſo ſumit, quod eſt in dubio. Probandum enim ei. 1. anno 18. regni conſpirationem contra Amaziam & eiuſdẽ fugã in Lachis factam, ibidemq; per annos *12.* priuatam & exulem vitam egiſſe. Contrarium videtur loqui textus, 2. Reg. *14.* v. *19.* 2. Chron. *25.* v. *27.* qui eo inclinat, ſtatim poſt fugam Amaſiæ in Lachis eius mortem accidiſſe. 2. Probandum, duodecim poſtremos annos Amaſiæ per connumerationem in 25. annos, quibus Vſia filius Amaſiæ regnauit, includendos. 3. Oedipo opus habet iſta marginalis Tremellii gloſſa ad v. 1. c. *15.* in 2. libro Regum. Verſus ſic habet: *Anno 27. Ieroboami Regis Iſrael, regnauit Azaria filius Amaſiæ, Rex Iuda.* Tremelliana gloſſa dicit, annum 27. Jeroboami

boami fuisse 24. Vsiæ. Exinde sequitur, Vsiam vel diuersum esse ab Azaria, quod tamen non concedit Tremellius in glossa ad v. 19. c. 14. posterioris Regum: vel in versu primo c. 15. verum Vsiæ vel Azariæ regni initium non fuisse positum, quod est contra mentem Spiritus sancti, qui verbo regnandi initium regni Vsiæ nobis manifestare voluit.]

Verum eo, vnde digressi sumus, reuertamur: Si 38. annus regni Vsię est annus mundi 3177. Ergo sequens eius regni Annus est mundi 3178. Atqui hoc anno incœpit in Israele Sallum dominium 2. Reg. 15. v. 13. Huic Sallum, quippe menstruo tantum Regi, mox Menahem eodem anno successit, v. 17. Ergo primus Menahem est annus mundi 3178. Si 39. Vsiæ mun-
3189 di est 3178. Ergo illius quinquagesimus, mundi 3189. Verum hic est primus regni Pekaia Regis Israelis, 2. Reg. 15. v. 23. Ergo Menahem per totos decem annos absolutos in Israele regnauit. Vlterius: Si quinquagesimus Vsię
3191 est mundi 3189: Ergo quinquagesimus secundus Vsiæ, mundi 3191. qui primus est Pekah Regis Israelis. 2. Reg. 15. v. 27. Si primus annus regni Pekah
3192 incidit in annum mundi 3191. Ergo eius sequens in mundi annum 3192. Atqui hic est primus Iothami Regis Iuda, 2. Reg. 15. v. 32. Ita si secundus regni
3207 Pekah est mundi 3192. Ergo eius 17. regni annus, mundi 3207. Verum hic primus est regni Achas, Regis Iuda, 2. Reg. 16. v. 1. Ita: Si primus regni A-
3218 chas est mundi 3207. Ergo 12 eius regni annus in annum mundi 3218. cadit. Verum hic est primus Hoseæ Regis Israelis, ab eo scilicet tempore quo Salmanassari Regi Assyriaco tributarius factus est. 2. Reg. 17. v. 1.

[Notandum, Hoseam, Israelis Regem, duplex habere regni initium. Prius ab anno 20. regni Jothami, Regis Juda 2. Reg. 15. v. 30. id est, anno 4. Achas. Posterius ab anno 12. Achas, 2. Reg. 17. v. 1. Verum quæritur. 1. quomodo Hosea anno 20. Jothami regnare incœperit, cum Jotham nō nisi annos 16. regnarit, 2. Reg. 15. v. 33. 2. Chron. 27. 8. v. 8. & ita ante quatuor annos mortuus fuerit? Resp. Funccius, Prophetam ex indignatione Regem Achas nominare noluisse, quippe impiissimum, & ita initium Hoseæ Regis Israelis ab anno 20. Jothami Regis Juda, licet iam ante quadriennium defuncti, sumsisse. Tremellius concinnior esse videtur, qui 20. Iothami ideo sumptū existimat, quia Achazi in præcedentibus nulla adhuc mentio facta fuerat, & ideo tempus hoc à priore Rege, Iothamo, quanquam iam mortuo descriptum. Ex huius ergo mente verba 2. Reg. 15. v. 30. ita explicanda: *regnauit Hosea pro Pekah anno 20. Iothami*, id est, *anno vigesimo ab initio regni Iothami, licet iam defuncti.* 2. Quæritur: Cur scriptura Hoseæ duplex regni initium tribuat? Resp. ob diuersam regni formam, meram & tributariam

tariam. Mox à morte Pekah anno 20. à regno Jothami, siue quarto Achas, merum obtinuit imperium per totos octo solidos annos. Anno vero nono sui regni, duodecimo Achabi, 2. Reg. 17. v. 1. Salmanassaris tributarius factus est. v. 3. Ab hoc tempore posterior liber Regum Hoseæ regni annos numerat cap. 18. v. 1. 9. 10.]

Sed alligatio continuanda est. Si annus mundi 3218. est primus Hoseæ quo Salmanassari tributum pendebat. Ergo tertius eius absolutus, siue
quartus currens, in annum mundi incidet 3231. Verum hic est primus His- 3221
kiæ siue Ezechiæ Regis Iuda, 2. Reg. 18. v. 1. qui paulo ante Pascha regnare cœpit. 2. Chron. 29. v. 1. Ergo primus Hiskiæ annus cum hoc mundi anno conueniet.

[Nota, 2. Reg. 18. v. 1. dicitur tertium Hoseæ primum esse Hiskiæ. Hic annus Hoseæ tertius necesse est pro completo sumatur. Ratio manifesta: quia in eodem Capite, v. 9. & 10. quartus & sextus annus Ezechiæ, cum septimo & nono anno regni Hoseæ tributarii conferuntur Hinc Josephus lib. 9. Antiq. c. 13 pro anno tertio Hoseæ completo, quartum currentem sumit, inquiens; *quarto anno Hoseæ Ezechias Ierosolymis regnum adeptus est.*]

Hic mutua annorum Regum Iuda & Israelis colligatio cessat. Quia anno sexto Ezechiæ, nono Hoseæ Israeliticum regnum in perpetuam abductum est captiuitatem, 2. Reg. 18. v. 10. Reliqui ergo anni ad μετοικεσίαν vsque templi Salomonici ex annis Regum Iuda sumendi & annis mundi alligandi, ita vt eos pro completis annis sumamus, priore alligatione cessante. Ergo si primus Hiskiæ in annum mundi 3221. cadit; eius vltimus in 3249. & bonam partem 3250. Viginti namque nouem annos regnauit. 2. Reg. 18. v. 2. 2. Chron. 29. v. 1. Incepit ineunte vere paulo ante Pascha, 2.
Chron. 29. v. 3. Ergo eius vltimus cum duobus mundi annis 3249. & sequen- 3249
te participabit. Parenti Ezechiæ mox successit Manasses, qui regnauit an-
nos 55. 2. Reg. 21. v. 1 2. Chron. 33. v. 1. Ergo obiit anno mundi 3305. Manassi 3305
successit Ammon per bienniũ, 2. Reg 21. v. 19. 2. Chron. 33. v. 21. Ergo mor-
tuus anno mundi 3307. Post Ammon Iosias sequitur, cuius anno regni de- 3307
cimo tertio Ieremias prophetare incœpit, Ierem. 1. vers. 2. & à quo tempore supra, 2. cap. huius tituli annos 40. peccatorum domus Iuda, quorum Ezechiel meminit. c. 4. v. 6. inchoauimus. Regnauit hic Iosias annos 31. 2.
Reg. 22. v. 1. 2. Chron. 34. v. 1. Iosias ergo mortuus anno mundi 3338. dubio 3338
procul ineunte vere. Iosiæ in regno successit filius eius Ioahas, qui per tres tantum menses regnauit 2. Reg. 23. vers. 31. 2. Chron. 36. versic. 2. Paulo post à Pharaone Necho in Ægyptiacam captiuitatem, circa æstiuale Solstitium, abducitur, vbi & mortuus, vide 2. Regum 23. versic. 34. 2. Chron. 36. versic. 4. Ierem. 22 versic. 10. Ioahas sequitur Ioakim per annos 11. 2. Reg.
23. versic. 36. 2. Chron. 36. vers. 5. Ergo Ioiakim mortuus anno mundi 3349. 3349
circa æstiuale Solstitium. Ioiakimum sequitur Iechonia, qui tribus tantum mensibus, cum decem diebus regnauit, 2. Reg. 24. v. 8. 2. Chron. 36. vers. 9. Captiuus hic abducitur à Nebucadnezare Babyloniorũ Rege לתשובת השנה

in

in anni conuerſione, 2.Chron. 36. v. 10. id eſt, autumnalis æquinoctii tempore, vti id alibi probatur. Mox eodem anno in autumno, in regno ſuccedit Zedekias per annos 11. 2.Reg.24,v. 18. 2.Chron. 36. v. 11. Ierem. 52.v.1. & fere completos Ierem.1.v.3. vno menſe & aliquot diebus demptis. Ergo primus Zedekiæ annus maximam partem participat cum anno mundi
3360 3350. Vndecimus cum anno mundi 3360. Verum 11. Zedekiæ fatalis fuit exterminio ſanctæ ciuitatis & templi Salomonici, quod combuſtum eſt die decima quinti menſis, 2.Reg.25.v.2.& 8.Ierem.39.v.2, cap.52.v.5.12. Ergo excidium templi Salomonici præciſe in annum mundi 3360. currentem cadit; quod in hoc capite demonſtrandum erat. Et tot annos à mundo ad deſtructionem templi Dominici inter alios quoque Clemens Schubertus numerat, Eccleſiaſtes Spirēſis in quatuor ſuis libris de ſcrupulis Chronologicis.

Exinde vero ſequitur: 1. Templum Salomonicum à primo eius initio
3360 ad eiuſdem πανωλεθρίαν ſtetiſſe annis 427. ſolidis cum tribus menſibus &
2933 paucis diebus. Cœptum enim eſt ædificari Anno mundi 2933. die ſecunda,
427 Menſis ſecundi, 1.Reg.6.v.1 Deſolatum eſt, Anno mundi 3360. die decima, quinti menſis, 2.Reg.25.v.14. Ierem. 52.v. 12. Inſtituatur iam ſubtractio, & interuallum annorum 427. trium menſium & aliquot dierum emerget.

2. Et hoc exinde fluit, annos 390. peccatorum domus Iſrael à primi Ieroboami primo anno inchoandos, vti ſupra ſecundo capite confirmatum. Primus Ieroboami annus aliqua, eaque minima ſui parte cum anno mundi 2969. conuenit. Octauo namque menſe eius anni, circa noſtrum Nouembrem, diuinum feſtum mutans Idololatriæ autor toti regno Iſraelitico cum ſuis vitulis in Dan & Bethel erectis, fuit. Ab hoc octauo menſe, ſiue fine anni 2969. vel potius initio ſequentis anni, ſi annos 390. peccatorum Iſrael inchoemus; (id quod in Tabula bono conſilio & vera ratione facimus.) peruenimus cum eorum fine in finem anni à mundo 3359. in initium vndecimi Zedekiæ. Anno ſequente πανωλεθρία templi facta, qui annus, quia currens erat, ab Exechiele nō attendebatur. Nihil ergo eſt, quod in hiſce amplius quid deſiderari poſſit, cū Propheticum oraculum peccatorum domus Iſrael & Iuda exacte cum noſtra ſupputatione, ex mutua alligatione Regum Iuda & Iſraelis deſumpta, conueniat, omniaque apte inter ſe connexa ſint ex ſacrarum ſcripturarum fundamento, vti ex ſubiecta tabella, face totius Capitis, videre eſt, quam clauſulæ loco ſubiicere neceſſarium omnino exiſtimauimus.

COLLA-

Collatio Regum Iuda & Ifraelis annis mundi applicata, & fuperficiaria antiquiffimarum gentilium Epocharum concatenatio.

Anni Mundi	Regum Iuda	Regum Ifrael	peccat. Ifrael.
	Rehabeam.	Ieroboam. 1	
2969	1	1	
2970	2	2	1
2971	3	3	2
2972	4	4	3
2973	5	5	4
2974	6	6	5
2975	7	7	6
2976	8	8	7
2977	9	9	8
2978	10	10	9
2979	11	11	10
2980	12	12	11
2981	13	13	12
2982	14	14	13
2983	15	15	14
2984	16	16	15
2985	17	17	16
	Abia.		
2986	1	18	17
2987	2	19	18
2988	3 1 Afa.	10	19
		Nadab.	
2989	2	21 1	20
		Baefa.	
2990	3	22 2 1	21
2991	4	2	22
2992	5	3	23
2993	6	4	24
2994	7	5	25
2995	8	6	26
2996	9	7	27
2997	10	8	28
2998	11	9	29
2999	12	10	30

Anni Mundi	Regum Iuda	Regum Ifrael	peccat. Ifrael.
3000	13	11	31
3001	14	12	32
3002	15	13	33
3003	16	14	34
3004	17	15	35
3005	18	16	36
3006	19	17	37
3007	20	18	38
3008	21	19	59
3009	22	20	40
3010	23	21	41
3011	24	22	42
3012	25	23	43
		Ella.	
3013	26	24 1	44
		Amri primus regnum unctum.	
3014	27	1 2	45
3015	28	2	46
3016	29	3	47
3017	30	4	48
3018	31	5 pofterius.	49
3019	32	6	50
3020	33	7	51
3021	34	8	52
3022	55	9	53
3023	36	10	54
3024	37	11	55
		Achab.	
3025	38	12 1	56
3026	39	2	57
3027	40	3	58
	Iofaphat.		
3028	41 1	4	59
3029	2	5	60
3030	3	6	61
3031	4	7	62
3032	5	8	63

Anni							
	Regum						
Mundi	Iuda			Israel			peccat. Isr.
3033			6			9	64
3034			7			10	65
3035			8			11	66
3036			9			12	67
3037			10			13	68
3038			11			14	69
3039			12			15	70
3040			13			16	71
3041			14			17	72
3042			15			18	73
3043			16			19	74
				Ahasia.			
3044	Prius Io-		17		1	20	65
	ramisins-			Ioram.			
3045	tū reg-		18	1	2	21	76
3046	vixit.		19	2		22	77
3047			20	3			78
3048			21	4			79
3049	1 Postero-		22	5			80
3050	2 rū Iora-		23	6			81
3051	3 mi ini-		24	7			82
3052	4 tiū re-		25	8			83
3053	5 rum.			9			84
3054	6			10			85
3055	7			11			86
	Ahasia.						
3056	8	1		12			87
3057	1	Athalia.		1	Iehu.		88
3058	2			2			89
3059	3			3			90
3060	4			4			91
3061	5			5			92
3062	6			6			93
		Ioas.					
3063	7	1		7			94
3064		2		8			95
3065		3		9			96
3066		4		10			97
3067		5		11			98
3068		6		12			99
3069		7		13			100
3070		8		14			101
3071		9		15			102

Anni							
	Regum						
Mundi	Iuda			Israel			peccat. Isr.
3072	10			16			103
3073	11			17			104
3074	12			18			105
3075	13			19			106
3076	14			20			107
3077	15			21			108
3078	16			22			109
3079	17			23			110
3080	18			24			111
3081	19			25			112
3082	20			26			113
3083	21			27			114
3084	22			28			115
3085	23			1	Ioahas		116
3086	24			2			117
3087	25			3			118
3088	26			4			119
3089	27			5			120
3090	28			6			121
3091	29			7			122
3092	30			8			123
3093	31			[illegible]			124
3094	32			10			125
3095	33			11			126
3096	34			12			127
3097	35			13			128
3098	36			14			129
				Ioas.			
3099	37			15		1	130
	Amasia.						
3100	38		1	16		2	131
3101	39		2	17		3	132
3102	40		3			4	133
3103			4			5	134
3104			5			6	135
3105			6			7	136
3106			7			8	137
3107			8			9	138
3108			9			10	139
3109			10			11	140
3110			11			12	141
3111			12			13	142
3112			13			14	143

Anni			
	Regum		
Mundi	Iuda	Israel	peccat. Isr.
3113	14	15	144
		Ieroboam	
3114	15	1 16	145
3115	16	2	146
3116	17	3	147
3117	18	4	148
3118	19	5	149
3119	20	6	150
3120	21	7	151
3121	22	8	152
3122	23	9	153
3123	24	10	154
3124	25	11	155
3125	26	12	156
3126	27	13	157
3127	28	14	158
3128	29	15	159
		16	160
3129	1 *Interre-*	17	161
3130	2 *gnum in*	18	162
3131	3 *Iuda re-*	19	163
3132	4 *gno 11.*	20	164
3133	5 *annorum*	21	165
3134	6		
3135	7	22	166
3136	8	23	167
3137	9	24	168
3138	10	25	169
3139	11 *Vsias f.*	26	170
3140	1 *Asarias,*	27	171
3141	2	28	172
3142	3	29	173
3143	4	30	174
3144	5	31	175
3145	6	32	176
3146	7	33	177
3147	8	34	178
3148	9	35	179
3149	10	36	180
3150	11	37	181
3151	12	38	182
3152	13	39	183

Anni				
	Regum			
Mundi	Iuda	Israel	pecc. Isr.	Olymp.
3153	14	40	184	
3154	15	41 *Interre-*	185	
3155	16	*gnum in re-*	186	
3156	17	*gno Israelis.*	187	
3157	18	1	188	
3158	19	2	189	
3159	20	3	190	
3160	21	4	191	
3161	22	5 6	192	
3162	23	7	193	
3163	24	8	194	
3164	25	9	195	
3165	26	10	196	
3166	27	11	197	
3167	28	12	198	
3168	29	13	199	
3169	30	14	200	
3170	31	15 16	201	
3171	32	17	202	
3172	33	18	203	
3173	34	19	204	
				1. Olymp.
3174	35	20	205	1
3175	36	21	206	2
3176	37	23 *Zacha-*	207	3
3177	38	*rias 6. men-*	208	4
		ses. Sallum		
				2. Olymp.
3178	39	1 *Menahem*	209	1
3179	40	2	210	2
3180	41	3	211	3
3181	42	4	212	4
				3. Olymp.
3182	43	5	213	1
3183	44	6	214	2
3184	45	7	215	3
3185	46	8	216	4
				4. Olymp.
3186	47	9	217	1
3187	48	10	218	2
3188	49	*Pekaia*	219	3
3189	50	1	220	4

[Hic nonnulla notanda sunt: 1. Si Ahasia Achabi filius anno 17. Iosaphati regnare cœpit: Ergo 20. anno sui Parentis. Annus enim Iosaphati 17. cum anno 20. Achabi conuenit. Primus enim Iosaphati est quartus Achabi, 1. Regum 22. versus 41. Atqui Achab regnauit annos 22. 1. Regum 16. vers. 29. Ahasia ergo Rex Israel annos quasi duos cum Parente Achab regnauit, id quod ex 2. Regum 3 colligitur. Moabitarum namque defectio à regno Israel facta est mox post Achabi mortem, 2. Reg. 1. v. 1. c. 3. v 5. Atqui facta est Iorami, Regis Israel, non sui fratris Ahasiæ tempore, 2. Reg. 3. v. 6. Ergo moriente Achabo Ioram filius regnauit. Vnde colligitur, Ahasiæ regni biennium, regno Parentis includendum. Achab enim cum Syris & finitimis bella gerens, 1. Reg. 22 anno forte antepenultimo sui regni domi Ahasiam filium vt proregem reliquit, ex more magnatum huius æui. Ahasia in absentia Parentis de clathro in cœnaculo decidens lathaliter vulnerabatur, imo præsentissima mors ex hoc lapsu mox subsecuta, 2. Reg. 1. v. 2. & 4. fortassis ante reditũ Parentis sui Achabi ex bello. Huic Ahasiæ post Achabi mortem frater Ioram mox successit. Ahasia namq; sine liberis mortuus, 2. Reg. 1. versic. 17, c. 3. versic. 1.

2. Obseruetur hic tertium exemplum coarctationis annorum Regum Israelis. Scriptura dicit Ahasiam Achabi filium cœpisse regnare anno 17. regni Iosaphati & duos regnasse annos, 1. Reg. 22. v. 52 Eadem scriptura affirmat Ioramum Ahasiæ fratrem iniisse regnum anno 18. Iosophati Regis Iuda, 2. Reg. 3. v. 1. Qui hic completos annos sumũt, hi contra mentem Spiritus sancti & absq; ratione annos à mundo supputant.

3. Ἀντιλογία φαινομένη hic concilianda. 2. Reg. 1. v. 17. dicitur, Ioramum, Achabi filium, regnum Israeliticum occupasse año secundo Iorami filii Iosaphi Regis Iuda, siue anno 18. Iosaphati, 2. Reg. 3. v. 1. Si anno 18. Iosaphati: Ergo Iorami Regis Iuda regni initium in 17. Iosaphati Parentis sui coniiciendum. Et ita cum Parente per nouem annos regnasset. Iosaphat enim per 25 annos regnauit. 1. Reg. 22. versic. 42. E contra 2. Reg. 8. v. 16. primus Iorami, filii Iosaphati, annus in quintum Iorami, filii Achabi, coniicitur. Ergo Ioram

Iosaphati filius Rex Iuda & prior & posterior in regno fuit Ioramo, Achabi filio, Israeli Rege. Quî hoc esse potuit? Sane potuit, si dicamus Ioramum Iosaphati filium à Parente duabus vicibus vt Regem declaratum, & ita duplex regni initium habuisse. Prius collocandum est in 17. regni annum sui Parentis: Quo anno Parens cum hostibus bellum gerens, vel domi decumbens, vel vt alii volunt Achabo Israelis Regi auxilium contra Syros ferens, 1. Reg. 22. filium vt Regem in Ierusalem ordinauit. Et ab hoc Iorami initio sumendus est locus 1. Regum 22. vers. 52. Hoc initium tantum fuit χειμών. Parens enim Iosaphat, feliciter è bello reuersus vel conualescens, filium de regia dignitate vicissim paterne deposuit. Posterius regni Iorami initium locandum est in 22. annum Parentis, quo Iosaphat contra Ammonitas & Moabitas bellum gerens, filium secunda vice in Regem Iuda elegit. Et ab hoc 22. Iosaphati anno locus 2. Regum 8. vers. 16. Iorami regni initium sumit, siue à quinto anno regni Ioram filii Achabi. Hoc posterius Iorami initium verum est & stabile, quippe eius octauus cum 12. Iorami Regis Israel coincidens. Iosaphat ergo licet felix à bello domum reuerteretur, filium tamen in regia sede confirmauit, imo ei regni grauamina commisit, vti expresse legitur 2. Chronic. 21. v. 3. Ipse interim in pace domi resedit, 2. Chron. 20. v. 30. Natus quinquaginta septem annos.

Sed redeamus ad id, quod nobis in hoc capite proposuimus. Si 12. an-
nus Iorami, Regis Israelis, est annus mundi 3056. Ergo sequens annus mun-
di erit 3057. Atqui hic primus regni Iehu, vti id ex 2. Reg. 9. & 10. firmissime 3057
colligitur, & nemo contradicit. Eius ergo regni principium in hunc mun-
di annum locandum. Si primus annus regni Iehu est annus mundi 3058. Er-
go eius septimus cum anno mundi 3063. conuenit. Atqui septimus regni Ie- 3063
hu est primus regni Ioas, Regis Iudæ 2. Reg. 12. v. 1. Regnum ergo Ioæ hoc
anno mundi incepit. Porro: Si primus regni Ioæ est annus mundi 3063. Er-
go 23. regni eiusdem cum anno mundi 3085. suauiter conspirabit. Verum 3085
hic 23. regni Ioæ primus est regni Ioahas, filii Iehu, Regis Israelis, 2. Reg. 13.
v. 1. Ergo initium regni Ioahas in hunc mundi annum locandum. Vlterius:
Si annus 23. regni Ioas Regis Iuda in annum mundi 3085. cadit: Ergo eius
37. in annum à mundo 3099. Verum hic primus est regni Ioas filii Ioahas, 3099
Regis Israel. 2. Reg. 13. v. 10. Ita: Si primus Ioas Regis Israel est annus mun-
di 3099. Ergo sequens annus mundi 3100. Hic autem primus est regni A- 3100
masiæ, filii Ioas, Regis Iudæ. 2. Reg. 14. v. 1. Ergo primus regni Amasiæ annus
in hunc mundi annum ponendus.

[Antequam colligationem continuemus, nonnulla iterum

F 2 hic

hic obseruanda sunt. 1. Si Ioahas filius Iehu Rex Israelis anno 23. Regni Ioas, Regis Iuda, in Israele regnare cœpit, & annos 17. regnauit, 2. Regum 13. versu 1. Ergo eius vltimus incidit in penultimum siue 39. regni Ioas, qui per 40. annos regnauit, 2. Regum 12. versu 1. Verum Ioahæ filius, Ioas, Israelis Rex incipit anno 37. regni Ioæ, Regis Iudæ, 2. Regum 13. versu 10. Inde sequitur, Joam, Israelis Regem cum afflictissimo Parente, Ioaha, integrum biennium & vltra regnasse, id quod multi alii iam ante obseruarunt. 2. Si primus Ioæ, Regis Israelis, est 37. regni Ioæ Regis Juda: Ergo secundus Joæ, Regis Israelis, est 38. Joæ Regis Juda. Verum hic primus est Amasiæ, Joæ, Regis Judæ, filii. Ergo sequitur Amasiam cum Parente per triennium quasi regnasse. Taxandus proinde error est multorum Chronologorum, Funccii, Bucholzeri, Crentzhemii & aliorum, qui Ioæ, Regis Israelis, regni initium in 40. demum Joæ Regis Judæ annum, Amasiæ, regis Iudæ, regni principium in annum demum 40. regni Parentis absolutum locant, contra manifestum scripturæ textum, quod ita probatur:

1. Si post annum demum 40. Joæ absolutum, eius filius Amasias regnare cœpit, tum primus eius regni annus caderet in quintum demum Joæ Regis Israelis. Hic enim Joas anno 37. Joæ, Regis Juda, regnare incœpit. 2. Regum 13. vers. 10. Joas autem Rex Judæ regnauit annos 40. 2 Regum 12. v. 1. 2. Chron. 24. v. 1. Quadragesimus ergo Joæ Regis Juda conuenit cum quarto Joæ Regis Israel. Ex quo apparet Amasiæ primum annum cum quinto Joæ Regis Israelis coincidere, si post Parentem demum eius regni initium sumatur. Verum hoc contra scripturam est, quæ manifeste testatur, Amasiā Regē Judæ anno secundo Joæ Regis Israelis ad regni gubernacula venisse 2. Reg. 14. v. 1.

2. Præterea Amasias post Joam, Israelis Regem, vixit annos 15. 2. Reg. 14. vers. 17. & 2. Chron. 25. v. 25. Amasias regnauit annis 29. 2. Regum 14. vers. 2. Chronic. 25. vers. 1. Joas Rex Israel regnauit annos 16. 2. Regum 13. vers. 10. Si iam Amasias anno demum quinto Joæ Regis Israelis, Rex Judæ electus, Joas Rex Israelis fuisset mortuus anno 12. Regni Amasiæ, & ita Amasias annos 18. post Joam vixisset.

xisset. Verum & hoc contra scripturam est. Contineamus ergo nos intra cancellos alligationis Regum Iuda & Israel in scriptura propositos, ita minori cum periculo in hac alligatione versabimur.]

Sed colligatio continuanda est: Si primus annus regni Amasiæ Regis Iudæ conuenit cum anno mundi 3100. Ergo eius 15. cum anno mundi 3114. conueniet. At hic primus est Ieroboami secundi 2. Reg. 14. v. 23. Vlterius: Si primus Ieroboami annus mundi est 3114. Ergo eius 27. mundi 3140. 3114
Verum hic est primus Vsiæ, seu Asariæ, filii Amasiæ, Regis Iuda, 2. Reg. 15. vers. 1. Ergo primus Vsiæ annus in hunc mundi annum coniiciendus. 3140

[Quæstio hic soluenda est. Si 15. Amasiæ est primus Ieroboami secundi, 2. Regum 14. vers. 23. & Amasia regnauit 29. annis 2. Reg. 14. v. 2. 2. Chron. 25. v. 1. Ergo vltimus Amasiæ annus in 15. regni Ieroboami cadit, vti ex supputatione manifestum est. Verum scriptura teste, Vsias siue Asarias, Amasiæ filius, Parenti demum in regno successit anno 27. Ieroboami 2. Reg. 15. v. 1. A morte ergo Amasiæ ad initium regni Vsiæ vel Asariæ hiatus erit annorum 11. solidorum. Quæritur quid hic statuendum sit? Num à 15. anno ad 27. Ieroboami interregnum in regno Iudæ ponendum, quod scriptura affirmare videtur? Scaliger in Isagogicis in Eusebium canonibus, Funccius, Codomannus & alii, nullum hic interregnum agnoscunt, sed statim post Amasiam, Vsiam locant, & eius annos 52. regni non à 16. ætatis anno, quo Rex electus memoratur, 2. Reg. 14. v. 21. c. 15. v. 2. 2. Chron. 26. v. 1. verum à morte Parentis sui Amasiæ inchoant, cum puer quatuor tantum annorum esset.

Hæc sententia non consistere videtur. Repugnat enim manifesto scripturæ textui, dicentis: anno 16. ætatis Vsiam Regem declaratum, & ab eo tempore regnasse annos 52. Nos hic interregnum in regno Iudæ 11. annorum agnoscimus, moti manifesto scripturæ ductu, qui & Bucholzerum, Gentzhemium, Temporarium & alios eo adegit, vt hic interregnum confessi sint. Ad corruptionem numeri in annis Ieroboami, exemplo Buntingi, confugere, non adeo tutum est. Existimat enim annum 27. cuius mentio fit 2. Reg. 15. vers. 1. corruptum, & 17. annum locandum. At quis interea in Iuda regnauit? Magnates & Consiliarii regni. Hinc est, quod 2. Reg. 14. v. 21. & 2. Chro. 26. v. 1. dicitur, totũ populũ Vsiam (qui & Asarias) Amasiæ filium, cum 16.

 anno-

annorum esset, Regem pro Patre constituisse. De Tremellii sententia paulo post videbimus.

Sed ad propositum: Si primus annus regni Vsiæ est annus mundi
3177 3140. Eius ergo 38. mundi est 3177. Atqui hoc anno cœpit Zacharias Rex Iudæ, 2. Reg. 15. v. 1. Ergo Zachariæ regnum, quod per sex tantum menses durauit, in hunc annum coniiciendum.

[Hîc manifestum iterum habemus interregnum in Regno Israel. Asaria, vel Vsia, incipit regnare anno 27. Ieroboami, Regis Israel. 2. Reg. 15. v. 1. Ieroboam regnauit annos 41. 2. Reg. 14. v. 23. Ergo vltimus Ieroboami annus in 15. Vsiæ cadit. Ab hoc vsq; ad 38. Vsiæ interregnum in Israele fuit per 23. quasi annos; quicquid hîc alii fingant, à nostris enim partibus est scriptura, cum manifesta sua alligatione. Alii contra hoc in loco nullum interregnum agnoscere volunt, ob aliquot rationes, quas Paræus in suis aduersus Sethum Caluisium cauillis adducit.

I. 2. Reg. 14. v. 29. dicitur, Zachariam Ieroboamo Patri mortuo ilico in regno successisse. ℞. Falsum hoc est: Hoc enim in scriptura non habetur, Zachariam ILICO Parenti in regno successisse. Id habetur, Zachariam Parenti successisse, tempus successionis scriptura non habet.

II. Nullo modo probabile est, regnum turbulentum tam diu Rege carere potuisse, nec infestatum à Sallum fuisse, qui mox sexto Zachariæ mense regnum ad se rapuit & Zachariam occidit. Verum respondemus ad primum rationis membrum: 1. Annon Primores populi regnum aliquod sua sapientia melius fulciunt, quam si vel Rex ipse, præsertim Tyrannus, vel puer populo præsit? 2. Quod Paræo non est probabile, id nobis est probabile; quia scriptura hanc probabilitatem astruit, interregnum tot annorum faciens. Ad secundum membrum: Sallum diuinitus inhibitus est, ne regnum Israeliticum ante Zachariam occuparet, vt diuina comminatio 2. Reg. 10. v. 30. impleretur, de quatuor generationibus Iehu, quæ generationes post Parentem regnum Israeliticum regere deberent.

III. Regnum in familia Iehu quatuor generationibus fuit definitum oraculo, 2. Regum 10. Zacharias autem fuit quartus à Iehu: Ergo non videtur interregnum tamdiuturnum hîc concedendum, quasi iustum spacium alicuius quinti Regis interuenisset? Resp. Ratio hæc nulla est:

Tremelliana Annorū Regum Amasiæ, Vsiæ & Iero-

boami secundi colligatio,

la eſt. 1. iſtud ſpatiũ non infringit diuinũ oraculum, quia nullus ordinarius Rex tum tẽporis inter Jeroboamum & Zachariam regnauit. 2. Spatium per ſe quintũ Regem non facit, niſi Rex adſit, q eo ſpatio regnet. Atqui nullus fuit.

IV. Nulla cauſa excogitari poteſt, cur Zacharias totos 25. annos à patrio regno per Proceres arceri potuerit aut debuerit? Reſp. Plures poſſunt excogitari cauſæ, vel pueritia, non tam ætatis, quam mentis; vel malitia, vel primatum ἀλαζονεία, vel regni confuſio, vel iuſta Dei vindicta ſuper hoc regnum Iſraeliticum, quod cum Apoſtaſia initium ſumſit. Addit Paræus: Se non diffiteri, vndecunque anni Vſiæ inchoentur, hiatum aliquot annorũ inter Jeroboami & Zachariæ regnum interuenire? Reſp. Hoc eſt propria vineta cædere. Si interuallum aliquot annorum in regno Iſraelitico inter mortẽ ſecũdi Jeroboami & Zachariam agnoſcit, cur nõ & ſpatiũ tot annorũ, quot ſcriptura definit? Aut diuerſitatis rationẽ nobis Paræus monſtret.

Tremellius in Bibliis hîc nõnihil ſingularis eſt. Fingit enim Amaſiam Regem Judæ 17. tantum annos regnaſſe, reliquos duodecim propter cõſpirationem & fugam, de qua 2. Reg. 14. v. 19. 2. Chron. 25. v. 27. exulem vitam tranſegiſſe, hoſque 12. annos non modo Amaſiæ, verum & Aſariæ vel Vſiæ cõmuni iure tribuendos. Hoc modo cum 18. Amaſię anno (qui quartus eſt Jeroboami Regis Iſraelis) primum Vſiæ connectit, & 38. annum regni Vſiæ cum 41. ſiue vltimo Jeroboami connectit, abſq; interregno, tum in Juda, tum in Iſrael. Verũ Tremellius in hac colligatione id pro confeſſo ſumit, quod eſt in dubio. Probandum enim ei. 1. anno 18. regni conſpirationem contra Amaziam & eiuſdẽ fugã in Lachis factam, ibidemq; per annos 12. priuatam & exulem vitam egiſſe. Contrarium videtur loqui textus, 2. Reg. 14. v. 19. 2. Chron. 25. v. 27. qui eo inclinat, ſtatim poſt fugam Amaſiæ in Lachis eius mortem accidiſſe. 2. Probandum, duodecim poſtremos annos Amaſiæ per connumerationem in 25. annos, quibus Vſia filius Amaſiæ regnauit, includendos. 3. Oedipo opus habet iſta marginalis Tremellii gloſſa ad v. 1. c. 15. in 2. libro Regum. Verſus ſic habet: *Anno 27. Ieroboami Regis Iſrael, regnauit Azaria filius Amaſiæ, Rex Iuda.* Tremelliana gloſſa dicit, annum 27. Jeroboami

boami fuisse 24. Vsiæ. Exinde sequitur, Vsiam vel diversum esse ab Azaria, quod tamen non concedit Tremellius in glossa ad v. 19. c. 14. posterioris Regum: vel in versu primo c. 15. verum Vsiæ vel Azariæ regni initium non fuisse positum, quod est contra mentem Spiritus sancti, qui verbo regnandi initium regni Vsiæ nobis manifestare voluit.]

Verum eo, vnde digressi sumus, reuertamur: Si 38. annus regni Vsię est annus mundi 3177. Ergo sequens eius regni Annus est mundi 3178. Atqui hoc anno inceepit in Israele Sallum dominium 2. Reg. 15. v. 13. Huic Sallum, quippe menstruo tantum Regi, mox Menahem eodem anno successit, v. 17. Ergo primus Menahem est annus mundi 3178. Si 39. Vsiæ mundi est 3178. Ergo illius quinquagesimus, mundi 3189. Verum hic est primus
3189 regni Pekaia Regis Israelis, 2. Reg. 15. v. 23. Ergo Menahem per totos decem annos absolutos in Israele regnauit. Vlterius: Si quinquagesimus Vsię
3191 est mundi 3189: Ergo quinquagesimus secundus Vsiæ, mundi 3191. qui primus est Pekah Regis Israelis. 2. Reg. 15. v. 27. Si primus annus regni Pekah
3192 incidit in annum mundi 3191. Ergo eius sequens in mundi annum 3192. Atqui hic est primus Iothami Regis Iuda, 2. Reg. 15. v. 32. Ita si secundus regni
3207 Pekah est mundi 3192. Ergo eius 17. regni annus, mundi 3207. Verum hic primus est regni Achas, Regis Iuda, 2. Reg. 16. v. 1. Ita: Si primus regni A-
3218 chas est mundi 3207. Ergo 12 eius regni annus in annum mundi 3218. cadit. Verum hic est primus Hoseæ Regis Israelis, ab eo scilicet tempore quo Salmanassari Regi Assyriaco tributarius factus est. 2. Reg. 17. v. 1.

[Notandum, Hoseam, Israelis Regem, duplex habere regni initium. Prius ab anno 20. regni Jothami, Regis Juda 2. Reg. 15. v. 30. id est, anno 4. Achas. Posterius ab anno 12. Achas, 2. Reg. 17. v. 1. Verum quæritur. 1. quomodo Hosea anno 20. Jothami regnare inceperit, cum Jotham nō nisi annos 16. regnarit, 2. Reg. 15. v. 33. 2. Chron. 27. 8. v. 8. & ita ante quatuor annos mortuus fuerit? Resp. Funccius, Prophetam ex indignatione Regem Achas nominare noluisse, quippe impiissimum, & ita initium Hoseæ Regis Israelis ab anno 20. Jothami Regis Juda, licet iam ante quadriennium defuncti, sumsisse. Tremellius concinnior esse videtur, qui 20. Iothami ideo sumptū existimat, quia Achazi in præcedentibus nulla adhuc mentio facta fuerat, & ideo tempus hoc à priore Rege, Iothamo, quanquam iam mortuo descriptum. Ex huius ergo mente verba 2. Reg. 15. v. 30. ita explicanda: *regnauit Hosea pro Pekah anno 20. Iothami*, id est, *anno vigesimo ab initio regni Iothami, licet iam defuncti*. 2. Quæritur: Cur scriptura Hoseæ duplex regni initium tribuat? Resp. ob diuersam regni formam, meram & tributariam

[illegible] Mox à morte Pekah anno 20. à regno Jothami, si-
[illegible] to Achas, merum obtinuit imperium per totos o-
[illegible] dos annos. Anno vero nono sui regni, duodecimo
Achabi, 2. Reg. 17. v. 1. Salmanassaris tributarius factus
est. v. 3. Ab hoc tempore posterior liber Regum Hoseæ
regni annos numerat cap. 18. v. 1. 9. 10.]

Sed alligatio continuanda est. Si annus mundi 3218. est primus Ho-
seæ quo Salmanassari tributum pendebat. Ergo tertius eius absolutus, siue
quartus currens, in annum mundi incidet 3231. Verum hic est primus His- 3221
kiæ siue Ezechiæ Regis Iuda, 2. Reg. 18. v. 1. qui paulo ante Pascha regnare
cœpit. 2. Chron. 29. v. 1. Ergo primus Hiskiæ annus cum hoc mundi anno
conueniet.

[Nota, 2. Reg. 18. v. 1. dicitur tertium Hoseæ primum esse Hiskiæ. Hic annus Hoseæ tertius necesse est pro completo sumatur. Ratio manifesta: quia in eodem Capite, v. 9. & 10. quartus & sextus annus Ezechiæ, cum septimo & nono anno regni Hoseæ tributarii conferuntur Hinc Josephus lib. 9. Antiq. c. 13. pro anno tertio Hoseæ completo, quartum currentem sumit, inquiens; *quarto anno Hoseæ Ezechias Ierosolymis regnum adeptus est.*]

Hic mutua annorum Regum Iuda & Israelis colligatio cessat. Quia
anno sexto Ezechiæ, nono Hoseæ Israeliticum regnum in perpetuam ab-
ductum est captiuitatem, 2. Reg. 18. v. 10. Reliqui ergo anni ad *πανωλεθρίαν*
vsque templi Salomonici ex annis Regum Iuda sumendi & annis mundi
alligandi, ita vt eos pro completis annis sumamus, priore alligatione ces-
sante. Ergo si primus Hiskiæ in annum mundi 3221. cadit; eius vltimus in
3249. & bonam partem 3250. Viginti namque nouem annos regnauit. 2.
Reg. 18. v. 2. 2. Chron. 29. v. 1. Incepit ineunte vere paulo ante Pascha, 2.
Chron. 29. v. 3. Ergo eius vltimus cum duobus mundi annis 3249. & sequen- 3249
ti participabit. Parenti Ezechiæ mox successit Manasses, qui regnauit an-
nos 55. 2. Reg. 21. v. 1 2. Chron. 33. v. 1. Ergo obiit anno mundi 3305. Manassi 3305
successit Ammon per bienniũ, 2. Reg 21. v. 19. 2. Chron. 33. v. 21. Ergo mor-
tuus anno mundi 3307. Post Ammon Iosias sequitur, cuius anno regni de- 3307
cimo tertio Ieremias prophetare incœpit, Ierem. 1. vers. 2. & à quo tem-
pore supra, 2. cap. huius tituli annos 40. peccatorum domus Iuda, quorum
Ezechiel meminit. c. 4. v. 6. inchoauimus. Regnauit hic Iosias annos 31. 2.
Reg. 22. v. 1. 2. Chron. 34. v. 1. Iosias ergo mortuus anno mundi 3338. dubio 3338
procul ineunte vere. Iosiæ in regno successit filius eius Ioahas, qui per tres
tantum menses regnauit 2. Reg. 23. vers. 31. 2. Chron. 36. versic. 2. Paulo post
à Pharaone Necho in Ægypriacam captiuitatem, circa æstiuale Solsti-
tium, abducitur, vbi & mortuus, vide 2. Regum 23. versic. 34. 2. Chron. 36.
versic. 4, Ierem. 22 versic. 10. Ioahas sequitur Ioakim per annos 11. 2. Reg.
23. versic. 36. 2. Chron. 36. vers. 5. Ergo Ioiakim mortuus anno mundi 3349. 3349
circa æstiuale Solstitium. Ioiakimum sequitur Iechonia, qui tribus tantum
mensibus, cum decem diebus regnauit, 2. Reg. 24. v. 8. 2. Chron. 36. vers. 9.
Captiuus hic abducitur à Nebucadnezare Babyloniorũ Rege לתשובת השנה

in

in anni conuersione, 2.Chron. 36. v. 10. id est, autumnalis æquinoctii tempore, vti id alibi probatur. Mox eodem anno in autumno, in regno successit Zedekias per annos 11. 2.Reg.24, v. 18. 2. Chron. 36. v. 11. Ierem. 52. v. 1. & fere completos Ierem. 1. v. 3. vno mense & aliquot diebus demptis. Ergo primus Zedekiæ annus maximam partem participat cum anno mundi
3360 3350. Vndecimus cum anno mundi 3360. Verum 11. Zedekiæ fatalis fuit exterminio sanctæ ciuitatis & templi Salomonici, quod combustum est die decima quinti mensis, 2. Reg. 25. v. 2. & 8. Ierem. 39. v. 2, cap. 52. v. 5. 12. Ergo excidium templi Salomonici præcise in annum mundi 3360. currentem cadit: quod in hoc capite demonstrandum erat. Et tot annos à mundo ad destructionem templi Dominici inter alios quoque Clemens Schubertus numerat, Ecclesiastes Spirēsis in quatuor suis libris de scrupulis Chronologicis.

Exinde vero sequitur: 1. Templum Salomonicum à primo eius initio
3360 ad eiusdem πυρολιθείαν stetisse annis 427. solidis cum tribus mensibus &
2933 paucis diebus. Cœptum enim est ædificari Anno mundi 2933. die secunda, Mensis secundi, 1. Reg. 6. v. 1 Desolatum est, Anno mundi 3360. die decima,
427 quinti mensis, 2. Reg. 25. v. 14. Ierem. 52. v. 12. Instituatur iam subtractio, & interuallum annorum 427. trium mensium & aliquot dierum emerget.
2. Et hoc exinde fluit, annos 390. peccatorum domus Israel à primi Ieroboami primo anno inchoandos, vti supra secundo capite confirmatum. Primus Ieroboami annus aliqua, eaque minima sui parte cum anno mundi 2969. conuenit. Octauo namque mense eius anni, circa nostrum Nouembrem, diuinum festum mutans Idololatriæ autor toti regno Israelitico cum suis vitulis in Dan & Bethel erectis, fuit. Ab hoc octauo mense, siue fine anni 2969. vel potius initio sequentis anni, si annos 390. peccatorum Israel inchoemus; (id quod in Tabula bono consilio & vera ratione facimus.) peruenimus cum eorum fine in finem anni à mundo 3359. in initium vndecimi Zedekiæ. Anno sequente πυρολιθεία templi facta, qui annus, quia currens erat, ab Exechiele nō attendebatur. Nihil ergo est, quod in hisce amplius quid desiderari possit, cū Propheticum oraculum peccatorum domus Israel & Iuda exacte cum nostra supputatione, ex mutua alligatione Regum Iuda & Israelis desumpta, conueniat, omniaque apte inter se connexa sint ex sacrarum scripturarum fundamento, vti ex subiecta tabella, face totius Capitis, videre est, quam clausulæ loco subiicere necessarium omnino existimauimus.

COLLA-

Collatio R[illegible] Iud[illegible] [illegible]raelis annis mundi app[illegible]cata, & superficiaria ant[illegible] [illegible]entilium Epocharum concatenatio.

Anni Mundi	Regum Iuda	Regum Israel	peccat. Israel.
	Rehabeam.	Ieroboam. 1	
2969	1	1	
2970	2	2	1
2971	3	3	2
2972	4	4	3
2973	5	5	4
2974	6	6	5
29[illegible]	7	7	6
29[illegible]6	8	8	7
2977	9	9	8
2978	10	10	9
2979	11	11	10
2980	12	12	11
2981	13	13	12
2982	14	14	13
2983	15	15	14
2984	16	16	15
2985	17	17	16
	Abia.		
2986	1	18	17
2987	2	19	18
2988	3 1 Asa.	10	19
		Nadab.	
2989	2	21 1	20
		Baesa.	
2990	3	22 2 1	21
2991	4	2	22
2992	5	3	23
2993	6	4	24
2994	7	5	25
2995	8	6	26
2996	9	7	27
2997	10	8	28
2998	11	9	29
2999	12	10	30

Anni Mundi	Regum Iuda	Regum Israel	peccat. Israel.
3000	13	11	[illegible]
3001	14	12	[illegible]
3002	15	13	[illegible]
3003	16	14	34
3004	17	15	[illegible]
3005	18	16	36
3006	19	17	[illegible]
3007	20	18	38
3008	21	19	39
3009	22	20	[illegible]
3010	23	21	41
3011	24	22	42
3012	25	23	43
		Ela.	
3013	26	24 1	44
		Amri prius regni initiũ.	
3014	27	1 2	45
3015	28	2	46
3016	29	3	47
3017	30	4	48
3018	31	5 posterius.	49
3019	32	6	[illegible]
3020	33	7	[illegible]
3021	34	8	52
3022	35	9	53
3023	36	10	54
3024	37	11	55
		Achab.	
3025	38	12 1	56
3026	39	2	57
3027	40	3	58
	Iosaphat.		
3028	41 1	4	59
3029	2	5	60
3030	3	6	61
3031	4	7	62
3032	5	8	63

Anni

Anni			
	Regum		
Mundi	Iuda	Israel	peccat. Isr.
3[illegible]3	6	9	64
3034	7	10	65
3035	8	11	66
3036	9	12	67
3037	10	13	68
3038	11	14	69
3039	12	15	70
3040	13	16	71
3041	14	17	72
3042	15	18	73
[illegible]043	16	19	74
		Ahasia.	
[illegible]044	Prius Io- 17	1 20	65
	ramint-	Ioram.	
3045	tiū Xpo- 18	1 2 21	76
3046	vixit. 19	2 22	77
3047	20	3	78
3048	21	4	79
3049	1 Posteri- 22	5	80
3050	2 us Iora- 23	6	81
3051	3 mi-rni- 24	7	82
3052	4 tiū re- 25	8	83
[illegible]53	5 rum.	9	84
3054	6	10	85
3055	7	11	86
	Ahasia.		
3056	8 1	12	87
3057	1 Athalia.	1 Iehu.	88
3058	2	2	89
3059	3	3	90
3060	4	4	91
3061	5	5	92
3062	6	6	93
	Ioas.		
3063	7 1	7	94
3064	2	8	95
3065	3	9	96
3066	4	10	97
3067	5	11	98
3068	6	12	99
3069	7	13	100
3070	8	14	101
3071	9	15	102

Anni			
	Regum		
Mundi	Iuda	Israel	peccat. Isr.
3072	10	16	103
3073	11	17	104
3074	12	18	105
3075	13	19	106
3076	14	20	107
3077	15	21	108
3078	16	22	109
3079	17	23	110
3080	18	24	111
3081	19	25	112
3082	20	26	113
3083	21	27	114
3084	22	28	115
3085	23	1 Ioahas	116
3086	24	2	117
3087	25	3	118
3088	26	4	119
3089	27	5	120
3090	28	6	121
3091	19	7	122
3092	30	8	123
3093	31	[illegible]	124
3094	32	10	125
3095	33	11	126
3096	34	12	127
3097	35	13	128
3098	36	14	129
		Ioas.	
3099	37	15 1	130
	Amasia.		
3100	38 1	16 2	131
3101	39 2	17 3	132
3102	40 3	4	133
3103	4	5	134
3104	5	6	135
3105	6	7	136
3106	7	8	137
3107	8	9	138
3108	9	10	139
3109	10	11	140
3110	11	12	141
3111	12	13	142
3112	13	14	143

Anni Mundi	Regum Iuda	Regum Israel	peccat. Isr.
3113	14	15	144
		Ieroboam	
3114	15	1 16	145
3115	16	2	146
3116	17	3	147
3117	18	4	148
3118	19	5	149
3119	20	6	150
3120	21	7	151
3121	22	8	152
3122	23	9	153
3123	24	10	154
3124	25	11	155
3125	26	12	156
3126	27	13	157
3127	28	14	158
3128	29	15	159
		16	160
3129	1 Interre-	17	161
3130	2 gnum in	18	162
3131	3 Iuda re-	19	163
3132	4 gno 11.	20	164
3133	5 annorum	21	165
3134	6		
3135	7	22	166
3136	8	23	167
3137	9	24	168
3138	10	25	169
3139	11 Vsias s.	26	170
3140	1 Asarias.	27	171
3141	2	28	172
3142	3	29	173
3143	4	30	174
3144	5	31	175
3145	6	32	176
3146	7	33	177
3147	8	34	178
3148	9	35	179
3149	10	36	180
3150	11	37	181
3151	12	38	182
3152	13	39	183

Anni Mundi	Regum Iuda	Regum Israel	pecc. Isr.	Olymp.
3153	14	40	184	
3154	15	41 Interre-	185	
3155	16	gnum in re-	186	
3156	17	gno Israelis.	187	
3157	18	1	188	
3158	19	2	189	
3159	20	3	190	
3160	21	4	191	
3161	22	5	192	
		6		
3162	23	7	193	
3163	24	8	194	
3164	25	9	195	
3165	26	10	196	
3166	27	11	197	
3167	28	12	198	
3168	29	13	199	
3169	30	14	200	
3170	31	15	201	
		16		
3171	32	17	202	
3172	33	18	203	
3173	34	19	204	
				1. Olymp.
3174	35	20	205	[illegible]
3175	36	21	206	2
3176	37	23 Zacha-	207	3
3177	38	rias 6. men-	208	4
		ses. Sallum		
				2. Olymp.
3178	39	1 Menahem	209	1
3179	40	2	210	2
3180	41	3	211	3
3181	42	4	[illegible]	4
				[illegible] Olymp.
3182	43	5	213	[illegible]
3183	44	6	214	2
3184	45	7	215	3
3185	46	8	216	4
				4. Olymp.
3186	47	9	217	1
3187	48	10	218	2
3188	49	Pekaia	219	3
3189	50	1	220	4

	Anni					
	Regum					
Mundi	*Iuda*	*Israel*	*peccat. Israel.*	*Olymp.*	*Vrbis*	*Nabonass.*
		2		*5. Olymp.*		
3190	51	*Pekah*	221	1		
3191	52	1	222	2		
	Iotham					
3192	1	2	223	3		
3193	2	3	224	4		
				6. Olymp.		
3194	3	4	225	1		
3195	4	5	226	2		
3196	5	6	227	3	*Anni Vrbis*	
3197	6	7	228	4	1	
				7. Olymp.		
3198	7	8	229	1	2	
3199	8	9	230	2	3	
3200	9	10	231	3	4	
3201	10	11	232	4	5	
				8. Olymp.		
3202	11	12	233	1	6	*Anni Nabonassarai.*
3203	12	13	234	2	7	1
3204	13	14	235	3	8	2
3205	14	15	236	4	9	3
				9. Olymp.		
3206	15	16	237	1	10	4
	Achas					
3207	16 1	17	238	2	11	5
3208	2	18	239	3	12	6
3209	3	19	240	4	13	7
		Hosea.		*10. Olymp.*		
3210	4	20 1	241	1	14	8
3211	5	2	242	2	15	9
3212	6	3	243	3	16	10
3213	7	4	244	4	17	11
				11. Olymp.		
3214	8	5	245	1	18	12
3215	9	6	246	2	19	13
3216	10	7	247	3	20	14
3217	11	8	248	4	21	15

Anni

Anni								
	Regum							
Mundi	Iuda		Israel		peccat. Israel.	Olymp.	Urbis	Nabonass.
			Aliud Hosea initium.			12 Olymp.		
3218		12	1	9	249	1	22	16
3219		13	2	10	250	2	23	27
3220		14	3	11	251	3	24	18
3221	1 Ezechias	15	4	12	252	4	25	19
						13 Olymp.		
3222	2	16	5	13	253	1	26	20
3223	3		6	14	254	2	27	21
3224	4		7	15	255	3	28	22
3225	5		8	16	256	4	29	23
						14 Olymp.		
3226	6		9	17	257	1	30	24
3227	7			18	258	2	31	25
3228	8		Regnum Samariae sive Israeliticum finitur.		259	3	32	26
3229	9				260	4	33	27
						15 Olymp.		
3230	10				261	1	34	28
3231	11				262	2	35	29
3232	12				263	3	36	30
3233	13				264	4	37	31
						16 Olymp.		
3234	14				265	1	38	32
3235	15				266	2	39	33
3236	16				267	3	40	34
3237	17				268	4	41	35
						17 Olymp.		
3238	18				269	1	42	36
3239	19				270	2	43	37
3240	20				271	3	44	38
3241	21				272	4	45	39
						18 Olymp.		
3242	22				273	1	46	40
3243	23				274	2	47	41
3244	24				275	3	48	42
3245	25				276	4	49	43
						19 Olymp.		
3246	26				277	1	50	44
3247	27				278	2	51	45
3248	28				279	3	52	46
3249	29				280	4	53	47

Anni					
Mundi	*Reg. Iuda.*	*peccat. Isr.*	*Olymp.*	*Vrbis*	*Nabonass.*
	Manasse.		20 *Olymp.*		
3250	1	281	1	54	48
3251	2	282	2	55	49
3252	3	283	3	56	50
3253	4	284	4	57	51
			21 *Olymp.*		
3254	5	285	1	58	52
3255	6	286	2	59	53
3256	7	287	3	60	54
3257	8	288	4	61	55
			22 *Olymp.*		
3258	9	289	1	62	56
3259	10	290	2	63	57
3260	11	291	3	64	58
3261	12	292	4	65	59
			23 *Olymp.*		
3262	13	293	1	66	60
3263	14	294	2	67	61
3264	15	295	3	68	62
3265	16	296	4	69	63
			24 *Olymp.*		
3266	17	297	1	70	64
3267	18	298	2	71	65
3268	19	299	3	72	66
3269	20	300	4	73	67
			25 *Olymp.*		
3270	21	301	1	74	68
3271	22	302	2	75	69
3272	23	303	3	76	70
3273	24	304	4	77	71
			26 *Olymp.*		
3274	25	305	1	78	72
3275	26	306	2	79	73
3276	27	307	3	80	74
3277	28	308	4	81	75
			27 *Olymp.*		
3278	29	309	1	82	76
32[illegible]9	30	310	2	83	77
[illegible]8[illegible]	31	311	3	84	78
[illegible]281	32	312	4	85	79
			28 *Olymp.*		
3282	33	313	1	86	80
3283	34	314	2	87	82
3284	35	315	3	88	82
3285	36	316	4	89	83
			29 *Olymp.*		
3286	37	317	1	90	84
3287	38	318	2	91	85

Anni

Anni Mundi	Reg. Iuda.	peccat. Isr.	Olymp.	Vrbis	Nabonass.	peccat. Iuda
3288	39	319	3	92	86	
3289	40	320	4	93	87	
			30 Olymp.			
3290	41	321	1	94	88	
3291	42	322	2	95	89	
3292	43	323	3	96	90	
3293	44	324	4	97	91	
			31 Olymp.			
3294	45	325	1	98	92	
3295	46	326	2	99	93	
3296	47	327	3	100	94	
3297	48	328	4	101	95	
			32 Olymp.			
3298	49	329	1	102	96	
3299	50	330	2	103	97	
3300	51	331	3	104	98	
3301	52	332	4	105	99	
			33 Olymp.			
3302	53	333	1	106	100	
3303	54	334	2	107	101	
3304	55 *Ammon*	335	3	108	102	
3305	1	336	4	109	103	
			34 Olymp.			
3306	2 *Iosias.*	337	1	110	104	
3307	1	338	2	111	105	
3308	2	339	3	112	106	
3309	3	340	4	113	107	
			35 Olymp.			
3310	4	341	1	114	108	
3311	5	342	2	115	109	
3312	6	343	3	116	110	
3313	7	344	4	117	111	
			36 Olymp.			
3314	8	345	1	118	112	
3315	9	346	2	119	113	
3316	10	347	3	120	114	
3317	11	348	4	121	115	
			37 Olymp.			
3318	12	349	1	122	116	*Anni peccatorum Iuda.*
3319	13	350	2	123	117	
3320	14	351	3	124	118	1
3321	15	352	4	125	119	2
			38 Olymp.			
3322	16	353	1	126	120	3
3323	17	354	2	127	121	4
3324	18	355	3	128	124	5
3325	19	356	4	129	133	6

Anni						
Mundi	*Reg. Iuda.*	*peccat. Isr.*	*Olymp.*	*Vrbis*	*Nabonass.*	*peccat. Iuda*
			39 Olymp.			
3326	20	357	1	130	124	7
3327	21	358	2	131	125	8
3328	22	359	3	132	126	9
3329	23	360	4	133	127	10
			40 Olymp.			
3330	24	361	1	134	128	11
3331	25	392	2	135	129	12
3332	26	363	3	136	130	13
3333	27	364	4	137	131	14
			41 Olymp.			
3334	28	365	1	138	132	15
3335	29	366	2	139	133	16
3336	30 Ioahas	367	3	140	134	17
3337	31 3. mens. Ioiakim.	368	4	141	135	18
			42 Olymp.			
3338	1	369	1	142	136	19
3339	2	370	2	143	137	20
3340	3	371	3	144	138	21
3341	4	372	4	145	139	22
			43 Olymp.			
3342	5	373	1	146	140	23
3343	6	374	2	147	141	24
3344	7	375	3	148	142	25
3345	8	376	4	149	143	26
			44 Olymp.			
3346	9	377	1	150	144	27
3347	10 Iechonia	378	2	151	145	28
3348	11 3. mens.	379	3	152	146	29
3349	1 Zedekia.	380	4	153	147	30
			45 Olymp.			
3350	2	381	1	154	148	31
3351	3	382	2	155	149	32
3352	4	383	3	156	150	33
3353	5	384	4	157	151	34
			46 Olymp.			
3354	6	385	1	158	152	35
3355	7	386	2	159	153	36
3356	8	387	3	160	154	37
3357	9	388	4	161	155	38
			47 Olymp.			
3358	10	389	1	162	156	39
3359	11	390	2	163	157	40
3360			3	164	158	

CAPVT V.

De anno Excidii templi Salomonici.

ANNVS hic fuit דְּרוֹר. Sic enim Ieremias c. 34. verſ. 8. *Verbum quod fuit ad Ieremiam à Iehouah, postquam pepegiſſet Rex Zedekias fœdus cum toto populo, qui erat Ieroſolymis* לִקְרֹא לָהֶם דְּרוֹר *ad proclamandum eis libertatem*, id eſt, annum libertatis vel dimiſſionis, Luth. Ein Freyjahr / oder ein Erlaßjahr. Hæc proclamatio facta eſt in principio quaſi anni vndecimi ſiue vltimi Zedekiæ, ineunte menſe ſeptimo, quo libertas publice proclamabatur, Leuitici 25. verſu 9. 10. Hoc ex Ieremia hunc in modum probatur: Capita 32. 33. 34. in Ieremia ratione temporis cohærent: Atqui cap. 32. verſ. 1. tempus huius Prophetiæ locatur in decimum annum Zedekiæ, quem Propheta ibidem cum 18. Nebucadnezaris Regis Babylonici confert. Si decimus Sedekiæ eſt 18. Nebucadnezaris, neceſſe eſt decimum Zedekiæ fuiſſe finientem, & hiſtoriam quam cap. 32. Ieremias deſcribit, intra quintum & ſeptimum menſes accidiſſe. Nam Zedekiæ annorum initium à ſeptimo menſe, ſiue politica anni reuerſione ſumitur, quo tempore Iechonias in ſpontaneam captiuitatem abductus eſt, 2. Chronic. 36. verſ. 10. Nebucadnezaris contra anni in regno à quinto menſe numerantur. Quartus enim menſis quo Ieroſolyma expugnabatur, 2 Regum 25. verſ. 3. Ierem. 39. verſ. 2. cap. 52. verſ. 6. incidit in annum 18. Nebucadnezaris finientem. Ieremiæ 52. verſ. 9. Sequens menſis quintus cadit in 19. Nebucadnezaris incipientem ſiue ineuntem. 2. Regum 25. verſ. 8. Ierem. 52. verſ. 12. Habemus ergo ex hac ſuppuratione Prophetiam Ieremiæ cap. 32. intra quintum & ſeptimum menſem geſtam. Hoc eodem anno menſe quinto cœpit decimus nonus Nebucadnezaris; menſe ſeptimo vndecimus Zedekiæ, quo anno ciuitas expugnata & templum combuſtum eſt. Ergo hiſtoria trigeſimi quarti capitis, quæ illam c. 32. deſcriptam ſequitur, in initium quaſi ſeptimi menſis vel annum μετολιθερίας coniicienda. Hunc annum Ieremias loco citato nominat annum דְּרוֹר, id eſt, annum libertatis vel dimiſſionis.

Verum hic duo mouentur dubia, quæ ſolutionem merentur. *Prius: fuerit ſane vltimus obſidionis annus* דְּרוֹר*: fortaſſis à Zedekia humano conſilio extra ordinem quaſi proclamatus fuit in belli anguſtiis, animo DEVM placandi.* Dico, id non factum. Obſtabat 1. bellorum tumultus, in quibus vel maxime mancipiis opus. 2. diuina approbatio in huius anni proclamatione, Ieremiæ 34. verſ. 15. *Feciſtis hodie quod rectum videtur in oculis meis, promulgando libertatem quiſque amico ſuo.* Legitimus ergo ordo tum temporis, tum diuinæ ſanctionis vltimū obſidionis annum דְּרוֹר fecit, quo ordine Zedekias vſus, eum in effectum cum populo producere voluit, vt hoc ceu medio DEVM placaret, & hoſtilem obſidionem declinaret. At fruſtra: cum ante prophetico Ieremiæ monito obſequentes aures non dederit, quin imo ipſum Prophetam propter Prophetiam captiuarit. Ieremiæ 32. verſ. 1. capit. 33. verſ. 1. Poſterius: *Fuitne annus* דְּרוֹר *ſeptenarius ſimplex, an quinquagenarius?* vel, quod idem eſt: *fuitne annus ſimplex ſabbatharius, an magnus Iobel?*

Codomannus lib. 3. Chronol. c. 21. dicit fuiſſe annum magnum דְּרוֹר, id eſt, annum Iobel, vel quinquageſimum. Affirmati rationes profert quatuor: 1. Nominatur annus excidii templi Salomonici annus דְּרוֹר Ier. 34. v. 8.

Verum hæc vox tantum de anno magno Iobel in sacris vsurpatur, Leuit. 25. v. 10. 2. Annis puris sabbatharіis, qui non erant quinquagesimi non manumittebantur serui vel mancipia apud Iudæos. Verum terræ tantum sua quies, & debitoribus immunitas concedebatur. Verum hoc anno serui manumissi Ierem. 34. v. 9. Ergo annus excidii ciuitatis non fuit annus pure sabbatharius. 3. Fuit publica & vniuersalis mancipiorum manumissio, facta per publicum fœdus inter Regem & subditos, v. 8. Hæc vero publica per fœdus facta manumissio non nisi anno Iobelæo fiebat. 4. Annus iste דרור apud Ieremiam publice fuit proclamatus, v. 8. & 15. Hæc publica proclamatio anno tantum Iobelæo peculiaris erat, non quouis sabbathario, Leuiticorum 25. vers. 9. Nec aliter hæc phrasis de proclamatione anni דרור vsquam in sacris vsurpatur (inquit Codomannus) nisi quod Esaiæ 61. versu 1. per elegantem Metaphoram transfertur ad prædicationem spiritualis libertatis, quam Christus in Euangelio credentibus annunciauit.

Nos contra statuimus annum excidii Salomonici templi simpliciter fuisse sabbatharium, non Iobelæum. Argumenta nobis duo sunt, verum firma: 1. Devs hunc annum simpliciter nominat annum septimum libertatis, Ier. 34. v. 14. Ergo fuit simplex sabbathicus. Si enim magnus sabbathicus siue annus Iobel fuisset, Devs per Prophetam alio esset vsus loquendi modo, eumq; non annum septimum sed quinquagesimum nominasset, nomine ex Mose mutuato. 2. Devs per Prophetam Ieremiam ad Mosaicam legem de Hebræis mancipiis septimo quouis anno redeunte manumittendis prouocat, Ier. 34. v. 13. Hæc autem lex in Mose habetur, Exod. 21. v. 2. Deut. 15. v. 12. quæ lex manifeste de simplici anno sabbathico loquitur: *Cum emeris seruum Hebræum aut Hebræam, sex annis seruiet, septimo exibit in libertatem gratis.*

Nunc restat, vt ad Codomanni argumenta respondeamus:

Ad *primum* dico: 1 Falsum, vocem דרור anno tantum Iobelæo applicandam. Non enim sequitur: Annus Iobel nominatur annus דרור Leuitic. 25. v. 10. Ergo Annus simplex sabbatharius hoc nomine non nominandus. Nos contra: Si annus Iobel est annus דרור cur non & sabbatharius simplex annus דרור esset? cum vox דרור libertatem & liberam mancipiorum manumissionem indefinite notet, quæ non modo quouis anno Iobelæo, verum & simplici sabbathario fiebat, iuxta loca Exod. 21. vers. 2. Deuter. 15. v. 2. iam allegata. 2. Præterea ex voce דרור per se nihil firmi Codomannus concludere poterit, cum ea vox in propria significatione de annis דרור Mosaicis proprie sic dictis tantum Leuit. 25. v. 10. Ier. 34. v. 8. 14. 15. legatur. In reliquis scripturæ locis metaphoricam habet significationem. Vsurpatur enim vox דרור in sensu comparato, 1. de tempore ministerii Christi, Esaiæ 61. vers. 1. 2. de ea libertate, in qua Devs libere bello, fami, pesti, grassari permittit, Iere. 34. vers. 17. 3. de myrrha ab omni admixtione alienæ materiæ libera, Exod. 30. v. 23. 4. de hirundine vel aue, quæ libere per aerem volat, Psal. 84. v. 4. Prouerb. 26. v. 2.

Ad *secundum* argumentum Codomanni respondemus, eius rationem plane falsam esse, pugnantem cum expresso scripturæ textu, Exod. 21. v. 2. Deut. 15. v. 12 qui manifeste de septimo anno liberæ dimissionis mancipiorum loquitur. Atqui scriptura nullum alium septimum annum חפשי siue libertatis nouit, quam annum sabbatharium. Quod enim Codomannus inter priuatam & publicam mancipiorum manumissionem distinguit,

& hanc

[illegible] Iobelæo, [illegible] septimo an[illegible] etiam [illegible] factam [illegible] plane contra Mosen est. Sed [illegible] Codomannus [illegible] producta. *Si vendatur tibi frater tuus Hebræus aut [illegible] sex annis, anno vero septimo dimittito eum liberũ abs te.* Ex ho[illegible], quouis anno [illegible] septimo, etiam non sabbathico, priuatam man[illegible] fiebat [illegible] factam, quia [illegible] non semper anno sabba[illegible] fiebat: ideo nec manumissio semper in sabbathicum an[illegible] incidere potuit. Verum contulisse debebat Codomannus loca supra producta, [illegible] loco Leuit. 25. v. 50 & ex mutua locorum collatione veram interpretationẽ desumpsisse, quæ est: Si venditur tibi frater tuus Hebræus aut Hebræa, is seruiet tibi sex annis *κατὰ*, [illegible] licet anno sabbathicum [illegible] sequente se tibi vendiderit, si secundo vel tertio post sabbathicum, [illegible] tibi ad annum vsque septimum siue sabbathicum, adæquata ratione pretii, cum tempore seruitutis, vt docet *ἀναλογία* Leuitic. 25. vers. 50. Alioqui lex ad personarum emptionem pertinens, durior foret, quam quæ de [illegible]endo ære alieno lata est. Etenim si intermissionis anno æs non potest exigi, Deut. 15. v. 2. & 3. quanto minus personas in seruitute detinere æquitas permissura esset? Maneat ergo firmum, Hebræorum mancipia anno quouis sabbathico ex diuina ordinatione manumissa, & Mosen nullum alium septimum dimissionis annum, quam sabbathicum cognouisse.

In *tertia ratione* nulla est consecutio: 1. namque iam probatum, anno quouis sabbathico seruos publice manumissos. 2. Pactum Zedekiæ cum populo de promulganda libertate illius anni, annum Iobelæum non fecit, sed diuina ordinatio. Pactum alio respexit. Aderat enim ante portas hostis, Rex Babylonicus Nebucadnezar. Deliberatum ergo inter Regem & populum: Num mancipia quibus vel maxime in bellicis angustiis opus habebant, manumittenda sint, cum annus manumissionis siue libertatis ex diuina ordinatione instaret. Conclusum est, mancipia ex diuina lege manumittenda. Annexa erat conclusioni vana persuasio de placanda hac ratione diuina ira, & auertendo hoste.

Idem ad *quartam rationem* dicendum. Publice fuit proclamatus hic annus, partim ratione diuinæ ordinationis; partim vt fœdus vel pactum inter Regem & populum decisum promulgaretur.

Maneat ergo fixum, annum vndecimum Zedekiæ incipientem, cum quo annus *πανολεθρίας* Salomonici tẽpli conuenit, annũ fuisse דרור ex Iere. 34. v. 8. id est, annum simplicem sabbatharium vel hebdomadarium, quo & locus 2. Chron. 36. v. 21. alludere videtur, ex Leuit. 26. vers. 34. & 35. Hic ergo positus sabbatharii characteris, hanc nobis aut eam regulam præscribit; Annum excidii templi Salomonici in eiusmodi annum à mundo locandum, qui per septenarium diuisus absorbeatur.

CAPVT VI.

Continens nonnulla πορίσματα, quæ ex prioribus loco clausulæ eliciuntur.

EX hisce colligimus. I. Annos sabbatharios nec à mundo, nec à prima Mo[illegible] sabbathicorum & Iobelæorum annorũ sanctione, ad hoc vsque

tempus

tempus exterminii prioris templi turbatos, quod cap. 4. titul. 3. huius libri probauimus, & hic oculariter demonstratur. Annus absolutionis templi est annus mundi 3360. qui diuisus per septenarium nihil relinquit. Ita à prima Mosaica sabbathicorum annorum obseruatione (quam anno mundi 2499. cœpisse supra iam allegato capite confirmauimus) ad annum mundi 3360. anni 861. elapsi sunt, qui diuisi per 7. iterum nihil relinquunt. DEVS ergo autor ordinis, sabbathicos annos imo & Iobelæos in Mose non modo, à mundo numeratos, turbare noluit; verum & constantem sabbathicorum annorum ordinem absq; interruptione semper conseruauit. Qua de re plura vide capite iam citato.

II. Colligimus & hoc, annum primum vel principium regni Zedekiæ fuisse quartum annum hebdomadis, id est, quartum à celebrato anno sabbathico. Vndecimus enim siue vltimus Zedekiæ, qui est fatalis sanctæ vrbi, est annus sabbathicus, vti capite præcedenti ex Ieremia vidimus. Ergo primus Zedekiæ est quartus ab anno sabbathico, vti ocularis demonstratio probat. Hæc Chronologica manuductio nobis facem præbet, ad verum intellectum versus primi in cap. 28. Ieremiæ, in cuius versus enodatione Interpretes sese misere macerant. Causa rei ignorantia Chronologici studii. Versus sic habet. *In principio regni Zedekiæ Regis Iuda, anno quarto.* En, principium, id est, primus annus Zedekiæ est annus quartus. At qualis? Hic necessario recurrendum est ad ordinationem annorum sabbathicorum, & dicendum, principium regni Zedekiæ esse annum quartum hebdomadarium, vel quartum à celebrato sabbathico. Qui hæc non attendunt, miras & plane futiles glossas super hunc Ieremiæ locum fingunt, sua leuitate concidentes, quin imo ipsis glossatoribus insufficientes.

Anni Zed.	Anni Sabb.
1	4
2	5
3	6
4	7
5	1
6	2
7	3
8	4
9	5
10	6
11	7

III. Et id ex dato annorum positu elicimus, annum πανωλεθρίας Salomonici templi fuisse quartum sabbatharium, vel vigesimum octauum à celebrato anno Iobelæo. Supra namque cap. 3. & 4. tit. 3. probarum, annos Iobelæos à mundo non turbatos, spacioque quadraginta nouem solidorum annorum definiendos. Diuidantur anni 3360. per 49. remanent 28. Ita à prima Iobelæorum annorum post Mosis mortem obseruatione ad annum excidii, anni sunt 861. (Nam primus Iobelæus ex Mosaica sanctione in annum mundi 2499. cadebat, vt supra probatum) qui itidem per 49. diuisi, 28. relinquunt. Verum annus excidii templi Salomonici est Zedekiæ vndecimus. Si eius vndecimus Zedekiæ est vigesimus octauus à celebrato Iobelæo: Ergo eius præcedens annus erit vigesimus septimus à celebrato Iobelæo. Hæc supputatio iterum nobis facem monstrat in vera loci Ezechielis cap. 29. vers. 17. explicatione. Duas caput illud nobis Prophetias contra Ægypti regnum proponit. Prior facta est anno decimo à deportatione Iechoniæ & initio regni Zedekiæ, vers. 1. Posterior, anno vigesimo septimo, vers. 17. Interpretes ad vnum fere omnes posteriorem Prophetiam totis septendecim annis posteriorem tempore faciunt priore; verum non sine magna prophetiarum Ezechielis confusione. Nam 1. pie docemus, eã visionem, quam Propheta c. 40. & seq. habet, vltimam Ezechielis fuisse. Ea vero habita anno vigesimo quinto à deportatione Iechoniæ, siue decimo quarto à πανωλεθρίᾳ ciuitatis, v. 1. 2. Nullo modo verosimile, in Ezechielis Prophetias, optimo alias ordine, tẽporis ratione inter se connexas (si c. 26. excipias, q. Prophetiam continet, factam anno vndecimo) hanc vnicã tam insignem traiectionem per septendecim annos in vnũ idemq; caput, quin imo vnũ idemq; Prophetiæ argumentũ, irrepsisse. Quam quidẽ traiectio-

nem

nem in Ieremiæ Prophetiis animaduertimus. Ordine igitur Prophetiarum obseruato, & diuersa apud Ezechielem in 29. Capite numerandi ratione, ad diuersa tempora applicata, dicimus, vigesimum septimum annum, cuius v.17. meminit, eundem esse cum decimo, quem vers.1. capitis ponit; præsertim cum sequente capite vers. 20. & cap. 31. vers.1. vndecimi iterum anni à deportatione Iechoniæ mentionem faciat. Verum dicet aliquis, quomodo annus decimus est vigesimus septimus? Potest id esse, verum in diuersa consideratione. Decimus annus est à spontanea Iechoniæ in Babylonicum exilium deportatione: vigesimus septimus à celebrato Iobelæo. Qua de re vide Scaligerum in lib. de temp. emend. in notis ad fragmenta historicorum pag.31. & alibi.

Et ita, cum DEO, prior liber nostræ tractations ad finem perductus, in quo per quatuor titulos siue indices seriem annorum à mundo ad excidium vsque templi prioris, non nisi ex factis, cum vera ratione & absque violentia deduximus.



LIBER

LIBER POSTERIOR.

ARGVMENTVM ET οἰκονομία huius Libri.

ABSOLVTVS est prior liber nostrę Chronologicæ πραγματείας, quem mere sacrum appellauimus, quia annorum computationem ab initio Mundi ad excidiũ Salomonici Templi ex solis sacris eruebat: Sequitur Posterior, mixtus, continens trium antiquissimarum profanarum Epocharum, Olympiadicæ, Vrbis, Nabonazareæ, σκέψιν, earumque tum inter se, tum ad annos conditus Mundi, concatenationem. Causa huius mixturæ, est abruptio telæ Chronologicæ in anno excidii prioris templi ad Natiuitatem vsq; nostri Sospitatoris: ideo videndum, quomodo per euidentia & certa vestigia anni Olympiadici, Vrbis, Nabonazarei, cum anno πανωλεθρίας prioris templi connectantur, cum hæ tres Epochæ omnium cõsensu exterminium templi longo tempore antecesserint. Hac alligatione data, non difficile postea erit, annos ad ἐνσάρκωσιν vsq; τοῦ λόγου deducere, cum ex manifestissimis demonstrationibus sciatur, quoto anno Olympiadico, Vrbis, Nabonazareo Dominus & Saluator noster natus, & crucifixus sit: &, si aliquod dissidium est, in anno Natiuitatis & Crucifixionis, vnius tantum & alterius anni est, quod tamen beneficio cœlestis motus, annorum item Augusti, & Tyberii, Herodis item Primi, alias Magni dicti, tum Catalogi Consulum Romanorum dirimi & componi poterit. Qua de re alibi.

Hanc vtilem πραγματείαν quatuor iterum titulis, vt in priore libro fecimus, includemus.

In *primo* nonnulla proferemus de profanis Epochis, Olympiadi-

[illegible], Vrbis, Nabonazarea, earumque tum appellationis ratione, cum mutua inter se colligatione, vbi circa finem nonnulla de his Epochis proponemus.

Secundus, Funccianam connexionem memoratarum Gentilium Epocharum ad annos mundi monstrabit, & simul refutabit

Tertius, Beroaldicam falsitatis & erroris conuincet.

Quartus, Eusebii, & qui eum sequuntur, id est, veram & genuinam alligationem proponet, firmisque & euidentibus argumentis confirmabit.

TITVLVS PRIMVS.

CAPVT I.

De Vocibus, Epochæ, & Æræ.

EPOCHA, Græce ἐποχὴ. in genere significat, inhibitionem, retentionem, repressionem, ab ἐπέχω, inhibeo, reprimo, differo. Hinc assensionis in sententia aliqua, suspensio, Græcis nominatur ἐποχὴ. Et retentionem mensium muliebrium, Græci nominant ἐποχὴν τῶν ἐμμηνίων. Astronomi ἐποχὰς nominant gradus, in quibus deprehenduntur signa & planetæ in Zodiaco: cuius vnaquæque pars in 30. gradus distribuitur. Item, cœli statum in thematibus, positumque syderum. Qua de re videatur Cœlius Rhodiginus lib. 1. antiquar. lectionum c. 16.

Verum in Chronologicis ἐποχὴ, I. notat recursum & reuolutionem anni in idem principium, quam Hebræi תְּקוּפָה nominant, ex Exod. 34. v. [illegible] Item תְּשׁוּבָה ex 2. Sam. 11. v. 1. Item 1. Reg. 20. v. 22. & 26. Item 1. Chron. 20. [illegible] 1. & 2. Chron. 36. v. 10. II. Mensuram multorum annorum ab vno interuallo ad aliud. Ea interualla nominantur ἐποχαὶ, quod in illis sistantur quasi, & terminentur mensuræ temporum. Censorinus ea nominat titulos, seu Indices: Alii hypotheses. V. C. Interuallum annorum à Mundo ad Diluuium nominatur Epocha: Ita interuallum ab initio Olympiadum, ad annos Vrbis, itidem Epocha vocatur. III. Ἐποχὴ hæc vox sumitur pro termino à quo, siue principio interuallorum. Hi termini sumuntur, vel ab insigni aliquo euentu, vel casu: vt ab vniuersali Diluuio; ab Exodo; à capta Troia; ab initio structuræ Templi Salomonici; ab Vrbis palilibus; à deducta Colonia: aut ab initio Illustrium Regum & Principum: vt anni Nabonazarei; item anni à Diocletiano; aut à religionis & ceremoniarum instituto: vt anni à primo anno ludorum Olympiadico, Scaliger lib. 1. de temporum emend. p. 18. lib. 5. p. 336.

ÆRA per Æ, non simplex E, vt vitiose in Concilii Tholetani libro, & [illegible]is Hispanicis scriptum & insculptum, vox est Latina (ne cum Græca, eiusdem soni, sed diuersi significati, confundatur) notans I numerum in pecunia, quo antiquitus eius pretium designabatur. Lucilius: *Hæc est ratio peruersa, æra summa subducta improbe.*

II. In rationibus antiquis vsurpatum fuit eo modo, quo hodiernum vulgus, voce *item* vtuntur, Volusius Mætianus: *Siue denaria, siue sestertiaria ratio*

 consi-

conficeretur, iisdem notis, idest, libellarum & singularum & teruncioꝛum præposita nota denarii, vel sestertii, vt erat ratio, æra exprimebantur. III. Inde & pro debito ponitur. Varro in mysteriis: *Æs defrudasse Coponem, obuam luto obleuisse, sum portitores æra induxê.* Æra vocat portorium, quod pro vini subuectione debebatur. Hinc verbum adærare, in rationes referre. IV. Denique ab Historicis, Chronologis, Astronomis, vsurpatur pro illustri aliquo temporis principio, quo annorum numerus incipit: vt Æra *ἐνσαρκώσεως τ̃ λόγου*: Æra Mundi, &c. Videatur Cœlius Rhodiginus lib. 10. antiquar. lect. capit. 2. Et Scaliger lib. 5. de temp. emend. mihi pag. 418. & seq.

Ad finem huius capitis & id notandum, olim apud Latinos Æræ vocabulum neutrum fuisse, vti ex supra citatis locis deprehendimus. Ita & Cicero in Hortensio: *Quid tu, inquam, soles, cum rationem à dispensatore accipis, si æra singula probasti, summam, quæ ex his confecta sit, non probare?* Et iterum Varro: *Veteris erat consuetudinis, vt æra dicerent.*

Verum sequens seculum inficetum, & ineruditum, neutrum in fœmininum transformauit, cum vniuersali omnium Scriptorum Ecclesiasticorum & hodiernorum vsu, quem & nos sequi cogimur.

CAPVT II.

De Epocha Olympiadicorum annorum.

OLympiadici certaminis primus autor fuisse perhibetur Hercules, tot Poetarum carminibus decantatus, cuius seculum euersionem Troiæ antecessit. Instituerat hoc certamen Hercules in honorem Iouis Olympii, cui agones faciebat. Hinc certamen Olympicum, vel *ἀγὼν ὀλυμπικός*, soliti Græcorum agones, in honorem Olympii Iouis instituti. Hi ludi ab Hercule primum instituti, post eius mortem, vltra 400. annos intermissi, ab Iphito, Praxonidæ filio, iterum restaurati sunt, & sequentibus temporibus interrupta serie, continuati. Vnde & *anni Iphitei* nominantur. Hoc certamen Græci nominarunt *ἀγῶνα*. Hinc *ὀλυμπικὸς ἀγὼν* apud Aristophanem, & alios: *ὀλύμπια ποιεῖν* apud Demosthenem, *ἄγειν* apud Plutarchum; & *ὀλύμπια νικᾶν* vincere Olympia apud Lucianum: Item *ὀλύμπια στεφανοῦσθαι*, coronari in Olympiis, apud Simonidem. Singulis quadriennus absolutis, in plenilunio, solstitio æstiuo proximo, hos agones Græci celebrarunt. Hinc Olympias spacium est 4. annorum solidorum, quibus exactis, cum initio quinti anni noua Olympias incipiebat. Vnde sæpe fit, vt spacium Olympiadis quinq; annis à Scriptoribus definiatur. vti supra vidimus Titulo 3. c. 5.

Spaciũ hoc quatuor annis circumscriptum est, ob *πενταετηρίδας*, in quibus Græci motum Lunæ, ad Solis rationes applicabant, ita vt cum noua Olympiade, Nouilunium solstitiale æstiuum inciperent. Qua de re vide Scal. lib. 1. de temp. emend. fuse & exquisite disserentem. Quilibet ergo annus Olympiadicus cum medietate duorum Iulianorum annorum participat. Quæ consideratio attentum ingenium in Historicorum lectione, & Chronologici Systematis confectione, confundere non potest.

Verum & hoc non prætereundum, differentiam esse in tractatione Chronologici studii, inter Olympiadem ipsam, & annum Olympiacum, siue Olympiadicum, vel Iphiteum. Ipsa Olympias spacium est quatuor absolutorum annorum. Hinc apud Historicos sæpissime occurrit, hanc vel illam rem gestam, anno primo, secundo, tertio, quarto, huius vel illius Olympiadis. Annus vero Olympiadicus, certus est, & definitus alicu-

[illegible] Cui venari animus est, quotus annus Iphiteus, in [illegible] ade, ab Historicis positus, ab initio Olympiadicæ Epo[illegible] elap[illegible] sit, is Olympiadas omnes, ante datam Olympiadẽ per quatuor [illegible] plicet, tum annũ primum, secundũ, vel tertium addat, & habebit an[illegible] Olympiadicos seorsim numeratos ab initio huius Æræ. Quod si quar[illegible] alicuius Olympiadis annus occurrat, nulla opus est additione: verum [illegible] la multiplicatio sufficit. V. G. Eusebius in Chronico πανωλεθρίαν Salomonici Templi locat in annum secundum Olympiadis 47. finientem. (nam in æstate, templi desolatio facta est 2. Regum 25. vers. 8. & Ierem. 52. vers. 12.)

Si quæris: quotus annus Olympiadicus est, annus secundus Olympiadis 47. Sume 46. Olympiadas ante elapsas, tum multiplica per quatuor, colliguntur anni 184. Olympiadici additis postea duobus annis ex Olympiade 47. fiunt 186. anni Olympiadici. Ita testatur Dionysius Halicarnassensis mihi pag. 6. lin. 9. Triginta Olympiades 120. annos constituere: Multiplicemus 30. per 4. & inueniemus Dionysium vera locutum. Pari modo Pascha σωτήριον nostri Seruatoris concurrit cum anno quarto Olympiadis 202 testante id & Phlegonte, exactissimo temporum Supputatore, apud Eusebium in Chronico, ex præternaturali Solis Eclipsi, in plenilunio, quo Dominus mortuus. Multiplicentur 202. Olympiades per 4. fiunt 808. anni Olympiadici. Et ita in reliquis.

Ad finem huius capitis nomina Atticorum mensium, qui in Græcorum lectione occurrunt, bene sunt obseruanda:

1	Ἑκατομβαιών.	Hos menses secundum quatuor anni quad[illegible] distinxerunt: 1. in θερινὰς siue æstiuales: Huic parti attribuerũt priores menses tres. 2. in ὀπωρινὰς siue autumnales: Huic parti ascribendi 4, 5, 6, menses. 3. In χειμερινὰς siue hiemales. Huc retulerunt 7, 8, 9, menses. 4. In ἐαρινὰς seu vernales: Huic anni parti tres residui menses dandi, &c.
2	Μεταγειτνιών.	
3	Βοηδρομιών.	
4	Πυανεψιών.	
5	Μαιμακτηριών.	
6	Ποσιδεών.	
7	Γαμηλιών.	
8	Ἀνθεστηριών.	
9	Ἐλαφηβολιών.	
10	Μουνυχιών.	
11	Θαργηλιών	
12	Σκιρροφοριών.	

CAPVT III.

De Epocha annorum Vrbis.

PER Vrbem κατ' ἐξοχὴν intelligunt Historici ROMAM, Vrbem illam magnam, habentem βασιλείαν ἐπὶ τῶν βασιλέων τῆς γῆς, id est, regnum super omnes Reges terræ Apocal. 11. v. 8. cap. 17. vers. 18. Vrbem περιφανεστάτην τὴν ἡγεμόνα τῆς γῆς, καὶ θαλάσσης ἁπάσης. Dionysius lib. 1 Item, caput totius orbis, Iustinus lib. 43. Per annos Vrbis, intelligitur initium Vrbis Romæ, factum à Romulo & Remo fratribus, qui Colonia ex Alba longa, & aliis vicinis locis, deducta, Romam extruere cœperunt in Vere, testibus Varrone, Togatorum doctissimo, Catone, & aliis Romanarum rerum Scriptoribus. A vere ergo, cum Ecclesiastico Iudæorum anno, initium annorum Vrbis exurgit. Vnde apparet & hos annos cum duobus Iulianæ formæ annis, inæqua-

liter tamen, communicare. Quanquam Latini Scriptores, post confectionem Calendarii Iuliani, initium annorum Vrbis, sæpius a Calendis Ianuarii deducant. Id, quod in historiarum lectione notandum, ne lectori, & Chronologo confusio, ratione temporis, suboriatur. Hic autem mos, res gestas ad annos Vrbis Romæ appendere, sero cœpit. Priscum enim & primum Romanorum fuit institutum, per annos Regum, & Consulum, tempora notare. Hinc supinus olim error fuit, ante Catonem, & Varronem, veri initii fundationis Vrbis.

Ennius à prima Vrbis fundatione, ad sua tempora 700. annos supputat. Sic enim canit:

Septingenti sunt paulo plus aut minus anni,
Augusto augurio postquam incluta condita Roma est.

Verum nondum 600. anni ab Vrbe ad Ennium elapsi erant. Ennius enim natus est Q. Valerio Flacco, & C. Manilio Turrino Coss. teste Gellio lib. 17. c. 21. ex Varrone, in primo de Poetis libro. Quorum consulatus incidit in annum Vrbis Catonianum 514. Videatur Cicero in Bruto, & 1. Tuscul. quæst. Eusebius Ennii natiuitatem reiicit in annum 4. Olympiadis 134. Mortem in annum 4. Olympiadis 153. Verius in annum 4. Olympiadis 152. Coss. M. Philippo secundùm, & C. Seruilio Cœpione, Vrbis 584. Cicerone teste in Bruto, & de Senectute. Hanc supinam ignorantiam à Romanis amouit M. Portius Cato, & M. Terentius Varro, de quo Cicero libro 1. Acad. quæst. non procul ab initio: *Tu* (Varro) *ætatem patriæ, tu descriptionem temporum, tu sacrorum iura, tu Sacerdotum, tu domesticam, tu bellicam disciplinam, tu sedem regionum, & locorum, tu omnium diuinarum, humanarumque rerum nomina, genera, officia, causas aperuisti.* Hi, Cato & Varro, beneficio censoriatum tabularum, & inquisitione anni primorum Consulum creatorũ, & Regifugii, tandem additione annorum 244. quibus ab initio Vrbis, à 7. Regibus, ad primos Consules, regnatum est, vera initia Vrbis anxie explorarunt. Verum vnius interim anni inter Catonem & Varronẽ, est discrepantia. Cato vno anno citius: Varro serius initium Vrbis auspicatur. Vterq; inter Romanos Scriptores suos habet Sectatores. Varro tamen plures. Hanc annorum discrepantiam, necesse est, vt obseruemus, & videamus, quinã Scriptorũ initium Catonianum; quinam Varronianum sumant, ne, neglecta hac obseruatione, nobis ipsis difficultatem; tempori confusionem, conciliemus.

Alio nomine initia Romanæ Vrbis nominantur Palilia, à Pali Deâ pastorum, cui olim Romani peculiare festum instituerant in diem 11. Cal. Maii, siue 21. Aprilis. Quo die fundamenta Vrbis iacta secunda feria, secundum Varronem. Hinc Vrbis Palilia, id est, initium ab Vrbe, cum Palis festiuitate, diei ratione, coincidens.

De hoc festo & initio Vrbis Propertius lib. 4. hunc in modum canit:

Vrbis festus erat, dixere Palilia Patres:
Hic primus cœpit mœnibus esse dies.

CAPVT IV.

De Epocha Nabonazarea.

HÆc Epocha initium habet à Rege Babyloniorum, quem Funccius, &, qui eum sequuntur, Salmanassarem, Assyriorum Regẽ, cuius Scriptura meminit, esse volunt. Verum falso, vt sequente titulo c. 5. ex professo demonstrabitur. Hic Babyloniorum Rex ex vocum compositione sic scribi potest,

potest: נבונאצר sicut נבוכד נאצר: in Græco, & præsertim apud Ptolemæum, scribitur Ναβονάσσαρος per duplex σσ. vel etiam Ναβονάσαρος, per vnicum. Censorinus in lib. ad Q. Cærellium, nominat eum Nabonazarum. Ab hoc Babyloniorum Rege, Epocha olim fuit instituta, ob causam expresse ab Historicis non manifestatam. Epocha hæc, quippe Astronomica, & ad cœlestes motus directa, omnium est exquisitissima. Hac vtitur Ptolemæus in μεγάλῃ sua συντάξει; & hodie multi Mathematicorum. Primus autem annus huius Epochæ cœpit 26. Februarii feria quarta, in meridie, vti id ab Astronomis iam ante nos exactissime demonstratum est, & hac de re nulla controuersia mouetur. Horum annorum quantitas fuit 365. dierum. Constabat enim 12. mensibus τριακονθημέροις, quibus in fine addebantur 5. dies epagomenæ. Annus ergo Nabonazaris, minor est anno Solari tropico, horis quinque, & 49. circiter minutis primis. Anno Iuliano minor est integris 6. horis. Hoc interuallum facit, vt 4. anni Nabonazarei integro die minores sint 4. Iulianis annis. Hanc quantitatē, si paulo adaugeamus, deprehendemus in 1460. Iulianis, 1461. annos Nabonazareos cōtineri. Vnde apparet, hos annos Nabonazareos per totum annum Iulianum initii ratione vagari, id quod attentius consideratum, nos à temporum confusione præseruabit. Ita vero nos à confusione præseruare poterit, si cuiuslibet Nabonazarei anni verum initium ratione nostri Calendarii inuestigetur. Inuestigationis methodus hæc est: Primus Nabonazaris annus, vt dictum est, 26. Februarii in meridie cœpit. 26. Februarii est 57. dies à Calendis Ianuarii. Ad sciendum ergo cuiusuis anni Nabonazarei initium necesse est, vt inquiratur, quot dies intercalares omissi sint, quod fit hoc modo: Anni dati per quaternarium diuiduntur, & quotus, qui intercalares omissos designat, ex datis annis, & diebus Iulianis subtrahitur, & residuum ostendit diem à Calendis Ianuarii, & verum cuiuslibet anni Nabonazarei, ad annum Iulianum applicati, initium. E.G. Quæritur quo die incœperit annus 123. Nabonazareus? Diuido 123. per quaternarium; quotus est triginta: Hūc subtraho ex 56. diebus absolutis, qui præterierant à Calendis Ianuarii, antequam primus annus Nabonazareus inciperet, & relinquitur 26. dies à Calendis Ianuarii. Ergo annus 123. Nabonazareus cœpit die 27. à Calendis Ianuarii. Ita: Quo die incœpit annus 776. Nabonazaris? Diuido 776. annos per quaternarium, quotus est 194. Hic quotus, cum maior sit, quam vt ex diebus 56. subtrahi possit, resoluitur integer annus, in dies 365. tum 56. adduntur, fiuntque 421. Ex his subtracti dies 194. relinquunt 227. dies à Calendis Ianuarii, qui est 15. Augusti. Ergo 776. Nabonazareus annus incœpit 16. Augusti. Ita scribit Censorinus cap. 21. ad Q. Cœrellium: 986. annum Nabonazareum, & Philippi 562. eo tempore cœpisse ante diem VII. Calend. Iulii, inclusiue scilicet, vt olim Romani locuti sunt.

Dies autem VII. Cal. Iulii est 25. Iunii. Experiamur in anno Nabonazareo, num Censorinus vera scribat. Diuidantur anni 986. per 4. prodeunt 246. per intercalationem omissi, qui subtracti à diebus 421. relinquunt dies 175. qui præterierant à Cal. Ianuarii, ante initium 986. anni Nabonazarei. Annus ergo 986. Nabonazareus cœpit 176. die à Calend. Ianuarii, qui est 25. Iunii. Censorinus ergo vera scripsit, & verum Nabonazareorum annorum intellectum habuit. Quod si vero in progressu talis annus Nabonazareus sumatur, qui per quaternarium diuisus, quotum producit 421. diebus maiorem, iterum integer annus, in 365. dies resoluitur, tum 421. dies adduntur, fiuntq; 786. dies, à quo postea quotus subtrahitur. Quod ex subtra-

ctione residuum est, dat mihi initium dati anni Nabonazarei. Idem esto iudicium de omnibus annis Nabonazareis, quorum vera quantitas, & genuina ad Iulianos annos applicatio plurimos Chronologorum latet.

Tandem & nomina mensium anni Nabonazarei notanda sunt:

Primus nominatur		Thot.	5.	Tybi.	9.	Pachon.
	2.	Paophi.	6.	Mechir.	10.	Payni.
	3.	Athyr.	7.	Phamenoth.	11.	Epiphi.
	4.	Choiac.	8.	Phatmuti.	12.	Mesori.

CAPVT V.

De mutua trium Epocharum, *Olympiadicæ, Vrbis, Nabonazareæ, inter se* colligatione.

HAs Epochas inter se Censorinus in aureo suo ad Q. Cærellium, libello c. 21. hoc modo colligauit: *Hic annus, cuius velut index & titulus quidam est, Vlpii & Pontiani Consulatus, ab Olympiade prima millesimus est & quartus decimus*, (id est, annus secundus Olympiadis 254.) *A Roma autem condita, 991. & quidem ex Palilibus, vnde anni Vrbis numerantur. Præterea vt à nostris, ita ab Aegyptiis, quidam anni in literas relati sunt, vt quos Nabonazarum nominant, quod à primo imperii eius anno consurgunt, quorum hic 986. est.* Ex Censorini ergo colligatione ita progredimur: Si 1014. annus Olympiadicus est 991. ab Vrbe condita: Ergo primus annus Vrbis Conditæ incidet in annum 23. Olympiadicum, ad finem currentem, siue in finem anni 3. Olympiadis 6. vel initium anni 4. Olympiadis 6. Et ita M. Terentius Varro, Verrius Flaccus in tabulis capitolinis, Cornelius Tacitus, Cassius, Dio, Eusebius annum primum Vrbis in finem 23. anni Olympiadici coniiciunt, siue in initium 24. anni. Alii, vt M. Portius Cato, Dionysius Halicarnasseus, Solinus, & alii eius initium in annum sequentem coniiciunt, annum scilicet 4. Olympiadis 6. finientem, 98. diebus antequam Olympias 7. apud Græcos celebrabatur. Et hi dicuntur Palilia Vrbis locare in annum 1. Olympiadis 7. quia annus 4. Olympiadis 6. iamiam ad finem inclinabat. Verum Varronianæ colligationi adhærere tutius est quia præstantissimos habet Historicorum Duces, præsertim M. Terentium Varronem, Togatorum doctissimum, qui primus ad initia Vrbis inuestiganda animum adiecit. Ita Dionysius Halicarnasseus sub initium libri 5. tempus Regifugii, Tarquinii Superbi, & initium Consulatus Bruti & Collatini reiicit in annum 244. Vrbis absolutum, & principium Olympiadis 68. siue annum 269. Olympiadicum currentem, à quo subtracti anni 244. Vrbis elapsi, relinquunt annos 25. siue primum Olympiadis 7. in quem annum Dionysium cum Catone initium Vrbis locare paulo ante monuimus.

Pari modo anni Nabonazarei ad annos Olympiadicos, & Vrbis alligandi sunt. Si 1014. annus Olympiadicus, & 991. Vrbis, est 986. Nabonazareus ex mente & colligatione Censorini: ergo primus Nabonazareus incidet in annum primum Olympiadis 8. siue 29. Olympiadicum, dimidia sui parte & plus elapsum, in 6. annum Vrbis ad finem decurrentem, & 7. Vrbis anuum ineuntem.

Verum hic cum ratione subtractio & colligatio est instituenda, ne in errorem labamur. Si namque absque ratione ad formam Iuliani anni, annos

annos Nabonazareos ad annos Olympiadicos & Vrbis alligemus, & 986. annum Nabonazareum à [illegible]14. anno Olympiadico, & 99[illegible]. anno Vrbis subtrahamus, incidet primus Nabonazaris in 28. annum Olympiadicum, siue 4. Olympiadis 7. finientem in annum 5. Vrbis conditę. Verum hæc subtractio absque ratione instituitur, quia quantitas annorum Nabonazareorum longe minor annis Olympiadicis & Vrbis. In annis enim 986. Nabonazareis [illegible]46 dies absorpti, & annus ille in anteriora deuenit. In vera ergo huius anni Nabonazarei, ad datum Olympiadicum, & Vrbis annum, alligatione, in anno Nabonazareo vnitas demenda, tum subtractio instituenda. Hac facta, initium annorum Nabonazareorum concurret cum anno 1. Olympiadis 8. siue anno 29. Olympiadico ad finem currente: cum anno Vrbis 6. fere absoluto, vel cum initio anni 7. Vrbis. Hæc alligatio alio quoque argumento confirmatur. Alexander Magnus mortuus est anno 424. Nabonazareo absoluto, teste Ptolemæo, libr. 3. μεγάλης συντάξεως cap. 8. Atqui mortuus est anno 1. Olympiadis 114. siue anno Olympiadico 453. teste Diodoro Siculo lib. 17. Bibliothecæ, & aliis. Ab hisce annis Olympiadicis, si anni 424. Nabonazarei subtrahantur, remanebunt 29. anni Olympiadici. Ex his vltimus cum primo Nabonazaris conuenit. Possent hæ mutuæ trium harum Epocharum alligationes, plurimis Historicorum testimoniis confirmari: verum manifesta sunt hac in parte omnia, nullumque hac de re apud Chronologos dissidium. Nihil ergo causæ in hisce manifestis diutius immorari.

CAPVT VI.

In transcursu nonnulla de aliis Epochis, quarum apud Historicos mentio.

SVccessu temporum post relaxationem Babylonicæ captiuitatis, & Persica Monarchia tum currente, tum aliis Monarchiis subsequentibus, aliæ Epochę, & annorum formæ apud varios populos, varium ob finem, institutæ. Sunt autem præcipue sequentes.

I. EPOCHA, vel *forma anni* METONICI. Meton Pausaniæ filius, vir fuit apud Græcos, magnæ in Astrologia eruditionis, aqualiciis item & librationibus nobilis. Vixit paulo ante tempora belli Peloponnesiaci, in medietate fere Persici regni. Hic anno 4. Olympiadis 86. ad finem currente, cum initio belli Peloponnesiaci, à 13. Scirrophorionis, seu vltimi mensis apud Atticos, quo die Nouilunium solstitiale æstiuum cœpit, cyclum Lunæ ἐννεακαιδεκαετηρίδα, id est, decem nouennalem in Gręcia proposuit, huncque cyclum in gratiam Græcorum excogitauit, qui anxie motum Lunæ cum Solis cursu coniungere nitebantur. In hoc cyclo inuestigando, existimauit Meton in 19. annis cursum Lunæ cum Solis concurrere, si 7. menses embolimæi inserantur. Nouendecim autem anni per 12. multiplicati, 228. lunationes, seu lunares menses producunt: his, si 7. menses embolimæi addantur, fiunt 235. lunationes. Tot lunationibus, siue 19. annis absolutis, existimauit inuentor huius cycli, Lunam ad idem principium cum Sole redire, idemque interuallum esse 19. annorum lunarium, cum 19. annis Solaribus. Verum in hoc interuallo error est 7. horarum, & dimidiæ fere, quot horis 235. lunationes, 19. Solaribus annis minores sunt.

Mensis enim Lunaris Synodicus æquabilis, exactis Astronomis est dierum 29. horarum 12. $^{\prime}44, ^{\prime\prime}3, ^{\prime\prime\prime}20$. Ergo 235. menses lunares erunt dierum 6939. horarum 16. $^{\prime}32$. Atqui Meton 235. lunationes 6940. diebus absolutis circumscripsit. Interuallum ergo est horarum 7. $^{\prime}28$, quod spatio 76. annorum, i. 4. cyclorum decem nouennalium vitiosam totius diei & aliquot horarum anticipationem introducit. De hoc Metonico 19. annorum cyclo, Censorinus cap. 18. ad Q. Cœrellium hunc in modum: *Præterea sunt anni magni complures, ut Metonicus, quem Meton Atheniensis, ex annis undeuiginti constituit, eoque Enneadecaëteris appellatur, & intercalatur septies, in eoque anno sunt dies* 6940. Et Diodorus Siculus lib. 12. mihi p. 94. *Athenis Meton Pausaniæ filius, scientia Astrologica clarus Enneadecaëteridem.* (id est, decem nouennalem circulum) *promulgauit, à 13. Scirrophorionis Attici mensis die exorsus. Tot enim annis in eundem statum astra reuertuntur, & magni quasi anni circumuolutionem absoluunt. Iccirco à quibusdam Metonis annus hic nuncupatur.* Quæ hic Diodorus habet, nonnullam castigationem merentur. Circumuolutio namque Metonica veram astrorum *ἀποκατάστασιν* non facit, vt iam vidimus. Videatur & Scaliger lib. 2. p. 70.

II. Epocha, vel *forma anni* Calippici. Hæc anni forma nomen habet à Calippo, Cyziceno, qui circa tempora Philippi Macedonum Regis, & Alexandri Magni, Philippi filii, vixit, toto fere centenario post Metonem. Vidit Calippus, Metonicam 19. annorum quantitatem & reuolutionem aliquot horis vera quantitate Lunari maiorem: ideo aliam periodum ex quatuor Metonicis conflatam, id est, periodum 76. annorum, excogitauit, in quibus Solem cum Luna ad primum principium redire opinabatur. Ne vero in Metonicum errorem incideret, integrum diei quadrantem, i. 6. horas ex Metonis Enneadecaëteride, eximendas docuit, tum ex 4. Metonicis periodis cyclum componendum. Hanc viam existimauit Calippus optimam, Lunæ motum ad Solis reuolutionem & coniunctionem applicare. Diximus autem supra, Metonicam periodum fuisse 235. lunarium mensium, vel 6940. dierum absolutorum: Ergo 4. periodi Metonicæ erunt 940. mensium seu Lunationum, 27760. dierum absolutorum. Ab his diebus Calippus integrum diem subtraxit, suamque periodum, ex 4. Metonicis conflatam 27759. dierum extruxit, quibus absolutis, existimauit Calippus nihil residui remanere de scrupulis Lunæ cum rationibus Solis: vnaq; periodo absoluta, aliam, & iterum aliam inchoandam docuit. Excellens plane hæc fuit periodus, inq; magno olim honore habita, quęq; periodum Metonicam abrogauit; & meminit Ptolemæus huius periodi aliquoties, cumque annis Nabonazareis colligauit lib. 3. *μεγάλης συντάξεως* cap. 2. lib. 4. c. 11. & lib. 6. c. 5. Hanc periodum Calippus eo tempore promulgauit, cum Alexander Magnus Darium Codomannum, vltimum Persarum Regem, ad Gaugmela vicisset, ideo in Alexandri honorem hanc periodum Alexandreā nominauit; Verum sequens vsus Inuentori id honoris detulit, & Calippicam appellauit. Publicauit eam in æstate, cum annus Olympiadicus 447. siue annus 3. Olympiadis 112. apud Athenienses inchoaretur. Ergo cum anno Olympiadico 447. Vrbis 424. Nabonazareo 418. ad finem currente, prima Calippi periodus cœpit. Secunda Calippica periodus initium sumsit cum anno 3. Olympiadis 131. siue Olympiadico 523. Vrbis 500. Nabonazareo 494. ad finem currente. Tertia Calippi periodus cœpit anno 3. Olympiadis 150. seu anno Olympiadico 599. Vrbis 576. Nabonazareo 570. ad finem vergente. Et sic consequenter. Vnde veritas Pto-

lemaicæ

[illegible]maicæ [illegible] apparet. Qui lib. [illegible] c. 2. annum 50. primæ Calip. periodi cum [illegible] 44. a morte Alexandri Magni: libr. 4. cap. 11. annum 54. secundæ periodi Calippicæ cum anno Nabonazareo 547. finiente: annum sequentem 55. eiusdem periodi cum anno Nabonazareo 548. currente cõ[illegible]ir, [illegible]pti[illegible]e sane. Nam primus annus secundæ Calippicæ periodi cœpit 4[illegible]4. Nabonazareo finiente. Ergo 54. illius periodi est 547. finiens 55^tus^ prędi[illegible]æ periodi 548. Nabonazareus. Idem Ptolemæus lib. 6 c. 5 μεγάλης συντάξεως. annum 37. tertiæ Calippicæ periodi colligauit cum anno 607. Nabonazareo. Diximus primum annum tertiæ Calippicæ periodi concurrere cum anno Nabonazareo 570. additis annis 37. prouenient anni Nabonazarei 607. Iudæi post tempora Alexandri Magni ad tempora vsque Constantini Magni, Romanorum Imperatoris, spatio 600. annorum, & vl[illegible]a, hac Epocha vsi sunt. Verum cum circa illa tempora animaduerterent, se in constituendis Ecclesiasticis festiuitatibus à vero Lunæ motu, biduo sæpe aberrare, ideo coacti sunt nouam Calendarii rationem excogitare, quod & perpetuum & mutationi non esset obnoxium: quod & fecerunt tanto artificio, vt artificiosius aliquid ratione lunaris motus nullibi alias inueniatur, hodieque illud Iudæorum Calendarium adhuc apud eos in vsu sit.

Hæc Calippi periodus, licet in magno olim vsu fuerit, nõ nihil tamen ratione lunaris motus abundat. Anni namq; 76. siue 490. Lunationes, ad exactum Lunæ motũ supputatæ, constituunt 27758. dies, horas 18. [illegible] cum aliquot secundis. Ergo periodus Calippica, in 76. annis maior vero lunari motu, horis 5. [illegible]. Quatuor ergo periodi Calippicæ, siue anni 304. vno fere die veram motus lunaris quantitatem anticiparunt. Octo periodi, seu 608. anni, fere biduo. De Calippica periodo vide Scaligerum lib. 1. de temporum emendatione p. 17. & lib 2. p. 72. & seq.

III. Sequitur ÆRA *annorum* PHILIPPI, vel *Philippica*, instituta in Ægypto, in honorem Philippi, parentis Alexandri M. quanquam cum morte demum Alexandri M. cœperit. Horum annorum quantitas mere fuit Nabonazarea: imo, hæc Epocha Æram Nabonazaream in Ægypto obliterauit. Ægyptii namq; statim post mortem Alexandri, Æra Philippica, omissa Nabonazarea, vsi sunt. Huius Aeru meminit Censorinus lib. ad Q. Cęrellium c. 21. his verbis. *Sunt & anni Philippi, qui ab excessu Alexandri M. numerantur, & ad hunc vsq; diem perducti, annos 562. consummant: sed horũ initia semper à primo die mensis eius sumuntur, cui apud Aegyptios nomen est Thot.* Duo docet Censorinus: *Prius*: annos Philippicos Nabonazaream habuisse anni formam, & quantitatem: imo, in Aegypto in locum Epochę Nabonazareæ successisse. *Posterius*: A morte Alexandri ad sua tempora effluxisse annos 562. Atqui supra c. 5. annum sui temporis Censorinus colligauerat, cum anno Olympiadico 1014. Vrbis 991. Nabonazareo 986. Exinde hunc in modum hosce annos Philippicos, cum annis Olympiadicis, Vrbis, Nabonazareis colligamus: si annus Philippicus 562. est 1014. Olympiadicus: Ergo primus Philippi conuenit cum anno primo Olympiadis 114. seu cum anno Olympiadico 453. currente; cum anno Vrbis 430. dimidia sui parte, & paulo plus elapso; cum anno Nabonazareo 424. absoluto, & 25. ineunte, ita vt 425. Nabonazareum, primus Philippi in Aegypto exceperit.

Ex methodo autem capite quarto notum: annum Nabonazareum 425. cœpisse 12. Nouembris. Nam 424. anni Nabonazarei absoluti, per 4. diuisi, 106. dies per intercalationem omissos designat, qui subtracti per 56. & 365. diebus, vel 421. relinquunt diem 315. à Calendis Ianuarii,

Ianuarii, vel 11. Nouembris absolutum. Ergo sequente die 12. annus Nabonazareus 425. cœpit, cum quo die Aera quoque Philippica exordium sumsit. Idem ex morte Alexandri M. firmari potest. Mortuus enim est Alexander anno 1. Olympiadis 114. siue Olympiadico 453. testibus omnibus Historicis. De his annis subtracti anni 29. qui decurrerunt in Olympiadibus, antequam Aera Nabonazarea inciperet, remanebunt anni 424. absoluti ab initio Nabonazaris, ad Alexandri mortem & initium Philippicæ Epochæ. Quot annos etiam Ptolemæus numerat lib. 3. c. 8 *μεγάλης συντάξεως: A regno Nabonazaris, vsque ad Alexandri mortem colliguntur anni* 424. Huius Epochæ meminere multi Historicorum & Astronomorum, eius ergo noticia in vera Historicorum lectione & intellectu perutilis & necessaria.

IV. Aera Alexandrea, famosa satis & celebris. Huius autor perhibetur Calippus fuisse. Verum Calippicam periodum, 19. annis elapsis, demum secuta est, & Aeram Philippicā annis 12. Instituerat Calippus suam periodum ob memoriā solennis victoriæ Alexandri de Dario, vltimo Persarum Rege, anno 6. completo ante Alexandri mortem. Sed commoditas terræcterndis hanc periodum in 19ᵘᵐ vsque primæ Calippicæ periodi distulit, & ex Calippica Alexandrea facta est, mutato solum nomine, sed forma anni Calippica retenta. Varium hæc Epocha anni initium apud diuersos popnlos est sortita. Græci circa æstiuum solstitium annum illum auspicati sunt; Iudæi seqnentibus temporibus hæc æra vsi à vere anni initium sumpserunt; Alii, vt Macedones, Syri, Chaldęi ab autumno; Nonnulli post, pręsertim post confectionem Iuliani Calendarii, cum Calendis Ianuarii huius Aeræ annos auspicati sunt. Manifestum huius rei vestigium in duobus Maccabæorum libris est, de quo mox infra. Idem & in Calippica periodo apud Ptolemæum deprehendimus, lib. 4. c. 11. *μεγ συντάξ.* qui trium Eclipsium meminit, ab aliis, pręsertim ab Hipparcho, obseruatarum. Primę Lunaris, factæ anno 54. secundę Calippicæ periodi, die 16. Mesori, Sole circa finem Virginis constituto, i. circa initium Septembris anno Nabonazareo 547. ad finem properāte: Secundæ, itidem Lunaris, factæ anno 55. eiusdem Calippicæ periodi, nono die Mechir, Sole in 26. gradu piscium constituto, i. circa initinm Veris, anno Nabonazareo 548. currente. Tertiæ iterum Lunaris, factę eodem anno 55. 2. Calippicæ periodi, die 5. Mesori, Sole circa medietatem Virginis constituto, i. paulo ante autumni initium. En, à Virgine ad Pisces, i. ante initia autumni, & veris Ptolemæus annnm Calippicæ formæ, initii ratione mutat. Verum à piscibus ad virginem, i. ante initia Veris & Autumni non mutat: Ergo initinm Calippicæ periodi Ptolemæus non ab æstiuo solstitio cum Græcis, sed ab Autumno cum multis populis sumit. Quanquam dubium merito oriatur, num Ptolemæus, qui primam Calippicam periodum à Solstitio expresse inchoat, in secunda periodo ad autumnum transilierit? Verum hæc aliis fusius discutienda relinquimus. Hæc autem præsens Epocha diuersa, apud diuersos populos, diuersum ob finem, nomina sortita est.

1. Nominatur Aera Alexandrea, quasi dicas: Aera in honorem Alexandri instituta. Quanquam 12. annis mortem Alexandri demum secuta sit, vt paulo post demonstrabitur. 2. Alio nomine à Syris, & Arabibus Christianis hæc Epocha vocatur: Therik Dhil קרנים i. *ἐποχὴ τῦ δικέρωτος*, vel Epocha bicornis (קרנים à קרן *splendor*, Exod. 34. versic. 29. Item, *cornu*: nam cornu, radius quasi capitis. Hinc duale קרנים Habacuc 3. versic. 4. Item Daniel. 8. versic. 6.) Nominatus autem olim est Alexander bicornis, vel

vel à victo[illegible]enta de Perſarum Rege, quem Daniel cap. 8. verſ. [illegible] & ſequentibus in v[illegible]one, vt arietem bicornem, propter duplex regnum, Mediç & Perſ[illegible]s, vidit, quæque Prophetia Alexandro in Ieroſolymæ ingreſſu à I[illegible]s, vt alia multa oſtenſa, teſte Ioſepho lib. 11. cap. 8. ἀρχαιολογίας vel à ſculptura. Nam in antiquis numiſmatibus effigies imberbis Regis, id eſt, Alexandri iuuenis arietinis cornibus exſculpta, ad ſimilitudinem Iouis Hammonii cornuti & barbati. Qua de re vide Scaligerum lib. 5. de temp. emend. p. 400. & ſeq.

3. A Chaldæo-Syris, id eſt, Iudæis olim nominata eſt מנין שטרות id eſt, Æra, ſeu numeratio contractuum, vti Iudæi nominant, vel Æra dominatuum, Dominatorũ ſcil. vel Ducum Alexandri M. Nam hi poſt mortem ſui Imperatoris per bellũ, imperiũ inter ſe diuiſerunt. שׁוֹטֵר enim Hebræis eſt moderator, vel gubernator, Prouerb. 6. verſic. 7. Hinc plurale שׁוֹטְרִים Dominatores, Deuter. 1. verſ. 15. & in Chaldaica terminatione שׁוֹטְרִין.

4. Appellatur hæc Æra ἐποχὴ τῶν ἑλλήνων, Epocha Græcorum, vel ἐποχὴ τῆς βασιλείας τῶν ἑλλήνων, id eſt, Epocha regni Græcorum, id eſt, Ducum Alexandri, & præſertim Seleuci[illegible] cum Alexandro ex Græcia oriundi terram inter ſe diuiſerunt. Vide 1. [illegible]ccab. 1. v. 11.

5. Hæc Epocha alio nomine appellatur, Æra regni Seleucidarum, à Seleuco, qui, recuperara tandem poſt multa prælia Babylone, & Media, regnum Syriæ obtinuit, ſuoque capiti Aſiæ diadema impoſuit, anno 12. poſt mortem Alexandri Magni abſoluto, teſte Ioſepho lib. 12. c. 7. ἀρχαιολογίας. Et Euſebio lib. 8. ἀποδείξεως εὐαγγελικῆς, ἀποδείξει β.

6. Hæc Epocha nominatur etiam κατὰ χαλδαίων, i. Epocha ſecundum Chaldæos, apud Ptolemæũ lib. 9 μεγ. συν. c. 7. item lib. 11. c. 7. Quanquã hæc Ptolemæi Genethliaca Epocha vno anno minor ſit Alexandrea vera. Ptolemæus enim annum 67. Æræ Chaldaicæ connectit cum φδ. 504. Nabonazaræo (male in Latiuo legitur 564, quæ vitioſitas impreſſionis ex Græco corrigenda eſt.) 75. annum Chaldaicum colligauit, cum 512. Nabonazareo. Item, 82 ſecundum Chaldæos, cum anno 519. Nabonazareo. Primus ergo Chaldæorum annus cum 437. Nabonazareo conueniet, cum primus Alexandreus in annum Nabonazareum 436. cadat. De hac Ptolemaica κατὰ χαλδαίων Epocha, videatur Scaliger libr. 5. de temporum emendatione p. 405 & ſequente.

Hæc Æra apud Hiſtoricos in frequentiſſimo olim vſu fuit, non modo apud profanos; verum & ſacros Hiſtoricos. Hac enim Epocha olim vſi ſunt Ioſephus, Arabes, Aſtronomi, Iudæi: in primitiua Eccleſia apud Eccleſiaſticos ſcriptores hęc Aera fuit tritiſſima, teſtibus eorum ſcriptis, & aliquot conciliorum Tomis. Hac Epocha vtuntur quoque libri duo Maccabæorum, verum cum diuerſo anni principio. Prior in Iudæa à Iudęo conſcriptus, hos annos à vere inchoat: Poſterior extra Iudęam, ex 5. libris Iaſonis collectus, 2. Maccab. 2. v. 24. hos annos ab Autumno auſpicatur. Indicia huius rei plurima, in lectione horum librorum occurrunt. Cladem à Gorgia illatam, & expugnationem vrbis Ephron, primus liber coniicit, in annum 149. Græcorum ſeu Alexandreum, quantum ex 5. & 6. capitibus apparet. Secundus contra liber in 148. Hæc namque clades facta eſt in in autumno, cum 149. annus Alexandreus, ratione vernalis initii, iam incœpiſſet, & idem annus ratione autumnalis principii in anno 148. adhuc decurreret. Ita priori libro menſis כִּסְלֵו eſt nonus cap. 4. v. 52. qui partim cum noſtro N[illegible]uembri, partim Decembri conuenit. Ita Demetrius a[illegible]fugit [illegible] Roma

Roma anno Græcorum 151. cap. 7. 1 Maccab. verſ. 1. eodem anno victus eſt Nicanor, menſe Adar, verſic. 43. qui Iudæis vltimus eſt: mox Ieroſolyma vaſtatur primo menſe, anno Græcorum 152. 1. Maccab. 9. v. 3. Ergo menſis Adar partim cum noſtro Februario, partim Martio concurrens, finiuit annum 151. Alexandreum, & menſis primus Niſan inchoauit annum ſequentem. Prior ergo Maccabæorum liber Græcorum annos à vere inchoat: poſterior ab Autumno, teſtibus bona fide Hiſtoricis, & Macedonicis menſibus, quibus poſterior liber Maccabæorum vtitur, cap. 11. verſ. 21. 33. & 38. Hæc ergo Epocha Alexandrea, vel Græcorum cœpit anno primo, Olympiadis 117. vel anno Olympiadico 465. Vrbis 442. Nabonazareo 436. ad finem currenre: anno 19. primæ Calippicæ periodi; anno 13. poſt mortem Alexandri Magni currente. Hanc connexionem firmiſſimis iam argumentis, ex Ioſepho lib 12. cap. 7. Ptolemæo lib. 11. cap. 7. Euſebio lib. 8. Demonſtrationum Euangelicarum, demonſtratione 2. Socrate Hiſtorico, Epheſino Concilio, Alphonſinis tabulis, & plurimis Ægyptiacis & Arabicis Aſtronomis, ante nos Scaliger libro quinto de temporum emend. p. 402. Item Caluiſius cap. 14. Chron[illegible]icæ Iſagoges demonſtrarunt; quo huius excellentis ſtudii cultores br[illegible]tatis amore remittimus. Fallitur ergo Codomannus, qui hanc Æram Alexandream, menſe quaſi quinto, poſt Alexandri Magni mortem mox inchoauit, lib. 4. ſuæ Chronologiæ cap. 12. & 14. per taxandam nouitatem, & contra omnium Hiſtoricorum & Chronologorum veterum & recentium poſitum, quinimo contra cæleſtis motus veritatem. Quanquam & hoc vitium in Chronici Carionis lib. 2. reperiatur.

V. ÆRA DIONYSIANA. Nomen accepit hæc Æra à Dionyſio Mathematico, quam hic inſtituit in honorem Ptolemæi Philadelphi, Secundi Ægyptiorum Regis, inſignis eruditorum virorum fautoris, & rei literariæ Mecœnatis, ſub quo & diuina lex in Græcum ſermonem verſa eſt, Ioſepho teſte lib. 12. Antiquitat. cap. 2. quique inſignem Bibliothecam Alexandriæ in Ægypto extruxit. Hinc nominantur *anni Philadelphi Dionyſiani.* Initium huius Æræ exurgit à primo huius Ptolemæi anno, anno 39. à morte Alexandri abſoluto, quod ex Ptolemæo, qui hanc Epocham aliquoties adducit, firmiter probari poreſt. Nam lib. 9. *μεγάλης συντάξεως* cap. 7. & lib. 10. cap. 4. & 9. annum 13. Philadelphi, & 13. ſecundum Dionyſium, cum anno 476. Nabonazareo connectit; cum 52. à morte Alexandri Magni. Annum 23. & 24. Dionyſianum, cum Nabonazareo 486. annum 28. cum Nabonazareo 491. Ita lib. 11. cap. 3. annum 45. ſecundum Dyonyſium colligavit cum 83. à morte Alexandri ad finem currente. Ex his ergo Ptolemæi locis colligimus: 1. Hanc Epocham Philadelphi Dionyſianam cœpiſſe cum initio regni Ptolemæi Philadelphi. Nam 13. Philadelphi, & 13. ſecundum Dionyſium eundem habent annum Nabonazareum 476. 2. Initium huius Æræ Dionyſianæ ſumendum à 39. anno, à morte Alexandri Magni abſoluto; & 40. currente. Sin atque 13. Dionyſianus eſt 52. à morte Alexandri: Ergo primus eſt 40. currens. Ita: Si 45. Dionyſianus eſt 83. à morte Alexandri Magni: Ergo primus eſt 39. abſolutus à morte Alexandri. Vnde conſequitur primum annum Dionyſianum cœpiſſe anno 3. Olympiadis 123. ſiue 491. anno Olympiadico ad finem currente; Vrbis 469. Nabonazareo 463. 46. anno primæ Calippicæ Periodi, ex Iudaico anni initio; anno 40. Philippico, ſeu Alexandri emortuali, 28. Alexandreo. De huius anni forma vide Scalig. lib. 5. de tempor. emend. p. 407. & ſequente.

Memi-

Meminit huius Epochæ Ecclesiasticus in sua Præfatione, affirmans, se ἐπὶ τῷ ὀγδόῳ καὶ τριακοστῷ ἔτει τοῦ Εὐεργέτου βασιλέως, id est, *anno 38. sub Euergete Rege, in Aegyptum venisse.* Hic Ecclesiastici locus Interpretes varie torsit. Al[i]i sicco pe[d]e hunc nodum prætereunt: Nonnulli numerum in Syracidæ vel corruptum; vel Eusebii numerum, ex hoc Ecclesiastici numero, corrigendum existimant. Eusebius enim in Chronico suo Euergetę Regi 26. tantum annos tribuit, quem omnes sequuntur.

Verum non opus est hac correctione, vel corruptionis coniectura, tum in Syracide, tum Eusebio. Si namque dicamus, Ecclesiasticum hunc 38. annum ab initio Dionysianæ Æræ sumere, facilimum erit nos ex his tricis expedire. Ptolemæus enim Philadelphus secundum Iosephum lib. 12. antiq. c. 2. regnauit per 39. annos, secundum Eusebium, per 38. in prioribus annis cum parente. Hunc Philadelphum secutus est Euergetes, cuius E[c]clesiasticus meminit. Dicamus ergo 38. annum apud Ecclesiasticum esse 38. Dionysianũ, vel à Philadelpho. Tricesimus ergo octauus apud Syracidem in initium regni Euergetis cadit. Quod hoc loco adiiciendum erat.

VI. Seqnitur ÆRA HASMONEA, solis Iudæis post Maccabæorum tempora celebris. Initium hæc Æra sumit ab eo tempore, quo Simon Hircanus summus in Iudæa Pontifex, & Dux arcem Sionis, ab hostibus per 25. annos obsessam, deditione cepit. Factum id est anno Græcorum 17[0] desinente, & 171. cum vere incipiente, 1. Maccab. 13. vers. 41. & 51. 23. die secundi mensis, id est, in Maio. Hoc tempore iugum Gentium ab Israele a Simone sublatum est, & in memoriam tam insignis victoriæ & liberationis Æra à Iudæis fixa in honorem Simonis Hircani, qua de re prior Maccab. liber cap. 13. versic. 41. & 42. & cap. 14. versic. 27. hunc in modum scribit: *Anno* 170 (absoluto) *sublatum est iugum gentium ab Israele, cœpitque populus Israeli scribere in Syngraphis, & contractibus, anno 1. Simeonis principis, summi Pontificis, & Imperatoris, ac Ducis Iudæorum.* Item: *Die* 18. *Elul anno 172. qui tertius est Simeonis summi Pontificis.* Hanc Æram Iudæi postea nominarunt Æram *Hasmoneam*, vel חשמנים, id est, Principum. Ita namque Hebræa vox vsurpatur Psalm. 68. vers. 32. *Aera* ergo *Hasmonea* apud Iudæos, & *Aera Simonis Hircani* in priore Maccab. libro, vna est & eadem. Hac Æra Iosephus sæpe vtitur in suis libris. Durauit ad annos 105. donec Antigonus vltimus ex Hasmoneorum familia, mandante Antonio, securi percussus est, eo tempore, quo Herodes Magnus Ierosolymam expugnauit. Iosephus libr. 14. antiqui[t]at. cap. 28. annos habet 126. Verum eos inchoat ab encæniis Maccabæi, factis anno 148. regni Græcorum 1. Maccab. 4. v. 52. Ergo encænia Maccabæi præcesserunt primum Simonis annum, 20. annis solidis Hi additi ad [10]5. resultabunt 126. anni, quot Iosephus habet. Initium ergo huius Æræ cadit in annum 2. Olympiadis 159. siue annum Olympiadicum 634. finientem; Vrbis 612. ineuntem; Nabonazareum 505. dimidia sui parte, & paulo plus elapsum; in annum 36. tertiæ Calippicæ periodi; in annum 182. Philippicum; 170. Alexandreum siue Græcorum: 143. Dionysianum.

VII. AERA ANTIOCHENA, denominata ab Antiochia celebri Syriæ ciuitate, cuius frequens in sacris mentio, præsertim in actibus Apostolicis, & in qua ciuitate fideles primum omnium Christianorum nomen adepti sunt, Actor. 11. vers. 26. Hanc Epocham Antiocheni instituerunt in memoriam αὐτονομίας suæ. Huius Epochæ sæpe meminit Euagri[us] [l]ib. 2.

cap. 12. Ecclesiast. Historiæ, qui hanc Æram ipse nominat *αὐτονομίας ἀντιοχείας*, & sub Traiano Imperatore, horribilem in Antiochia terræ motum, (cuius & Dio Cassius meminit lib. 68. Roman. Historiæ) factum commemorat anno 159. ab Antiochæ *αὐτονομίᾳ*. Factus est autem hic terræ motus anno Vrbis 864. Initium ergo huius Epochæ Antiochenæ cadit in annum primum Olympiadis 183. currentem, siue annum Olympiadicum 729. Vrbis 706. Nabonazareum. 701. incipientem annum 55. quartæ Calippicæ periodi: annum Philippi 277. ineuntem: annum Alexandreum 265. annum Dionysianum 238. Hasmoneorum 68.

VIII. ÆRA IVLIANA à Iulio Cæsare, primo Romanorum Imperatore, ita nominata, non quidem ab eius imperio, verum prima Romani anni reformatione, nouaque Calendarii promulgatione. Nam ante Iulium Cæsarem, per annos quasi 700. ab Vrbe condita, Romani perturbatam plane anni formam habuerunt, quæ per vitiosam Merkedonii mensis & dierum intercalationem, de sua sede sæpe turbata, & luxationem passa est, mensesque hyemales in Autumnum, autumnales in Æstatem, & ita consequenter traiecti sunt, cuius rei vestigia in Liuio, Cicerone, aliisque autoribus, occurrunt plurima. Iulius ergo Cæsar istam vitiositatem corrigere volens, ex Ægypto Sosigenem Mathematicum euocauit, perpetuamque anni formam, priore correcta, diebusque 90. intercalaris, confici curauit, anni initio à Nouilunio hyberno, solstitio proximo, sumpto. Qua de re Suetonius hunc in modum scribit: *Conuersus hinc (Iulius) ad ordinandum Resp. statum, fastos correxit, iam pridem vitio Pontificum per intercalandi licentiam adeo turbatos vt neque messium æstate, neque vindemiarum autumno competerent. Annumque ad cursum solis accommodauit, vt* CCCLXV. *dierum esset: & intercalario mense sublato, vnus dies quarto quoque anno intercalaretur. Quo autem magis in posterum è Kalendis Ianuariis nobis temporum ratio congrueret, inter Nouembrem ac Decembrem mensem interiecit duos alios: fuitque is annus, quo hæc constituebantur,* XV. *mensium, cum intercalario, qui ex consuetudine in eum annum inciderat.*

Hanc autem Æram Censorinus cap. 21. ad Quintum Cærellium hoc modo connectit: vt dicat annum 283. *Iulianum conuenire cum anno* 1014. *Olympiadico:* 991 *Vrbis:* 986. *Nabonazareo:* 562. *Philippico.* Primus ergo Iulianus cœpit anno Olympiadico 731. siue anno 3. Olympiadis 183. dimidia fere parte elapso: anno Vrbis 708. finiente, si annorum initium à vere sumatur, sin à Calendis Ianuarii, annus erit Vrbis 709. iniens, Iulio Cæsare quartùm & Quinto Fabio Maximo Coss. anno Nabonazareo 703. currente: anno Philippico 279. Alexandro 267. Dionysiano 240. Hasmoneo 66. anno 3. Antiochenæ *αὐτονομίας* currente: annis 45. solidis ante vulgatam Christianam Æram. Qui plura volet de prisco Romanorum anno, annique per Iulianum correctione, legat Dionem Cassium lib. 43. Romanæ historiæ: Censorinum lib. ad Quintum Cærellium cap. 18. & 20. Scaligerum libro secundo de temporũ emendatione pag. 164. & sequentibus, & libr. 5. pag. 411. & sequentibus: Caluisium capite septimo & 19. suæ Chronologicæ Isagoges: Buntingum in Chronico pagina centesima nonagesima tertia, & multos alios.

IX. AERA HISPANICA, cum Iuliana plane eadem, quoad quantitatem, annique initium, verum 7. completis annis Iuliana iunior. Hispani namque anno demum 7. post Iuliani Calendarii, in Italia promulgationẽ, à Domitio Caluino, Procõsule, Roman. potestati subiecti, cũ an. 8. Iuliano

Iulianam

Iulianam anni formam in signum obedientiæ recipere coacti sunt. Hæc ergo Aera cœpit anno 2. Olympiadis 158. currente, siue anno Olympiadico 738. Vrbis 715. ad finem currente, vel 716. ineunte, Claudio Pulchro, & Norbano Flacco Coss. Nabonazareo 710. anno 64. quartæ Calippicæ periodi; anno 286. Philippico; 274. Alexandreo currente: 247. Dionysiano; anno 10. Aeræ Antiochenæ; 8. anno Iuliano ineunte; 38. annis solidis ante Christianam Aeram. Alphonsini in tabulis hanc Aeram nominant *Aeram Cæsaris*, vel *καὶ ἐξοχὴν Aeram Aera*. Vsitata est hæc Epocha in Conciliorum Tomis, ideo eius cognitio, verumque initium, homini Theologo in Conciliorum lectionibus plane necessaria.

X. Aera Actiacæ Victoriæ. Nomen hæc Aera sumit ab eo tempore, quo Augustus Imperator nauali pugna Antonium ad Actium, Epiri promontorium, vicit. In cuius victoriæ memoriam non modo Nicopolis ibidem loci exædificata, verum & ab Historicis, sequentibus temporibus, in Augusti honorem Aera fixa est. Quia vero Actiacam hanc victoriam anno demum sequente Aegypti occupatio, & violenta Antonii mors subsecuta st: ideo Historici duplex habent initium annorum Actiacæ Victoriæ. Prius à nauali pugna, & Augusti victoria ad Actium promontorium, facta 2. Septemb. anno Iuliano 15. Octauiano tertiû & Valerio Messala Coss. teste Dione lib. 50. Romanæ historiæ, qui & ipse cum Xiphilino, abbreuiatore suo, hanc Aeram, ab hac victoria Actiaca inchoat.

Posterius à violenta Antonii morte, & Alexandria in Aegypto occupata. Factum id est anno sequente, in Aestate, anno Iuliano 16. currente, Octauiano quartùm, & M. Licinio Crasso Coss. teste Dione lib. 51. Rom. Historiæ. Hinc Censorinus autor est lib. ad Cæral. cap. 25. Aeram Actiacæ victoriæ in Aegypto, post occupatam ab Augusto Alexandriam initium sumsisse, qui & ipse ibidem loci, annum 267. Actiacæ victoriæ reiicit in annum 1014. Olympiadicum; 991. Vrbis; 986. Nabonazareum: 562. Philippicum; 283. Iulianum.

Hi autem anni Actiacæ victoriæ in Aegypto tum vsitati, anni Nabonazarei, tum 29. Augusti in viriato Calendario incipientis, initium, verum ex Iuliana anni quantitate fixum habuerunt. Conuenit ergo primus annus Actiacæ victoriæ ex Aegyptiorum & Censorini numeratione, cum anno 3. Olympiadis 187. siue anno Olympiadico 747. (& ita Iosephus lib. 15. c. 16. Actiacam pugnam γεναῖς in Olympiadem 187. reiicit.) Vrbis 724. Nabonazareo 719. ineunte: (& ita Ptolemæus lib. 3. μεγ. συντάξ. c. 8. à principio Nabonazaris, vsque ad Aeram Actiacæ victoriæ elapsos ait, annos 718. solidos, ita vt 719. sit primus Actiacæ victoriæ.) Philippico 295. incipiente: (& ita Clemens Alexandrinus libr. 1. στρωμάτων à morte Alexandri, à qua anni Philippici initium sumunt, ad Augusti victoriam, quando Antonius sibi ipsi mortem consciuit Alexandriæ, annos 294. numerat.) Anno 73. quartæ Calippicæ periodi, anno 283. Alexandreo ineunte; 256. Dionysiano; 19. Antiocheno; 16. Iuliano; 9. Aeræ Hispanicæ.

Quod autem annus Nabonazareus 719. cum quo anni Actiacæ victoriæ coniungendi, in 29^m Augusti cœperit, ex methodo superius tradita, hoc modo probatur. Diuidantur anni 719. per 4. producunt dies 179. per intercalationem omissos, qui subtracti à diebus 56. & 365. siue 421. diebus, relinquunt dies 242. à Calendis Ianuarii, siue vltimum Augusti, ex vera Iuliani anni intercalatione; quanquam tum temporis vitiosa Iulia-

ni anni singulis trienniis intercalatio, hunc annum Nabonazareum in diem 29. Augusti traiecerit: qua de re alibi fusius.

XI. ÆRA ANNORVM AVGVSTI, cuius Romani scriptores sæpe meminere. Initium sumit hæc Aera ab eo tempore, quo Octauianus Cæsar à S.P.Q.R. *Augustus* appellatus est. Cum enim Octauianus insignem illam, de Antonio, victoriam esset consecutus, totamque Aegyptum in prouinciam Romanam redegisset, anno sequente 17. Iuliano, Octauiano quintùm, & Sexto Apuleio Coss. multi triumphi in honorem Octauiani acti fuerunt. Id Octauiano arridens, anno sequente Iuliano 18. Octauiano sextùm,& M. Vipsanio Agrippa secundùm Consule, censum egit, Apollinis templum perfecit, ludos quinquennales instituit, triumuiratus acta aboleuit: quo facto ingentem apud ciues gratiam iniuit, qua vt vteretur, & imperium suum stabiliret, volentibusque imperaret, anno sequente Iuliano 19. septimum cum Vipsanio consulatum iniens, orationem in Senatu, qua imperio se abiturum, pollicebatur, recitauit, qua effecit, vt omnibus summe annitentibus compelleretur, vt principatum solus obtineret, ideoque exante diem 16. Calend. Febr. siue 17. Ianuarii per Lucium Munatium Plancum, à S. P. Q. R. *Augustus* & αὐτοκράτωρ appellatus & salutatus est. Videatur Dio Cassius lib. 52. Roman. historiæ, Censorinus cap. 21. & alii. Ab hoc anno incipiunt anni Augustorum apud Censorinum, qui annum 265. Aeræ Augusti, connectit cum 1014. anno Olympiadico: 991 Vrbis: 986. Nabonazareo: 562. Philippico: 283. Iuliano: 267. Actiacæ victoriæ. Ergo primus annorum Augusti incidit in annum Olympiadicum 749. siue annum 1. Olympiadis 188. dimidia sui parte fere elapsum: (anni namque Augustorum à Calend. Ianuar. initium habent.) in annum Vrbis 726. finientem: in annum Nabonazareum 721. iamiam ad finem currentem: in annum Philippicum 297. itidem ad finem properantem: in annum Iulianum 18. finientem, & 19. ineuntem; in annum tertium ab Actiaca victoria currentem. Verum in supputatione, & collatione annorum Augusti, cum annis Iulianis & Actiacæ victoriæ vera ratio adhibenda est. Si enim absque ratione annum 283. Iulianum, annum item 267. Actiacæ victoriæ, ab anno 265. Augusti subtrahimus, 18. anni Iuliani, & duo Actiacæ victoriæ, supererunt: exinde quis colligere posset, annum primum Augusti incidere in 18. Iulianum, in secundum ab Actiaca victoria, cum tamen primus annorum Augusti cum 19. Iuliano conueniat, & cum 3. Actiacæ victoriæ currente. Ideò in supputatione ex 283. annis substractio instituenda, & proueniet annus 19. Iulianus. Ita progrediendũ in annis Actiacæ victoriæ. Diximus enim supra, hos annos incipere 29. Augusti. Quia vero Censorinus ante 29. Augusti libellũ suum conscripsit, voluit, vt optimus temporum supputator, annum Actiacæ victoriæ 267. vt nondum completum, verum iamiam finiendum sumere, & eundem cum annis Augustorum conferre. À die 29. Augusti incepit 268. Actiacæ victoriæ, concurrens adhuc bona sui parte cum anno 283. Iuliano, & 265. Augustorum. Hinc arguimus: Si 268. annus Actiacæ victoriæ incipit 29 Augusti, & cadit adhuc in 283 Iulianum, & 265. Augustorum, qui à Calend. Ianuarii cœperunt. Ergo annus Actiacæ victoriæ primus incidit in 29. Augusti, anni Iuliani 16. Atqui anni Augustorum cum 19. Iuliano cœperunt. Ergo Aera Actiacæ victoriæ, ab annis Augustorum distat annis duobus solidis, & 125. diebus, quantum dierum est à 29. Augusti anni 16. Iuliani, ad Calend. Ianuarii 17^{mi} secus quam Christmannus opinatur,

qui

qui d[illegible] annorum Augusti, ab annis Actiacæ victoriæ, vnius tantum anni facit, contra Dionem, Censorinum; imo & cœlestes motus. Qua de re vide Caluisium in Chronologica Isagoge capite quadragesimo [illegible]o.

Sufficiat pro tempore illud vnicum ad Christmanni refutationem: Antonii violenta mors, & Alexandriæ occupatio, facta est Octauiano quartùm Consule: Octauianus septimùm Consul Augustus est salutatus, e[x] ante diem 16. Calend. Febr. Ergo duo integri anni inter Antonii mortem & annos Augustorum interponendi, quintus scilicet & sextus Consulatus Octauiani.

XII. Æra Christiana Iuliani anni quantitatem & qualitatem sequens. Instituta fuit hæc Aera à Christianis in honorem incarnationis Filii Dei. Et merito sane. Si namque reliqui populi & pagani, ab vna vel altera suorum Imperatorum victoria, vel à notabili aliquo euentu Epocham fixerunt: quanto magis Christianorum erat, cum exordio æternæ liberationis, per incarnationem filii Dei factæ, exordium alicuius Epochę figere. Hoc enim vere tremendum & notabile fuit mysterium *ὁμολογουμένως μέγα*, ideoque dignum memoria & Epochæ fixione.

Magnam ergo admirationem habet primitiuæ Ecclesiæ Noui Testamenti incogitantia & obliuio. In quinque enim prioribus seculis nullum ab hoc tremendo opere Epochæ vestigium. Patres namque & Ecclesiastici scriptores in quinque prioribus ab *ἐνσαρκώσει τοῦ λόγου* seculis, huius Epochæ nullam vnquam mentionem fecere; quinimo dubitare quis posset, num aliqua cogitatio animos eorum, de figenda hoc loco Epocha saltem vellicarit. Vsi sunt aliis Epochis, Alexandrea, Antiochena, Iuliana, Diocletiana: de hac Christiana Æra altum silentium. Tandem circa annum Dominicum 527. *Dionysius*, cognomento *Exiguus* natione Sytha, primus in Ecclesia docuit annos à Christi natiuitate numerare. Qui mos sequētibus temporibus, sepositis aliis gentilibus Epochis in Christianitate continuatus, & ad nostra vsque tempora deuolutus est. Quanquam hæc Dionysiana annorum numeratio, biennio & quadrante fere anni, à vero tempore incarnationis filii Dei aberret, & præsens 1612. annus Christi Dionysianus ad finem currens, sit iniens, à vero incarnationis filii Dei anno 1615. Quod ante nos firmissimis iam argumentis demonstrarunt Scaliger, Caluisius capite quadragesimo quarto suæ Isagoges, Temporarius, Origanus & alii. Quæ diuersitas ab eruditis quidem obseruanda: verum in Ecclesiam non introducenda est. Ea namque correctio absque magna Ecclesiasticorum annalium confusione vix fieri potest, ideo necesse est, nos hanc diuersitatem biennii tolerare.

XIII. Æra Agonum Domitiani. Hic enim Imperator, Agones Capitolinos, id est, certamina & exercitia, in honorem Iouis Capitolini instituit, post decursum 4. completorum annorum ad imitationem Olympiadicorum in Gręcia certaminum, semper obseruanda, & à Calend. Ianuarii inchoanda. De hisce Agonibus Suetonius in Domitiano; *Instituit & quinquennale certamen, Capitolino Ioui triplex, Musicum, Equestre, Gymnicum.* Et Censorinus cap. 18. non modo horum Agonum meminit, verum & tempus ponit, cumque sua ætate colligauit. Sic enim ait: *Agonum primus à Domitiano institutus, fuit 12. eius & Cornelii Dolabella consulatus. Itaque hoc anno, quo celebratus est Agon, vndequadragesimus numeratur.* id est, annus 153. a primo Domitiani Agone. Quem annum c. 21. reiicit in annum Olympiadicum 1014.

Vrbis 991. Nabonazareum 986. Philippicum 562. Iulianum 283. Actiacę victoriæ 267. annorum Augusti 265. Primus ergo Agon Domitiani factus est anno primo Olympiadis 216. siue anno Olympiadico 861. vrbis 839. Nabonazareo 834. per medietatem elapso; Philippico 490 Alexandreo 397. Dionysiano 370. Antiocheno 133 Iuliano 131, Actiacæ victoriæ 115. à vero anno nati Seruatoris 88. ab Aera Christi Dionysiana 86. Quod & ex Clemente lib. 1. *στρωμάτων* probatur. Affirmat enim à tempore occupatæ per Augustum Alexandriæ, & violentæ Antonii mortis, ad certamen, quod Romæ Domitianus exhibuit, effluxisse annos 1141. solidos intellige.

XIV. ÆRA DIOCLETIANA. Hæc Aera nomen accepit à Diocletiano Romanorum Imperatore, non ab initio eius imperii, vt nonnulli existimant, verum à grauissima illa persecutione, qua anno 19. sui imperii in Christianos, præsertim in Ægypto, sæuit. De qua persecutione referti sunt libri Patrum, & hominum Ecclesiasticorum in primitiua Noui Testamenti Ecclesia, & à qua persecutione, eiusque memoria, Aera olim fixa est, quæ adhuc hodie in Aegypto apud Christianos in vsu. vti videre est in Tomo 6. annalium Baronii, & literis B. Ignatii Patriarchę Antiocheni datis ad Iosephum Scaligerum. Sic enim Ignatius scribit: *Quæsiuisti super Aera martyrum vsitata ab Aegyptiis, quaenam illa sit, & ob quam causam ita appellata. Scito eius initium esse ab anno, regni Diocletiani impii, 19. in quo auxit persecutionem contra Christianos, cum edixisset eorum Ecclesias destruere, item, vt quicunque idolis non sacrificaret, interficeretur. Quocirca hoc edicto martyrio affecti sunt fidelium terra Aegyptia* 144000. 700. *autem millia in fugam dissipata: ab eo tempore incipit Aera Elkupti, quam vocant Aeram martyrum, eorum nempe, quorum sanguinem profudit Diocletianus.* Hactenus Ignatius. De grauissima hac persecutione vide Eusebium lib. 8. Ecclesiasticæ historiæ. Vsi olim sunt hac Aera, & adhuc Africani Christiani, in Aethiopia & Aegypto. Aethiopes hanc Aetam vocāt, *Aerā gratiæ:* Aegyptii, *Aeram martyrum*, vel, *à sanctis martyribus.* Arabes Muhammedani vocant *Therik Elkupti*, vel Kopritarum, id est, Aetam Ægyptiacam, Christianis in Aegypto vsitatam, Eusebius hanc Aeram vocat, *Aeram διωγμῶ*, id est, *Aeram persecutionis*, Diocletianæ scilicet in Christianos. Diocletianus autem regnare cœpit anno Aeræ Christianę 284. Primus ergo annus persecutionis, in 19. Diocletiani cadens, annus est Aeræ Christianæ 303. qui fuisset quintus à vero anno Incarnationis filii DEI, quo Eusebius collimare videtur, dum primum persecutionis annum reiicit in annum 306. à Christo nato. Idem & aliquot paschalium terminorum meminit lib. 8. c. 16. Quo huius studii cultores ad veram temporis indagationem, breuitatis amore remittimus. Mentionem quoque horum annorum facit Ambrosius in Epistola ad Episcopos per Aemiliam constitutos. B.

XV. AERA INDICTIONVM. Huius Aeræ autor fuit Constantinus Magnus. Continet autem vna Indictio spatium 15. annorum, quo absoluto, alia Indictio incipit. De ratione autem appellationis, vt & quantitatis, non conuenit autoribus. Scaliger existimat, Indictionis nomen à [illegible]icatione quinquennalium festorum oriri, & Constantinum Magnum indictionem nominasse, quia tum, anno scilicet Aeræ Christianæ 312. quinquennalia, quinto sui regni anno celebrarit, pôst anno sui regni 20. vicennalia dederit. Verum repugnat tempus imperii Constantini, annus enim Ætæ Christianæ 312. non est quintus, sed septimus imperii Constantini. Alii volunt Indictionem à Constantino institutam,

... de Maxentio Maximiniani filio ad Milui... ...fr... rum re... ? præ... Constantinianæ Indictionis cœperit d. e 8. Calend. Octob. ... Maxentius autem in Nouembri victus sit, teste Sozomeno. Baronius in a... ibus, probabilem maxime appellationis ... nem adducit: Indictiones ideo institutas, quod Constantinus tempus le... timorum stipendiorum militarium, quod 16. annorum hactenus fuerat, publico indicto redegerit ad 15. & hunc cyclum ideo indixerit, vt milites tanto certius scirent tempus suæ missionis. Palladius Indictionē nominat *distributionem*. Sic enim ait: *Tertia decima distributione Episcopi Asiæ venerunt Constantinopolim.*

Germanis hæc Aera nominatur, Der Römer Zinßzahl/ quasi à tributa nomen haberēt Indictiones: cum tamen tempore constitutarum Indictionum Constantinus omnibus gentibus tributum remiserit. Quanquam po... stremis temporibus hæc Indictio ad tributorum Indictionē sit adhibita, vt ex Codice Iustinianeo cōstat, vnde appellationē Germanicā fluxisse verosimile est. Hac indictionis Aera vt plurimum Notarii in conficiendis instrumentis, & aliis rebus consignandis vtuntur, ex mandato Imperatoris nouella 47. c. 1. in signum subiectionis Rom. Imp. Harum Indictionum initium Constantinus locauit in 24. Septemb. anni Aeræ Christianæ 312. Verum sequentibus temporibus Indictiones initium à Calend. Ianuar. sumserunt. Vnde primus annus primæ Indictionis, merito in annum 313 Aeræ Christianæ locatur: præsens ergo annus Aeræ Christianæ 1612. ad finem currens, est annus 10. Indictionis 87.

XVI. ÆRA ANNORVM HEGIRÆ, Turcis & rerum Sarracenicarum, vel Musulmannicarum Scriptoribus, vt & Astronomis etiamnum hodie perquam vsitata. Nominantur anni Hegiræ vel ab הגר ancilla Abrahami Sarracenicæ gentis matre: vel à הגר, id est, fuga vt Arabes ad vnum omnes interpretantur, eo quod Muhamedes Pseudopropheta hostibus p... legem Alcorani latam inualescentibus, Mecha, Arabiæ Vrbe, fugere cogeretur. Alias nominatur *Aera Arabica*, siue *Turcica*. Initium autem huius Aeræ exurgit cum anno 622. Aeræ nostræ Christianæ cum nocte, quæ secuta est diem 15. Iulii, (id est, incipiente die 16.) qua nocte Mahomet Vrbe Mecha aufugit. Quantitas annorū Hegiræ mere est Lunaris. Hinc fit, vt initia ho... annorum in anno nostro Iuliano 11. fere diebus anticipent, (annus enim Lunaris est dierum 354. & horarum 8. cum ... annus vero Iulianus est dierum 365. & 6. horarum) & anni 33. Hegire, annos quasi 32. Iulianos constituant.

Quo vero artificio cuiuslibet anni Hegiræ verum initium in Iul... nostro Calendario deprehendi & inuestigari possit, fusioris & Astronomici laboris est, quem ante nos plurimi præstantissimorum Virorum confecerunt, quo breuitatis amore huius stud... s ... tt'mus. Mēses tantū ... tentur Turcis vsitati: 1. Muharam vel ... harra... 2. Sepher, vel T... aru. 3 Rabie euel. i prior. 4 Rabie ... i. posterior. 5. Giumadi Euel. i. prior. 6. Giumadi Achir. i. posterior. 7 R... ab siue Regiabu, al... Re...eb. 8. Schaban siue Sahabenu. 9 Ramadan, al... ... 10. Schebal, al... Sch... val, ... S...ebalu. 11. Dulkaida, vel D... ... alii Silkade. 12. Dulchagiathi ... D... ... Item Zihtshe: Item S...

XVII. ÆRA ANNORVM IETZ-DA... IRD, cuius Alfraganus meminit

nit. Appellationem hæc Æra sortita est, à Jetz de Girdo, filio Syrois, Persarũ Regis, qui à Sarracenis, Duce Othomanno ad Mergã oppidũ Persiæ, vict° & interfectus est. Æra ergo Ietzdegird est Æra ab occupato à Sarracenis Persiæ regno. Othomannica ergo potius Æra appellanda fuisset: verum vsus obtinuit, vt Ietzdegirdica vel Persica fuerit appellata, dubio procul in ignominiam victi & interfecti Ietzde Girdi. Antecesserant hanc Æram anni Nabonazarei 1379. cum 3. mensibus. Ex annis vero Arabicis siue Hegiræ dies 3623. testibus ipsis Arabibus. Initium ergo huius Æræ cadit in 16. Iunii anni Æræ nostræ Christianæ 632.

XVIII. Æra Constantinopolitana Paschalis. Ita namque hanc Æram Scaliger nominat lib. 5. de tempor. emend. pag. 341. Hæc Æra adhuc hodie trita est, & vsitata Moscowitis, Bulgaris, Georgianis, Iberis, Circassis, Illyriis, Albanis, Christianis Græcis, & aliis populis, illum terræ tractum incolentibus, & Patriarcham Constantinopolitanum Ecclesiæ caput agnoscentibus. Necessaria ergo est huius Epochæ cognitio in historia Constantinopolitana, & rebus Græcorum Ecclesiasticis: item in lectione historiæ Moscowiticæ. Numerat autem hæc Æra à capite vel principio ad annum vulgatæ nostræ Aeræ annos solidos 5508. vel ad Nicephori & aliorum orientalium Græcorum imitationem, qui ab annis Mundi ad natum Seruatorem annos 5500. interdum & vltra numerant, ex vitiosa additione annorum in Patriarchis, ante- & post- Diluuianis, in Genes. 5. & 11. capitibus, interuallo item ab exitu Israelitarum ex Aegypto ad initium structuræ Salomonici templi. Qua de re supra libro præcedenti, titulis, 1. 2. 3. vel ob cyclorum correspondentiam. Videatur Scaliger citato loco, & Origanus in sua in Ephemerides introductione parte prima cap. 1. Verum exemplis hanc Aerã tum declaremus, tum ad Christianam Aeram alligemus. Testatur Paulus Iouius in suo de legatione Moscovvitarum libro, Basilium magnum Moscowitarum Imperatorem, ad Clementem VII. Roman. Pontificem literas misisse anno Moscowitico 7030. Aeræ Christianæ 1522. Ita Scaliger scribit in notis ad Eclogas magni computi ex Maximo Monacho pag. 701. Czar Iuban Basiliowitz Magnum Moscowitarum Imperatorem ad Maximilianum II. Rom. Imperatorem literas scripsisse anno Creationis Mundi Moscowitico 7084. Aeræ nostræ Christianæ 1576. Ita literas ego vidi Magni Moscowitarum Imperatoris, datas ad Dñ. D. Casparum Fidlerum Medicum, anno Moscowitico 7109. Aeræ Christianæ 1601. Ad inuestigandum ergo annum Aeræ Christianæ ex dato anno Moscowitico, 5508. anni subtrahendi sunt, residuum monstrat mihi Aeram Christianam. Subtrahe de 7030. annos 5508. remanent a. 1522. à nostra Aera Christiana. Ita de 7084. annis Moscowiticis 5508. abiiciantur, remanebunt anni 1576. ab Aera nostra Christiana. Simili modo in tertio exemplo progrediendum. Ab annis enim 7109. detracti 5508. remanet annus 1601. nostræ Aeræ Christianæ. Vel alio modo inuestigatio & colligatio potest substitui. Ad datum enim annum Aeræ nostræ Christianæ, 5508. anni addendi sunt, & habebimus annum Moscowiticum. Ad annum præsentem nostræ Aeræ 1612. adde annos 5508. & erit annus Constantinopolitano-Moscovviticus 7120. Et ita in reliquis.

Atq; hactenus de præcipuis Epochis, qua potuit fieri breuitate egim°. Quæ notitia plurimum luminis & iucunditatis in omnium gentium historica lectione, & notatione nobis subministrat. Digna ergo, imo dignissima hæc noticia sedulo & attento studio & consideratione.

TITV-

TITVLVS SECVNDVS.

HACTENVS generalia quasi præmissa sunt, plurimæque Epochę, pręsertim tres antiquissimę, Olympiadica, Vrbis, Nabonazarea, inter se colligatæ: nunc materiæ series efflagitat, vt has tres antiquissimas Gentilium Epochas ad annos à Mundo, & pręsertim ad annum exterminii prioris templi alligemus, ob caussam in vestibulo huius libri supra prolatam. Antequam vero veram alligationem demus, falsæ primum remouendæ sunt, eæque duæ, Funceiana, & Beroaldica. De illa hoc titulo; de hac sequente.

CAPVT I.

De modo Funccianæ alligationis, antiquissimarum Epocharum, Olympiadicæ, Vrbis, Nabonazareæ ad annum exterminii prioris templi, &c.

IOHANNES FVNECIVS Noricus, nostræ aulæ quondam Concionator, verum ob ἀλλοτριοπραγμοσύνην anno 1567. decollatus, Chronicon edidit, quod omnium fere manibus teritur. Chronicon per se satis bonum, magnaque industria & apparatu confectum; verum hoc habet vitii, quod magna quidem cum plausibilitate, verum non ex veritate, antiquissimas Gentilium Æras, Olympiadicam, Vrbis, Nabonazaream, cum annis Mundi connectat. Hoc enim modo alligationem confecit.

1. Sensit Scripturam in desolatione Salomoniei templi Chronologicam annorum à Mundo numerationem abrumpere. Qua in parte nos cum eo sumus, contra Beroaldistas, de quibus sequente titulo.

2. Sollicitus inde fuit de vera connexione annorum ab exterminio denominati templi, cum sequente annorum serie, ob veram cognitionem interualli annorum à Mundo ad ἐνσάρκωσιν τοῦ λόγου. Qua in parte non modo vituperium, verum laudem Funccius meretur.

3. Consuluit postea veteres Chronologos, Clementem Alexandrinum in libro primo στρωμάτων, Eusebium in Chronico, qui annum πανωλεθρίας prædicti templi colligarunt, cum anno 2. Olympiadis 47. siue anno Olympiadico 186. finiente. Qua in parte Funecius merito quoque laudandus.

4. Ab hoc veterum Chronologorum nexu discessit Funccius, cumque nexum falsitatis accusauit, sequente argumento, ad faciem plausibili & vrgente:

Ea alligatio exterarum Epocharum, cum anno exterminii prioris templi, quæ Babylonicam Iudæorum captiuitatem 30. tantum, & vnius anni, facit, falsa est:

Atqui Clementis & Eusebii alligatio talis est: Ergo falsa.

Minorem Funecius hoc modo probare conatur: Cyrus incepit in Perside regnum, anno 1. Olympiadis 55. siue anno Olympiadico 217. attestantibus omnibus melioris notæ Scriptoribus.

Verum

Verum si desolatio Hierosolymæ facta per Nebucadnezarem in annum Olympiadicum 186. ex Vererum alligatione cadit: sequitur necessario, ἀπὸ τῆς ἐρημώσεως Augusti templi (cum qua Funccius annos 70. captiuitatis inchoat) ad initium regni Cyri annos 31. tantum elapsos. Inde progreditur: Cyrus regnauit 30. annos: Ergo à destructione dominicæ ciuitatis ad mortem Cyri anni tantum 61. elapsi. Quî ergo Cyrus 9. annus post, Iudæis liberum in patriam reditum concedere potuit? 5. Hac veterum alligatione repudiata, aliam excogitauit, beneficio Andreæ Osiandri Doctoris quondam Theologi in hisce locis. Assumto namque Ptolemæo, Astronomiæ vindice, inuenit Æram Nabonazaream, Mathematicis etiamnum hodie celeberrimam, quamque à Nabonazare Babyloniorum Rege ita appellauit. Inuenit item Nabopolassarem Babyloniorum Regem, qui 123. Nabonazaris in Babylone regnare cœpit. Hunc Ptolemæum ad Sacros postea Codices ducens, ex Nabonazare, Salmanassarem; ex Nabopalassare Ptolemæi, Nebucadnezarem Scripturæ fecit. Hoc artificio excogitato, non fuit postea difficile Funccio, annos Nabonazareos, cum anno ἐρημώσεως prioris templi concatenare. Annus enim ille est 18. Nebucadnezaris finiens, 2. Regum 25. & Ieremiæ 52. cap. Si ergo Nebucadnezar est
122 Nabopalassar, & 123. Nabonazaris est primus Nabopalassaris apud Pro-
18 lemæum lib. 5 μεγαλ. συντάξ: cap. 14.
— Ergo 18. Nebucadnezaris est 140. Nabonazaris, conueniens, ex Func-
140 ciana colligatione, cum anno exterminii prioris templi. 6. Hac alligatione annorum Nabonazareorum ad annum desolationis templi excogitata, facilimum postea Funccio fuit annos quoque Olympiadicos & Vrbis cum anno illo concatenare. Supra namque anni Nabonazarei, ad Olympiadicos & Vrbis iam alligati sunt, & Funccius ipse primum annum Nabonazareum concatenauit cum anno Olympiadico 29. Vrbis 5. Centesimus ergo 40. Nabonazareus, (quem Funccius cum anno desolationis templi connectit.) ex Funcciana alligatione est annus Olympiadicus 167. siue 3. Olympiadis 42. finiens; Vrbis 144. Hanc alligationem Funccius in Commentario aliquot argumentis probare conatur.

I. Adamantinum ei est ex annorum numero & paritate.

Inter Nabonazarem, & Nabopalassarem apud Ptolemaum inter Salmanassarem, & Nebucadnezarem in Scriptura idem fere interuallum est. Ergo Nabonazar est Salmanassar, & Nabopalassar Nebucadnezar. A Nabonazaris initio ad primum annum Nabopalassaris apud Ptolemaum, numerantur anni 122. absoluti. (Quintus enim Nabopalassaris, quo Eclipsis Lunæ in Babylone obseruata, die 27 Athyr, conuenit cum anno 127. Nabonazareo apud Ptolemaum lib. 5. cap. 14. μεγ. συντάξ.) Ita in Scriptura idem fere interuallum ab initio Nebucadnezaris ad Salmanassarem inuenitur.

3 *Primus Nebucadnezaris in Scriptura connexus est cum quarto Jo-*
31 *iakimi Jeremiæ 25. vers. 1. Ante Joiakim regnauit Iosias per annos 31 2.*
2
55 *Regum 22. vers. 1. & 2.* Chronic. 34. vers. 1. Ante Iosiam Ammon
29 per biennium, 2. Regum 21. vers. 19. & 2. Chronic. 33. vers. 21.
—
120 Hunc antecessit Manasses, qui regno Iudaico præfuit per annos
55. 2. Regum 21. vers. 1. & 2. Chronic. 33. vers. 1. Hunc præcessit
Hiskias per annos 29. 2. Regum 18. vers. 2. & 2. Chronic. 29. ver-
su 1.

sui. Hi numeri inter se additi 120. annos absolutos constituunt. Sub hoc Hiskia Salmanassar in Assyria vixit.

Nam 6. anno regni Hiskiæ regnum Ephraimiticum in perpetuam captiuitatem abduxit, secundo Reg. decimo octauo, vers. 9.

II. A Loci vnitate seu conuenientia sumitur. Nabonazar Ptolemæi regnauit in Babylone. Salmanassar Scripturæ itidem regnauit in Babylone, quia Colonias è Babel in Samariæ regnum transfert 2. Regum 17. v. 24. Ergo Salmanassar est Nabonassar.

III. A nominis similitudine fluit. Vltima namque terminatio in Salmanassare & Nabonassare coincidit. Ergo Salmanassar est Nabonassar. Legatur Funccii primus liber Commentar. Chronolog. ad annum Mundi 3217.

Hæc est Funcciana alligatio annorum Nabonazareorum, & consequenter quoq; Olympiadicorum & Vrbis, ad annos Mundi, & in specie ad annum desolationis prioris templi, quam secuti postea sunt Chronologi ad vnum omnes, vno solummodo, vel altero excepto, &c.

CAPVT II.

Probatur, annos 70. Babylonicæ captiuitatis, non esse inchoandos ab anno exterminii prioris templi.

FVNCCIANA alligatio mox argumentis, vt falsa, esset refutanda. Verum duo primum præmittenda, & probanda sunt;

PRIVS: *Annum primum Babylonicæ captiuitatis non incidere in annum desolationis templi.*

POSTERIVS: *Cyrum non mox initio sui regni Persici, verum aliquot sequentibus annis in fine sui regni liberationem & reditum in patriam Iudæis concessisse.*

Hoc nulla opus habet probatione, cum nullum hac in parte inter nos & Funccianos sit litigium.

Illud hoc capite probandum.

Vulgata quidem est opinio, annos 70. Babylonicæ captiuitatis inchoandos à totali sanctæ Vrbis & templi vastatione, siue 11. anno Zedekiæ, & 18. Nebucadnezaris absoluto.

Verum opinio suo errore non caret.

Nos contra annos illos 70. inchoandos dicimus 11. annis ante, à spontanea Iechoniæ & subditorum eius in Babylonicam captiuitatem abductione, factam anno Nebucadnezaris 7. finiente, & 8. ineunte, 2. Reg. 24. v. 12. Ierem. 52. v. 28.

Argumen-

Argumenta vero nostræ probationis hæc sunt.

I. Primum ex Ezechielis & Ieremiæ testimoniis desumitur.

Vnde Prophetæ 70. captiuitatis annos inchoant, inde & nos eos inchoare decet.

Atqui Prophetæ eos inchoant à voluntaria Iechoniæ Regis in captiuitatem migratione. Ergo, &c.

Maior sua luce lucet. Assumptum ex Ezechiele & Ieremia probatur, duobus Prophetis, tempore captiuitatis viuentibus, imo in captiuitatē abductis. Ezechiel totus est à nostris partibus diuersis in locis. Capite 1. vers. 2. cap. 24. vers. 1. nonum captiuitatis annum reiicit in id tempus, quo Necucadnezar Ierosolymam obsidere cœpit. Id autem factum est anno 9. Regis Zedekiæ 2. Reg. 25. vers. 1. Ierem. 39. vers. 1. & cap. 52. vers. 4. Ita 12. captiuitatis annum reiicit in id tempus, quo præterito anno ciuitas Ierosolyma percussa erat, id est, desolata, cap. 33. vers. 21. Omnium autem clarissime idem Propheta 25. annum captiuitatis reiicit in 14. πυρολεθρίας templi cap. 40. vers. 1. & alibi sæpissime à Iechoniæ migratione sollicite annos numerat, cap. 8. vers. 1. cap. 20. vers. 1. cap. 26. vers. 1. cap. 29. vers. cap. 31. vers. 1. cap. 32. vers. 1. Ieremias quoque autor determinati Babylonicæ seruitutis numeri pro nobis est. Capite namq; 29. populum cum Iechonia abductum consolaturus, ei post 70. annorum decursum, liberationem diuinitus promittit vers. 10. eo ipso 70. annos exilii à Iechoniæ captiuitate incipiens.

II. Secundum argumentum desumitur ex perpetua eorum captiuitate, qui cum Zedekia abducti fuerunt:

Quibus perpetuam captiuitatem Deus interminatur, ab iis 70. annorum terminus inchoari nullo modo potest:

Iudæis cum Zedekia per vim abductis perpetuam captiuitatem Deus interminatur:

Ergo ab iis 70. annorum terminus inchoari nullo modo potest, &c.

Maior manifesta est: Quibus namque reductionis spes præciditur, quomodo in illis reductionis initium fieri potest? Minorem ex Ieremia probamus. In capite namque 24. duo calathi ficuum Ieremiæ per diuinam visionem monstrātur, post Iechoniæ deportationem; Calathi scilicet ficuum bonarum & malarum. Bonæ cum Iechonia, & populo cum eo abducto: Malæ cum Zedekia, & residuo in Ierusalem populo, comparantur. Illis reditus promittitur in patriam; His, qui Nebucadnezaris iugum per rebellionem detrectabant, reditus denegatur. Sic enim Propheta ait: vers. 5. & 6. *Agnoscam deportatos Iudæos quos emisi ex loco hoc in terram Chaldæorum in bonum (intelligit cum Iechonia emissos) & apponens oculos meos ad illos in bonum reducam eos in terram hanc, vbi ædificabo illos, & non destruam, plantabo illos, & non euellam.* Vide & cap. 28. vers. 4. Contra ad rebelles & Zedekiam sic ait: vers. 8. 9. 10. *Exponam Zedekiam; Regem Iuda & Principes eius, & residuum Ierusalem in terra hac, etiam qui habitaturi sunt, vel habitantes, in terra Aegypti.* (Qua de re vide Ieremiam cap. 43. & 44.) *Exponam eos commotioni in malum apud omnia regna terræ, opprobrio & parabolæ, dicterio & maledictioni in omnibus locis, quo depulero eos, & mittam in eos gladium, famem, pestem, donec consumpti fuerint è terra, quam dedi eis, & maioribus ipsorum.* Simile quid idem Ieremias cap. 29. vers. 16. 17. & 18. *Sic ait* IEHOVA *de Rege in solio Dauidis,* (id est, Zedekia) *& de toto populo, qui residet in ciuitate hac, fratribus vestris, qui non egressi sunt vobiscum* בגולה *in illa deportatione seu captiuitate: (scilicet Iechoniæ.) Sic ait Dominus exercituum: Ecce Ego immissu-*

missurus sum in illos, gladium, famem ac pestem, exponam eos commotioni apud omnia regna terræ, execrationi, desolationi, sibilo & opprobrio apud omnes gentes quo depulero eos. An hoc non est us, qui cum Sedekia per vim postea abducti sunt, vel in Aegyptum aufugerunt, omnem reditus spem præcidere? Videatur & Ezechiel c.12.v.14.& 15. Item cap.17.v.21.

III. Tertium argumentum ex abductorum numero & præstantia.

Ab ea captiuitate anni 70. Bab. exilii numerandi, in qua flos Iudaici populi, & maximus eius numerus abductus fuit: Atqui cum Iechonia flos Iudaici populi & maximus eius numerus abductus:

Inde ergo annorum illorum initium merito sumendum.

Assumptum in Sacra Historia continetur. Cum Iechonia namque abducti sunt mater, vxores, Principes, potentes, aulici, præfecti, viri strenui, & bellatores valentes robore, fabrique ferrarii, variique artifices numero 10000. relicto in Vrbe populo דלת, id est, tenui, viribus exhausto, vel populi fece, 2. Regum 24. vers.12. & sequentibus. Item Ierem.52. vers.12. & Ezechiel. 17. vers. 12. & sequentibus. Item Ieremiæ 52. versu 12. & Ezechiel. 17. versus 12. & 13. Hinc ii, qui cum Iechonia Babylonem abducti sunt, κατ᾽ ἐξοχὴν nominantur *Deportatio* Ieremiæ vigesimo octauo, vers. 4.& 6.

IV. Quartum ex norma diuinæ iusticiæ:

Ea opinio, quæ in regulam diuinæ iusticiæ impingere videtur, non facile admittenda: Funccianorum opinio talis est:

Ergo non facile admittenda.

Assumptum hoc modo manifestum fit. Si namq; à desolatione templi, 70. anni captiuitatis demum forent inchoandi, tum omnes ii, qui diuinæ voci de voluntaria transmigratione obediuerunt in captiuitate per 81. annos fuissent detenti. Spontanea namque Iechoniæ, suique populi abductio 11. annos templi & ciuitatis desolationem antecessit. Impiis contra, qui diuinæ voci inobedientes fuerunt, pœna seruitutis 11. annis fuisset abbreuiata: id autem cum norma diuinæ iustitiæ pugnaret.

V. Ex Nomine: *Anni illi 70. nominantur anni captiuitatis, item deportationis. Ergo nulla nos cogit necessitas, vt eos cum externi loci totali vastatione & destructione inchoemus.* Abducitur enim sæpe alicuius loci populus, habitationibus interea, locisq; saluis manentibus.

VI. Sextum argumentum desumitur à testimonio Clementis Alexandrini, qui ἐν τῷ πρώτῳ στρωμάτων initium αἰχμαλωσίας, vel captiuitatis incipit à Iechoniæ deportatione, ab anno 7. Nebucadnezaris absoluto. Eo namq; tempore Iechonias in captiuitatem deportatus est 2. Regum 24. vers. 12. Item Ierem. 52. vers. 28. Idem Clemens ibidem ait: Templum desolatum anno 2. Apriis Regis Aegyptiaci. Ab initio autem huius Regis vsque ad Psammenitum Aegyptiorum Regem, quem Cambyses II. Persarum Rex, Cyri filius vicit, anni vix 70. elapsi sunt. Nam Apries regnauit annos 25. teste Herodoto in Euterpe. Aprien secutus est Amasis, per annos 44. teste eodem in Thalia, id est, libro 3. Amasin secutus est Psammetus per menses 6. ibidem. His argumentis moti initium 70. Bab. Iudæorum captiuitatis non à desolatione templi: verum à spontanea Iechoniæ in captiuitatem deportatione sumimus, à quo initio ad Cyri mortem ex veterum supputatione anni 72. elapsi sunt: Anno namque 186. Olympiadico, vel anno 2. Olympiadis 47. finiente, ciuitas desolata, secundum Eusebium. Vndecim annis ante, id est, anno Olympiadico 175. vel anno 3. Olympia-

dis 44. finiente, Iechonias in Babylonem deportatus. Anno 1. Olympiadis 55. siue Olympiadico 217. Cyrus regnare incepit, regnauitque per annos 30. ad annum vsque Olympiadicum 247. qui numerus à 175. subtractus, annos 72. relinquit, à spontanea Iechoniæ transmigratione ad Cyri mortem. Septuagenaria ergo Iudæorum captiuitas, Eusebiana alligatione stante, viuente adhuc Cyro laxari potuit. Quod hoc capite probandum erat.

CAPVT III.

Nonnulla Funccianorum obiecta citantur, & refutantur.

CONTRA hunc terminum à quo 70. annorum captiuitatis, in præcedenti capite à nobis confirmatum, multa solent opponi.

I. Autoritas posterioris libri Chronicorum, qui hosce annos captiuitatis à desolatione vrbis inchoare videtur, c. 36. v. 21.

II. Testimonium Prophetæ Zachariæ, qui & ipse annos illos 70. captiuitatis à templi desolatione sumere videtur, capit. 1. vers. 12. & capit. 7. vers. 5.

III. Obiectum ex Veterum autoritate desumitur, qui ab exterminio templi, vel 11. anno regni Zedekiæ initium 70. annorum captiuitatis facere solent.

IV. A nomine. Nominantur hi anni, anni. השמה, id est, *desolationis*, & Chron. 36. v. 21. & Ierem. 25. v. 11. Item חרבה, id est, *exsiccationis*, Daniel. 9. v. 2. quasi dicas, anni per gladium exsiccati.

Verum ad singula respondemus.

Ad *primum*: Negamus librum illum à templi desolatione 70. illorum annorum terminum inchoare. 1. Primo namque Esra, autor huius libri, ad autorem illius definiri numeri, Ieremiam, nos remittit. Ergo verus verborum Esræ sensus ex Ieremia petendus, non contra. 2. Loquitur Esra de annis currentibus & complendis, non inchoandis, quod exinde conspicitur. Initium namq; illorum 70. annorum ad 11. Zedekiæ annum expresse & determinate non alligauit, sed generaliter verba posuit: *omnibus diebus desolationis quieuisse terram, donec complerentur anni* 70. 3. Quid? si dicamus, Esram maximam partem illorum 70. annorum, cum vrbis vastitate coniungere? Similem sane locutionem in ipsis Esræ verbis habemus, affirmantis, terram per totos illos 70. annos quieuisse. Quid ergo causæ, quod Nebuzar-Adan post Templi conflagrationem, vinitores & agricolas ibidem reliquit 2. Reg. 25. v. 12. Item Ierem. 39. v. 10. Item c. 52. v. 16. Quæ loca id innuunt, terram Palæstinam, per illos 70. annos, non plane incultam mansisse. De maxima ergo terræ parte, Esræ locus intelligendus Et hoc etiam de annis 70. dicendum, maximam eorum partem post templi conflagrationem decurrisse.

Ad *secundum argumentum*, à Zachariæ Prophetæ testimonio desumptum, dicimus: 1. Obiectum robur non vsque adeo firmum est. Illa namque ieiunia quinti & septimi mensis, de quibus Zacharias cap. 7. vers. 5. à Iudæis quidem fuerunt instituta, partim ob memoriam conflagratio-nis

iis templi, factæ mense quinto 2. Regum 25. vers. 8. Ieremiæ 52. vers. 12. partim interfecti Godoliæ 2. Regum 25. vers. 25. & Ieremiæ 41. vers. 1. Verum nulla inde consequentia necti potest, Zachariæ propositum fuisse, annos illos 70. captiuitatis à templi desolatione inchoare.

2. Probandum est, Prophetam de 70. annis captiuitatis loqui. Existimarunt id multi veterum, & cum iis multi ex hodiernis; verum quia Propheta eosdem annos sub Dario demum elapsos memorat, merito dicendum, eum alios 70. annos respexisse. Ita namque textus habet, cap. 1. vers. 12. & cap. 7. v. 5. *Quo vsque non misereberis Ierusalem, & ciuitatum Iudæ, quibus iratus fuisti his 70. annis.* Item: *cum ieiunatis & plangitis quinto & 7. mense in his 70. annis.* Lutherus vtrobique, Diese 70. Jahr / qui scilicet immediati proxime præcesserunt. Ita namque זה vocula, pro tempore proxime præcedente vsitate sumitur, quando cum nominibus numeralibus & tempus denotantibus construitur: vti ex sequentibus locis manifestum est, Genes. 31. v. 38. & 41. Item Numer. 14. vers. 22. c. 22. v. 31. Item Deut. 8. v. 2. & 1. Samuel. 29. v. 3.

Notum autem est ex Esra, cap. 1. vers. 1. & 2. Chron. 36. vers. 22. annos 70. Babylonicæ captiuitatis Cyri tempore adimpletos & finitos. Zacharias autem Propheta, longo demum post Cyrum tempore, sub Dario (quem Darium Nothum fuisse suo loco confirmabimus) prophetauit, c. 1. vers. 1. Ergo à Cyri morte ad tempus Zachariæ, longum bene tempus intercessit. Vnde probabiliter colligimus, Zachariam per annos 70. non annos captiuitatis, sed alios intellexisse.

Nullum quidem hac de re in Sacris alibi vestigium apparet: verum id ad nostram sententiam infringendam parum facit. Laborauit id seculum penuria Prophetarum, vt vnicum Haggeum habeamus cum Zacharia σύγχρονον. Is cum aliud in prophetia sua egerit, nullaque ei occasio de hoc tempore prophetandi data, nihil miri, si horum annorum vestigium in Haggeo non deprehendatur. Et sane Zacharias his in locis ita explicandus, ne cum Ieremia, primo autore huius definiti numeri, & Ezechiele committatur, præsertim cum Zacharias accuratam illorum 70. annorum supputationem non attenderit, quia eosdem in secundo & 4. anno Darii finit cap. 1. vers. 1. & 12. & c. 7. v. 1. & 4. & ab vndecimo Zedekiæ ad quartum Darii, vltra 70. anni elapsi sunt, vt suo loco monstrabitur.

Ad *tertium Oppositum* respondemus, ab autoritate veterum Ecclesiasticorum Historicorum, de hisce annis 70. tum ratione initii, tum finis inter se diffidentium, firmum probationis argumentum peti non posse. Dissidium hoc breuiter est monstrandum. 1. Veteres post tempora Apostolorum in Ecclesia id pro certo habuerunt: (ex computationibus præstantissimorum, eorumque vetustiorum Chronologorum, Thalli, Castoris, Phlegontis, Africani, & aliorum, quorum labores Clementi, Eusebio & aliis videre licuit, nobis nihil præter desiderium relictum est) annum Ierosolymitani excidii incidere in Olympiaden 47. & speciatim in annum 2. eiusdem Olympiadis, siue 186. Olympiadicum. 2. Amplexati sunt & hoc, (quanquam non omnes veterum) annos 70. Iudaicæ seruitutis in Babylone ab exterminio templi & vrbis, vel 11. anno Zedekiæ inchoandos. 3. Præterea & hoc crediderunt, Cyrum anno 1. Olympiadis 55. siue Olympiadico 217. regnare cœpisse. Hac enim in parte profanam historiam habuerunt, quæ vnanimi consensu initium regni Cyri in hanc Olympiaden conicit.

K 2 Verum

Verum cũ à ἀπωλείᾳ templi, siue anno Olympiadico 186. ad primũ Cyri, siue 217. Olympiadicum, 30. tantum & vnum annos deprehenderint: ad Cyri vero mortem (qui per 30. annos regnauit) annos tantum 61. Et in Scripturis 2. Chron. 36. v. 21. Item Esræ 1. v. 1. & Iosepho lib. 11. origin. c. 1. viuente Cyro terminum 70. annorum Iudaicæ captiuitatis, completũ inuenerint, in Labyrinthum inciderunt, ex quo, vt se extricarent, alia viam aggressi sunt, priuatoq; iudicio suas habuerunt opiniones, tum de termino a quo, tum ad quem 70. illorum annorum captiuitatis. Alii, referente Eusebio, in Chronicis hosce annos 70. inchoarunt ab anno 13. Iosiæ, quo Ieremias prophetare cœpit, c. 1. v. 2. & c. 25. v. 3. finiunt in primo anno Cyri. Sane à 13. Iosiæ anno ad primum Cyri præcise sunt anni 70. absoluti, stante veterum alligatione. Decimus namque tertius Iosiæ cadit in annum 2. Olympiadis 37. siue Olympiadicum 146. Primus Cyri est Olympiadicus 217. A quibus, si subtrahantur anni 146. remanebunt 70. anni absoluti. Verum hic terminus horum 70. annorum à veteribus positus plane ἄχαρος est. Nullibi namque in Sacris scriptum reperitur, anno 13. Iosiæ, Regis Iuda, Iudaicum populum in Babylonicam captiuitatem abductum: Praeterea Cyrus anno 1. sui regni in Persia Iudæis in Babylone, captiuitatem laxare non potuit, cum longo demum tempore victor Babyloniæ factus sit. Alii 70. hosce annos captiuitatis inchoarunt ab anno 3. Ioiakim vel Ihiakim. Chron. 36. v. 4. & 2. Regum 25. v. 34. finierunt anno 2. Cyri. Tertius Ioiakim est annus 3. Olympiadis 42. siue annus Olympiadicus 167. ex veterum alligatione: Vigesimus Cyri est primus Olympiadis 60. siue 237. Olympiadicus. Ab hoc numero, si 176. subtrahantur, 70. remanent. Verum & hæc veterum opinio (q̃ nonnulli hodiernorum Chronologorũ Beroaldus & alii sequuntur) non consistit. Licet enim anno 3. Ioiakimi à Nebucadnezare Babyloniorum Rege multi Iudæorum in Babylonem abducti sint, (inter quos & Daniel c. 1. v. 6.) ab ea tamen captiuitate Scriptura nullibi 70. captiuitatis annos inchoat, quia tum temporis nonnisi adolescentes seminis regii, & nonnulli Iudaicorum aulicorum abducebãtur, Daniel. 1. v. 3. & 4. Simili modo in termino ad quem Veteres suos habuerunt næuos. Qui namq; hosce annos inchoant ab 11. Zedekiæ, siue templi desolatione, hi distinguunt hosce annos, in remissionis captiuitatis ex parte, & plenariç consummationis. Remissionis ex parte inchoant alii à primo anno Cyri, alii à 10. alii à 20 Consummationis finiunt in anno 2. Darii Hystaspis, vti videre est apud Clementem Alexandrinum, Augustinum lib. 18. de ciuit. Dei c. 26. & Eusebium in Chronicis, & lib. 10. præparat. Euangel. c. 3. statim ab initio. Verum notandum 1. Scripturam ignorare 70. annorum Bab. Iudæorum miseriæ duplex initium & finem. 2 Annos captiuitatis 70. expresse in regno Cyri finire. Testatur enim Esra 2. Chron. 36. v. 22. & Esræ 1. v. 1. in solutione captiuitatis sub Cyro impletam fuisse diuinam Ieremiæ promissionẽ, de reductione scilicet populi, post decursum 70. annorum, Iere. 25. v. 12. & c. 29. v. 10. Ergo sub Cyro 70. annorum captiuitatis terminus finitus est. Corruit ergo Veterum opinio de fine horum 70. annorum sub Dario Hystaspis filio. In hac Veterum dissensione non satis mirari possumus, ob quam causam annos illos captiuitatis à spontanea Iechoniæ transportatione non inchoarint. Sin hoc fecissent, stante eorum alligatione cum fine illorum annorum deuenissent in 27. vel 28. Cyri, & hoc pacto rem habuissent plane expeditam.

Ad

Ad quartum Obiectum dico. Vocum illarum generalem esse significationem, p... firmi... concludi posse.

Vox enim שמה non modo desolationem, verum & afflatu... (quantum ex sacris colligitur) actus est hominis rem quampiam tragicam cum stupore afflantis, Deut. 28. v. 37. Item 2. Reg. 22. v. 9. Iere. 8. v. 21 & ... Ita nomen חרבה *χέρσωσις* quamcumque exsiccationem seu vastationem notat. Hinc vsurpatur de ciuitatibus Leuit. 26. v. 31. Ierem. 44. v. 6. Ezech. 5. v. 14. de tota terra, idque ratione hominum etiam inde abductorum, vel occisorū Ezech. 29. v. 8. Ita 70. anni captiuitatis vere fuerunt anni afflatus, desolationis & vastationis, idq; I. partim respectu exterarum gentium, terram Palæstinam cum Sarcasmo afflantium Thr. 2. v. 15. 16. 46. Videatur etiam Psalmus 137. II. Respectu etiam ipsius terræ sanctæ per populi abductionem desolatæ. III. Ciuitatum etiam Iudaicarum, partim di..., partim incolis priuatarum. Ita Ierosolyma, & tota terra vere incepit esse desolata, siue solitaria, cum Iechoniæ tempore flos populi, & fulcra ciuitatum ad vnum omnia per Nebucadnezarem abducta sunt, populi fece ibidem relicta. Et desolatio alicuius ciuitatis non non modo in ædificiorum vastatione, verum & incolarum abductione vel maxime consistit & ciuitatem non habitatam vere quis desolatam appellare potest. Quamquam Hierosolyma 11. annis post, Zedekiæ tempore respectu quoq; loci & ædium vastata & desolata sit.

CAPVT IV.

Probatur Salmanassarem Scripturæ, non esse Nabonassarem Ptolomæi.

Salmanassar Hebræis שלמנאסר, nomen est Regis Assyriaci, cuius in Sacris frequēs & celebris est mentio, ob deuictum ab hoc Rege regnum Samariticum, vel Israeliticum, & abductionem Israelitarum in perpetuam captiuitatem. Hunc Assyriorum Regem, (quem caput 1. lib. Tobiæ corrupte *Ἐνεμεσσάρ* appellat) Funccius Nabonassarem facit, Regem Babyloniorum, a quo Ptolemæus Æram suam celebratissimam denominauit, Mathematicis hodie, & historicis *plane cœlestem*, id est, fixam, firmamq;. Qua de re cap. 4. tituli præcedentis. Verum Funccium se, & alios magnos etiam viros, qui Funccium hac in parte sequuntur, decepisse, aliquot argumentis est confirmandum:

PRIMVM:

Quicunque Sacra Scriptura alligationem turbat, eius alligatio merito vitiositatis accusanda est:

Funcciana annorum Nabonaßareorum ad annos Mundi alligatio Sacra Scripturæ alligationem turbat:

Ergo eius alligatio merito vitiositatis accusanda est.

Assumptū ex Sacris probatur, & quidē in specie ex Historia Ezechiæ Regis Iuda: tum Merodachi, Regis Babylonici, vtriusq; *σύγχρονοι*. Merodach Rex Babyloniæ, filius Baladanis, 15. anno regni Ezechiæ in Scriptura, vt plenus Babyloniorum Rex introducitur, 2. Regum 18. v. 13. & c. 20. vers. 6. & 12. Item Esaiæ 36. vers. 1. cap. 38. vers. 5. cap. 39. vers. 1. Hic Merodach Scri-

 pturæ

ptυræ, Ptolemæi *Merodach-Kempad est*, teste ipso Funccio, & argumentis titulo vltimo huius libri proferendis. Atqui Ptolemæus primum & secundum Merodachi, cum 27. & 28. Nabonazareo, firmissime alligauit tribus Lunæ Eclipsibus lib. 4 μεγάλης συντάξεως cap. 6. 8. 9. Prima facta est anno 1. Merodachi, 27. anno Nabonazareo, 29. die mensis Thoth: quæ totalis fuit. Secunda Eclipsis facta est anno 2. Merodachi, 28. Nabonazareo, die 18 mensis Thoth: quæ partialis fuit. Tertia eodem anno facta est, die 15. Phamenoth, vel 11. Septembris, in qua Eclipsi, Luna vltra medietatem defecit. Ex hac alligatione, hunc in modum ratiocinamur: Si Merodach anno 27. Nabonazareo regnare cœpit, & 15. Ezechiæ, Regis Iuda, secundum historicam veritatem, in Babylone plene regnauit: Ergo à 14. anno Ezechiæ ad primum Nabonazareum anni ad minimum 27. Nabonazarei elapsi erant. Ad minimum dico: Nam est verisimile, Merodachum ante 14. Ezechiæ annum Babylonici regni gubernacula adeptum esse, quæ supputatio in vltimum huius libri titulum reseruatur. Verum Funccius ab initio Nabonassaris ad 15. Ezechiæ annos tantum 16. numerat, vti in Chronologica Funcci αὐτοψίᾳ videre est. Inde sequetur, Merodachum 12. demum anno post 15. Ezechiæ in Babylone regnare cœpisse. Atqui hoc contra Scripturam. Vnde firmiter concludimus, Salmanassarem, Assyriorum Regem, non esse Nabonassarem Babyloniorum Monarcham: verum hic illo aliquot annis in regno vetustior.

Videt Funccius firmitatem nostri argumenti, ideo effugium quærit, quod magni quoque viri, qui Funcciana alligatione dementati sunt, & inter hos præcipue Buntingus, (quem alias ob accuratam Eclipsium supputationem magnifacimus) arripiunt. Existimant enim Merodachum, hominem antea priuatũ, Sennacheribi, Assyriaci Regis subditum, & in Babylone præfectum, anno Nabonazareo 14. oportunum tempus, ob Sennacheribi infortunium, & interitum, nactum Babyloniæ regnum, vi, vel fraude occupasse, eodemq; hoc anno Ezechiæ Regi Iuda, è morbo conualescenti, ad amicitiam cum eo ineundam munera misisse: tandem cum 12. annos in Babylone regnasset, mortuo Assar-hadone, Sennacheribi filio, totius Assyriæ & Babyloniæ Monarcham factum esse, anno Nabonazareo 27. Et ab hoc regni initio Ptolemæum annos Merodachi numerare. Verum respondemus, hæc quidem plausibiliter à Funccio, & Funccianis fingi, sed firmiter ex Historia fide digna non posse probari. Quod enim Funccius Merasthenem adducit, sciendũ, hunc fictitium esse autorem, abocioso Monacho Annio effictum, vti id sub finem tertii Tituli confirmabitur. Nos cõtra, tum ex Sacræ, tum profanæ Historiæ veritate asserimus: Merodachũ anno 15. Ezechiæ legitimum regni Babylonici Regem fuisse, regnumq; per hæreditatem, non vi, occupasse. Nam 1. Scriptura Merodachum anno 15. Ezechiæ, vt plenarium & hæreditariũ Babyloniorum Regem introducit, 2. Reg. 20. v. 12. & Esa. 39. v. 1 eumq; vt legitimũ regni hæredẽ magnificæ regiæ familiæ mentione describit. Hinc *regnum Merodachi*, regnum est Babyloniæ. Iere. 50. v. 2. 2. Ex sacris manifestum est, non modo Sennacheribi, verũ & subsequentib. temporib*, per multos annos, regnũ Assyriacũ & Babylonicũ, diuersa regna fuisse, diuersosq; Reges habuisse. Testatur id Zephanias, qui Niniuiticam, non Babylonicam potentiam, his verbis introducit, c. 2. v. 8. *Ego sum, & nulla amplius* Atqui Zephanias temporib. Iosiæ, Regis Iuda prophetauit c. 1. ỹ. 1. annis quasi 60. post Merodachũ. 3. Accedit Herodotus, qui in Clio regni Babylonici meminit, & ait: Temporibus Phraortis & Cyaxa-

Cyax[illegible] R[illegible] M[illegible] per se [illegible] be[illegible]b[illegible]sse, [illegible] fuer[illegible] Per[illegible] Babylonios & Medos intelligens. 4. [illegible] capi[illegible] pr[illegible], Ninum & regnum Assyriacum, non a Babylon[illegible], [illegible] M[illegible] præsertim Cyaxare, longo post Merodachum, tempore, expu[illegible]tum 5. Ipse Funccius, hanc [illegible]iam de duplici regni Merodachi initio & A[illegible] ac regni occupatione opinionem nominat *conjecturas*, lib. [illegible]. suorum commentar. in Chronologiam ad annum Mundi 3217. Verum ex conje-ctura hæc alligatio, à qua salus totius Chronologicæ connexionis dependet, non est instituenda. Ex nullo ergo probato Historico Funccius probare poterit. 1. Merodachum Sennacheribi subditum, & Babylo[illegible]æ præfectum fuisse. 2. Anno 12. regni Babylonici, regnum Assyriacum per vim ad se rapuisse, & cõsequenter à Metasthene Anniano deceptum esse Funccium, dum ille confuse Reges Assyriacos cum Babylonicis numerat.

Secundum argumentum desumitur ex collatione Prophetici loci Iere[illegible] 4. v. 30. cum Herodoti, Diodori, & Ptolemæi testimoniis: quod argumentum per consequentiam probabit, Nabonassarem Ptolemæi, non esse Salma[illegible]arem scripturæ.

Quicunque Regis alicuius initium 14. ad minimum annis serius, quam scriptura inchoat, is a scriptura, eiusq; colligatione discedit.

Funccius, ex vi sua ὑποθέσεως, 14. ad minimum annis alicuius Regis initium [illegible]ius, quam scriptura inchoat. Ergo à scriptura discedit.

Rex ille est Ægyptius, cui nomen Ἀπρίης, vel *Apries*: apud Ieremiam nominatur חָפְרַע. Regnauit hic Rex in Ægypto, facta per Nebucadnez[illegible]rem Hierosolymitani templi destructione testibus ipsis Funccianis. Ea namq; Historia, quæ à Ieremia à c. 39. ad 45. exc[illegible] siue continetur, statim te[illegible]pli desolationem secuta est. Verum ex Funcciana annorũ Nabonazareorum, ad annos Mundi, alligatione, Apries anno demum 14 post templi desolationem, cõtra Ieremiæ veritatem regnare cœpit: quod hoc modo probа[illegible]. Namq; ex Funcciana connexione manifestũ, annum 141. Nabonaza[illegible] cõuenire cum anno destructionis templi Salomonici, vti 1. cap. huius titu[illegible] demonstratum est. 2. Ex Herodoto & Diodoro manifestũ Aprien Ægypti Regem, anno demum 155. N[illegible]nazareo regnare cœpisse. Cambyses [illegible] in Ægyptum expeditionem mouit, viuente adhuc Amasi, Aegyptiorum R[illegible]ge, teste Herodoto in Thalia, a[illegible] 3. Olympiadis 63. citante Diodoro lib. [illegible] siue anno Olympiadic[illegible] 25[illegible] quem cum quinto Cambysis cõuenire [illegible]stantur Funcciani. Et quidẽ vere. In ita namq; expeditione Cambyses [illegible]ennium quasi insumpsit, vti ex Herodoto colligimus. Huius [illegible] h[illegible]stor[illegible] [illegible]o inclinat, Cambysen circiter annum post Aegyptiacam v[illegible]ctoriam adhuc vixisse. Ergo hæc v[illegible]ctoria in annum 7. Cambysis conicienda, quod annus conuenit, cum anno 225 Nabonazareo, teste Ptolemæo, qui hoc anno Eclip[illegible] Lunarem, die 17. Phamenoth factam memorat lib. 5. μεγάλης συντάξεως [illegible]4. Hinc arguimus: Psammenitus, quem Cambyses vicit, regnauit μῆνας ξ. Amasis annis 44. Apries 25. teste Herodoto in Euterpe c. 67. & Thalia c. [illegible] sequente. Hi anni collecti 70. faciunt, dempto dimidio. H[illegible]c numerus [illegible]225. Nabonazareo, (quo Psammenitus à Cambyse victus) subtractus, [illegible] [illegible]5. Nabonaz[illegible]reum, quo Apries in Aegypto regnare cœpit. 3. Ex qu[illegible] id sequitur, Funccian[illegible] m alligationem falsam esse, dum 141. annum Nabonaz[illegible]reum c[illegible] [illegible]nno exc[illegible]d[illegible]p[illegible]ris templi cõnectit, cum e[illegible] [illegible] [illegible]catis ma[illegible] [illegible] 155. [illegible] Nabonazareum præcessisse annum [illegible] [illegible]ep[illegible] [illegible]g[illegible] Salmana[illegible] Scripturæ, nõ est Nabonazar Prol[illegible]

Vt hanc argumenti euidentiam Funcciani effugere possint, magna temeritate, & audacia, numerum annorum, in regno Regum Ægyptiacorum, ab Herodoto positum, corrigunt. Funccius enim Psammenitum, vltimum Ægyptiacum Regem, 6. annis regnasse contendit: Aprien 35. anni. Buntingus in Chronico, Aprii tribuit annos 30. Psammi, filio Pharaonis Necho, tribuit annos 16. cum Herodotus annos tantum 6. habeat. Verum 1. magna hæc est audacia, numeros annorum apud Herodotum, proprio ausu corrigere, vt falsam alligationem quis defendere & tueri possit. 2. Eusebium quod attinet, hic in tempore regiminis horum Regum Ægyptiacorum definiendo, plane corruptus est, quę vitiositas omnium optime ex Herodoto, aliquot seculis Eusebio vetustiore, corrigi potest, imo debet. Nam Herodoti Ægyptiacorum Regum, & annorum positus, iucũde cum tempore Sacrę scripturæ cõuenit, vt cuiliber, rem attentius cõsideraturo, patebit. 3. De Psammenito, quem Cambyses vicit, notandum, in aliquot Herodoti lectionibus reperiri, eum per 6. annos regnasse. Verum huic lectioni merito præfertur vulgata Herodoti editio, & vetus Græcus codex, qui μῆνας, non ἔτη, legit, vt docte monet Henricus Stephanus in hunc Herodoti locum. Confirmat hanc lectionem Diodorus, qui libro 1. ait: Cambysen Ægyptum adortum esse, adhuc Amasi viuente. Idem testatur & Herodotus lib. 3. mox ab initio. Atqui Cambyses, anno quasi 5. expeditionem in Ægyptum suscepit, vti supra monstratum. Regnauit per annos 7. & menses 5. scribente Herodoto lib. 3. c. 83. Ergo Psammenitus per 6. annos in Ægypto regnare non potuit. 4. Notandum & hoc Diodorum Siculum, lib. 1. Amasi in regno tribuere annos 55. Verum hac in parte Herodoto merito adhæremus, qui huic Regi annos 44. in regno tribuit, & ex Diodori numeratione Pharao-Necho, Ægyptiorum Rex ante annum 4. Ioiakimi fuisset mortuus. Verum hoc contra Ieremiam, qui anno 4. Ioiakimi Pharaonem Necho vixisse memorat, c. 46. v. 2.

Tertium argumentum desumitur ex loci, & regiminis diuersitate.

Quicunque Reges locorum interuallo, & regimine discernuntur: pro vno & eodem Rege sumi non debent:

Salmanassar & Nabonassar locorum interuallo, & regimine discernuntur.

Ergo pro vno & eodem Rege sumi non debent.

Minor ex sacris, & Ptolemæo est euidens. Salmanassar est Rex Assyriæ, seu Niniues 2. Reg. 17. v. 3. Nabonassar Rex Babyloniæ, secundum Ptolemæum. Atqui tum temporis diuersa fuerunt regna Assyriacum & Babylonicum. Patet id 1. ex Ezechiæ historia, in qua post tragicum Sennacheribi, Assyriorum Regis, ab vrbe Hierosolyma secessum, in fine anni 14. Ezechiæ factum, memoratur 2. Reg. 18. vers. 13. & cap. 19. vers. 36. Esa. 36. versic. 1. & 37. versic. 37. & cap. 39. vers. 1. Merodachum Babyloniæ Regem, ad Ezechiam, Legatos cum literis & donariis misisse. Causa rei partim erat gratulatio recuperatæ valetudinis, & obtentæ à Sennacheribo victoriæ, Esa 39. vers. 1. 2. Reg. 20. vers. 12. partim ad inquisitionem מופת siue prodigii, 2. Chron. 32. vers. 31. facti in Sole, & solario Achazi retrogradis, teste Esaia cap. 38. versic. 8. Item Ecclesi. cap. 48. versic. 26. Ergo Merodachi, siue Babyloniæ regnum tum diuersum fuit ab Assyriaco. 2. Idem probamus ex aliis locis Propheticis, Ierem. 50. vers. 17. & 18. Item Ezech, 31. v. 11. in quibus regnum Assyriacum à Babylonico distinguitur, & per aliquot annos, ad tempora fere excidii templi Salomonici distincta regna manserunt, secus quam fictitius Annii Metasthenes, & cum hoc Funccius, &

Func-

Funcciani opinantur. Quod enim scriptura post Assar Hadonem, Sennacheribi filium, Regum Assyriacorum ratione regię successionis non meminit, causa non est, quod Merodach Rex Babylonicus hoc regnum post Assar-Hadonem subiugarit; Verum quia Iudæis molestum esse desierat, succedente in eius locum Babylonico regno teste Ieremia c. 50. v. 17. *Israel ut parua & dispersa pecus, quam leones comederunt, prior comedit eam Rex Assyriæ: posterior ossa eius comminuit Rex Babyloniæ.*

Huic nostro argumento Funccius opponit: *Assyriæ Rex, Sennacherib, à Babel colonias in ciuitates Samariæ traduxit* 2. Reg. 17. v. 24. *Ergo Rex Assyriæ Dominus quoq; fuit regni Babylonici.* Verum respondemus, obiectum laborare fallacia 1. τῦ μὴ αἰτίυ ὡς αἰτίυ. Aliæ namque causæ afferri possunt, cur Salmanassar, & filius Assar-Hadon è Babel, colonias in regnum Israeliticum tradu-xerunt, amicitia videlicet, quæ Sennacheribo cum Bal-Adane, Merodachi parente, Rege Babylonio, tum temporis intercedere potuit. Ita ex Babylonico tractu colonias sumere, & in ciuitates Israeliticas translocare optima ratione potuit. Hæc amicitia Merodachi tẽpore in simultates versa. *Varii* namq; *sunt, maximeq́, mutabiles, magnorum etiam in Mundo Dominorũ animi.* 2. Fallacia τῆς λέξεως. Vox enim Babel non vno, & eodem modo in sacris sumitur. 1. Interdum εἰδικωτάτως specialissime, ipsam Babylonię ciuitatem notat. Hic vsus in sacris est frequentissimus, & apud Ptolemæum in suis, magnę constructionis, libris. 2. Nonnunquã εἰδικῶς specialiter totũ Babyloniæ tractum notat, Daniel 3. v. 1. 3. Semel in sacris, idq; synecdochice, Rex Persidis nominatur Rex Babyloniæ, Nehem. 13. v. 6. ratione dominii. Nam Persæ à temporibus Cyri regnum Babylonicum sibi subiugarant.

Quartum argumentum desumitur à nominum disparitate; *Quorum nomina diuersa sunt, eos inter se miscere magna confusionis esset. Salmanassaris & Nabonassaris nomina diuersa sunt. Ergo, &c.*

Probatur Minor. Diuersa sunt hæc nomina, non quidem ratione vltimæ terminationis, in Latino loquendi modo, qui Funccium decepit, sed in fontibus, quos attendere debuisset Funccius. Salmanassar in Hebræo est שַׁלְמַנְאֶסֶר per ס, sicut תִּגְלַתְפִּלְאֶסֶר 2. Reg. 15. versic. 29. & cap. 16. versic. 10. vel תִּגְלַתְפִּלְסֶר omisso א 2. Reg. 16., vers. 7. Ita אסר Chadon 2. Reg. 19 versic. 37. Esræ 4. v. 2. Esa. 37. vers. 38. Nabonazar est נְבוּנְאַצַּר per צ, sicut נְבוּכַדְנֶאצַּר omissa כַד syllaba. Hinc Nabonassar apud Censorinum Nabonazar nominatur per Z, manifesto indicio Hebrææ τῦ צ literæ. Interdum ס in nomine Assyriaco mutatur in צ, verum à Chaldaica voce terminatione differt. צַר est Chaldaica terminatio, sub se habens — vt: מֶלְצַר Daniel 1. versic. 11. & 16. Si præcedat א semper id vocali proprio destituitur, & in præcedente quiescit: vt נאצר & ראצר Ita שאצר Daniel 1. versic. 7. cap. 4. versic. 5. & 15. item 16. cap. 5. versic 1. 22. & passim alibi. Interdum א abiicitur vt נצר cuius rei exempla passim apud Esram occurrunt; cap. 1. vers 7. & apud Danielem capite secundo versic. 1. Item cap. 3. vers. 2. & 3. & alibi. צַר est Assyriaca terminatio semper sub se habens ·· Si præcedat א, semper id proprium punctum vocale habet: vt שראצר nomen filii Sennacheribi, 2. Regum 19. versic. 37. Esa. 37. versic. 38 Ita vnus ex Ducibus Nebucadnezaris hoc nomen habuit, Ierem. 39. vers. 3. vnde colligimus, illum Ducem hominem fuisse Assyriacum.

Quintum argumentum desumitur ab authoritate, non modo Scaligeri, Caluisii & aliorum melioris notæ Chronologorum: verum & eorum, qui ante Funcciani, nunc euidentia rei conuicti mentẽ mutarunt, qua in parte

merito

merito laudem merentur. Inter hos *Dauid Origanus* est, celebris ille Mathematum in Francofurtana cis Viadrum, Academia Professor, in altera Ephemeridum suarum editione. Et sane falsitas Funccianę alligationis paularim clarius ab hominibus animaduertitur; ideo hinc inde homines inueniēs in Academiis & scholis à Funcciana alligatione, quam antea probarunt, discedentes. Nam veritatis iubar oculos eorum obstrepit, & victas ipsi manus dare coguntur.

Tandem circa finem huius capitis, duo breuiter subiicienda sunt. *Prius*: Cedrenum, scriptorem Ecclesiasticum, Salmanassarem Nabonassarem nominare: Verum fecit id ex propria autoritate. Neminem enim inter priscos Historicos habet consentientem, quinimo in historia antiquitatis describenda multa historicæ veritati contraria scribit, teste clarissimo viro Guilihelmo Xylandro, eius interprete. Verum in historia Ecclesiæ, & Græcorum Imperatorum, post Constantini Magni tempora studiosus veritatis est, quam obseruatione Chronologicorum characterum & Eclipsium plurimis in locis confirmauit. *Posterius*: Arabes, in Arabica sua Ptolemæi translatione ex Nabonassare fecerunt Nabuchodonosorem, qui error ad Alfonsinos postea translatus est. Verum Græcus Ptolemæi codex, qui Patrum nostrorum memoria, Germanis in manus venit, hoc vitium Arabicæ translationis in fumos dissipauit.

CAPVT V.

Probatur, Nebucadnezarem scripturæ, non esse Nabopollassarem Ptolemai.

Primum argumentum desumitur ex natura Relatorum.

Pater, quatenus talis, filius esse nequit:
Nabopollassar est pater Nebucadnezaris:
Ergo filius esse nequit.

Assumptum ex Beroso probamus, quem Iosephus in suis, contra Appionem Grammaticum, libris citat. In his Iosephus accuratam obseruauit diligentiam in collectione testimoniorum ex profanis Historiographis, ex quibus antiquitatem suæ gentis, contra Appionem probat. Inter alios & Berosum citat, accuratissimum Chaldaicarum rerum scriptorem in hanc formam: *Nabullassarus audiens Satrapam in Aegypto, Syria inferiore & Phœnitia rebellasse, cum non valeret ipse labores ferre, filio suo Nabuchodonosori, atate valenti, partem quandam exercitus tradens, contra eum misit.* Et addit ibidem Berosus: *Nabuchodonosorem eundem esse, qui templum Ierosolymitanum concremauit.* Hoc aureum Berosi fragmentum nō modo Funccianos iugulat, qui Nabopollassarem Nebucadnezarem faciunt, verum & fictitium Annii Viterbiensis Berosum prodit. Scribit Iosephus lib. 10. Antiquit. c. 11. Berosum verba superiora *tertio libro rerum Chaldaicarum* habere. Atqui in tertio Berosi libro, quem Annius Viterbiensis habet, illa non inueniuntur. Nam ibidem describitur diluuium, & Noæ post diluuiū posteritas & propagatio. Somnia ergo sunt ociosi Monachi, quæ in illis spurii Berosi libris cōtinentur. Huic somnio illud haud est absimile, quod minorum gentium Chronologi, Nebucadnezaris parentem, Nebucadnezarem Primum; filium Nebucadnezarem Magnum appellant. Vnde hæc? Ex porta illa eburnea somniorum ociosi hominis. In vera namq; antiquitate altum hac de re silentium. Apud Iosephum quidem lib. 10. cap. 11. parens Nebucadnezaris, Nebucadnezar quoque nominatur. Verum ex loci corruptione, quia priore in Appionem eundem

eandem locum citat, sed cum alio nomine, cum aliis item numeris, qui in loco citato Antiquitatum pessime vitiati & corrupti sunt. A 18. namque Nebucadnezaris, quo templum desolatum, ad primum Cyri, anni vltra 100. ibidem vitiose numerantur.

Secundum argumentum desumitur ex Phœnicum annalium fide.

Si NebucadneZaris initium longo tempore post 123. annum Nabonassaris cœpit, tum Nabopollassar Ptolemai, NebucadneZar scripturæ esse non potest.


Atqui NebucadneZaris initium longo tempore post 123 Nabonassaris cœpit.

Ergo Nabopollassar Ptolemai non est Nebucadnezar scripturæ.

Minor probatur ex Phœnicum annalibus, quos Iosephus adducit libro priore in Appionem, referens Nebucadnezarem Tyrum obsidione cingere cœpisse, anno 7. regni Ithobali per 13. annos. Ab hoc anno 7. ad vltimum Hirami, Regis Tyriorum numerat Iosephus ex annalibus Phœnicum annos 54. cum mensibus tribus. Qui hoc modo ibidem à Iosepho colliguntur: Hiramus regnauit annis 20. Nerbalus 4. Balatorus 1. Mittonus & Gerastus 6. Ecnibalus, Chelbis, Abbatus annum 1. menses 3. Baal 10. his si 13. anni obsidionis Tyri addantur, sequetur ab initio obsidionis Tyri, ad vltimum Hirami effluxisse annos 54. absolutos. Post hanc collectionem Iosephus subnectit, *decimum quartum Hirami, principis Tyriorum esse primum Cyri*. Excellens plane manu-ductio. Hiramus regnauit annos 20. abiiciantur iam anni 6 à 54. vt ad initium Cyri veniamus, restant anni 48, ab initio obsessionis Tyri, ad initium Cyri. Vnde hunc in modum colligimus: Cyrus incepit anno Olympiadico 217. Nabonazareo 189. Ergo initium obsessionis Tyri incidet in 169. annum Olympiadicum, in 141. Nabonazareum. Demptis enim 48. annis ex 217. & 189. remanent 169. & 141. Tyrus autem à Nebucadnezare obsideri cœpta anno 7. sui regni, prout vulgaria Iosephi exemplaria, quæ Funccius sequitur, legunt. Hinc illud: Si 7. annus Nebucadnezaris in 141. Nabonazareum cadit, ex hac Iosephi lectione. Ergo 19. eiusdem in illum Nabonazareum cadere nullo modo potest, Atqui secundum Funccianam supputationem 19. Nebucadnezaris est 141. Nabonazareus. Vnde colligimus absurditatem Funccianæ alligationis.

Clausulæ loco & hoc addendum, Iosephi locum mendo non carere. Septimus enim annus, quo Tyrus obsideri cœpta, regni est Ithobali Tyriorum principis, non Nebucadnezaris, id quod Scaliger accurate obseruauit, in fragmentis veterum Historicorum, additis libris suis de temporum emendatione pag. 33. Iosephi ergo locus qui vulgariter sic habet (ἑβδόμῳ μὲν γὰρ ἔτει τῆς Ναβουχοδονόσορου βασιλείας ἤρξατο πολιορκεῖν Τύρον) ita corrigendus: ιδ. ἔτει μὲν γὰρ ἔτει τῆς Εἰθωβάλου βασιλείας Ναβουχοδόνοσορος ἤρξατο πολιορκεῖν τὴν Τύρον.

Tertium argumentum. Si Nabopollassar est NebucadneZar, tum a Merodachi initio, ad initium Nebucadnezaris anni ad minimum 95. in sacris numerandi sunt: Ratio in copulato manifesta est ex Ptolemæo, qui à primo Merodachi, ad primum Nabopollassaris numerat annos 95. Merodach enim cœpit anno 27. Nabonazareo; Nabopollassar anno 123.



Atqui in sacris longe plures anni numerantur à Merodacho ad NebucadneZarem, ad minimum anni 107.

Ergo Nebucadnezar scripturæ non est Nabopollassar Ptolemai. Minor ex Sacris manifestam habet euidentiam. Annus enim 4. Ioiakimi, est primus Nebucadnezaris Ierem. 25. v. 1. Ab hoc anno 4. Ioiakimi, si ad 14. Ezechiæ, quo Merodach in Babylone iam regnabat, ascēdamus, inueniemus annos 107. Addantur n. inter se numeri: an. 4. Ioiakimi, 31. an. Iosiæ 2, Reg. 22. v. 1. & 2. Chron.

2. Chron.34.versic.1.2. Ammonis 2. Reg.21.vers.19.& 2.Chron.31.vers.21. 55.Manassis.2.Reg.21.vers.1.& 2.Chron.33.v. v.1.15.Ezechiæ,vt ad annum eius regni 14.(Nam 29. annis regnauit,2. Reg. 18. vers. 2. & 2. Chron. 29. vers.1.)perueniamus. Qui numeri inter se additi,à 14. Ezechiæ,ad 4. Ioiakimi, siue primum Nebucadnezaris, annos 107. producunt. Atqui Ptolemæus à primo Merodachi, ad initium Nabopollassaris, annos tantum 95. numerat, vti supra monstratum. Consequitur inde, Nabopollassarem Ptolemæi 12. annis ad minimum Nebucadnezare, in dominatu, seniorem. Nabopollassar proinde Ptolemæi Nebucadnezar scripturæ esse nequit.

Quartum: Ex serie Regum Ægyptiacorum, qui circa hoc tempus regnarunt.

Si annus 9. Nabopollassaris completo, Pharao Necho in Aegypto regnare cœpit, tum Nabopollassar non potest esse Nebucadnezar.

Atqui Pharao Necho anno Nabopollassaris completo in Aegypto regnare cœpit.

Ergo Nabopollassar non potest esse Nebucadnezar.

Connexionis medium in copulato hac via firmatur: Pharao Necho prior est Nebucadnezare: Atqui ex Funcciana suppositione fit posterior. Prius membrum ex sacris robur haurit. Temporibus enim Iosiæ, Regis Iuda, Pharao Necho, iam in Aegypto regnauit, 2. Reg. 23.v.29.& 2.Chron. 35.v.20. Quartus Ioiakim, qui Iosiam sequitur, est primus Nebucadnezaris Ierem. 25. v.1. Ergo Pharao Necho in regno Aegyptiaco, Nebucadnezare, in Babylonico, prior. Posterius membrum probamus ex Herodoto, qui hanc Regum Ægyptiacorum seriem habet, lib.2. Psammeticho, Ægyptiorum Regi, successit filius Nechao, qui cum Syris congressus est in Magdalo (id est, cum Iosia in campo Megiddo, teste scriptura 2. Reg.23. vers. 29. & 2.Chron.35.v.22.) victoria potitus est. Hic perfectis 17. annis, decessit, tradito imperio Psammi, filio. Psammis, cum 6. tantum regnasset annos, facta in Æthiopiam expeditione, mox vita defunctus est: cuius regnum Apries filius suscepit, qui 25. annis dominatus est. Aprie per hostium manus strangulato. (Ierem. 44. versic. 30. Herodotus libro secundo cap. 68. & Diodorus libro primo) Amasis successit, qui annos 44. regnauit, teste Herdoto lib. 3. Huic Psammenitus successit, qui sex mensibus regnauit, vt in vulgara editione, & vetere Codice legitur. Hunc Psammenitum Cambyses anno 7. sui regni vicit: Annũ hunc Cambysis, cũ 1. Olympiadis 64. vel 253. Olympiadico conuenire, testantur Funcciani: qui annus posteriore sui parte cum anno 225. Nabonazareo conuenit. Instituatur iam additio annorum Regum Ægyptiacorum, à Nechao, ad Psammenitum & prodibunt anni 92. cum 6. mensibus. Hi anni subtrahantur à 225. annis Nabonazareis, & remanebunt anni 132. Nabonazarei ad initium Pharaonis Necho. Ex Funcciana autem suppositione annus hic 132. Nabonazareus est 9. Nebucadnezaris absolutus. (nam 18. Nebucadnezaris Funccius cum 141. Nabonazareo colligauit.) Inde sequitur Pharaonem Necho 9. quasi annis Nebucadnezare in regno posteriorem. Atqui hoc contra scripturam est, quæ Pharaonem Necho Nebucadnezare priorem facit, vt iam probauimus. Funcciana ergo alligatio merito vitiositatis accusatur.

Quæ hic de 6. annis, quo Psammenitus: 35. quo Apries: 16. quo Psammis, regnasse perhibentur, à Funccianis obiiciuntur, ea in superiori capite iam profligata sunt.

Quintum argumentum à tempre expugnatæ Niniues. *Si Niniue longe ante excidium templi Salomonici, & sanctæ Vrbis, desolata est, & illius exterminium, an-*

num 141 Nabonazareum (in quem Funccius 18. Nebucadnezaris, & Salomonici templi κενολαβεῖν coniicit) sequitur, tum Nabopollassar non est Nebucadnezar.

Atqui prius verum: Ergo & posterius.

Consecutio ex Sacris cum profanæ historiæ collatione probatur. Nam Ezechiel cap. 32. & 34. Ægyptiaco Regi excidium minatur, ipso anno desolationis templi, proposito exemplo interitus regni Niniuitici, vel Assyriaci. Ieremias cap. 50. versic. 18. & cap. 51. versic. 59. regno Babylonico vastitatem prædicit, anno 4. Zedekiæ, septennio ante desolatum templum Domini, in qua prædictione Ieremias Babyloniis Niniuitarum exemplum, vel regni Assyriaci destructionem proponit. Ex Sacris ergo colligimus, regnum Niniuiticum, annis ad minimum 7. ante conflagrationem templi, victum & desolatum. Idem ex historia profana colligere possumus. Refert enim Herodotus libro primo, Phraortem, Medıæ Regem, Cyaxaris parentem, Assyriis Ninum incolentibus, bellum intulisse, verum cum pleraque sui exercitus parte periisse. Hanc parentis cladem Cyaxares filius vlturus, copias aduersus Ninum duxit, animo eandem euertendi. Verum in obsessione Nini à Cyaxare facta, ingruit ingens Scytharum exercitus, qui, Cimmeriis in Europa eiectis, in Asiam irrumpebat. Cyaxares obsidione Nini soluta, cum Scythis congreditur: verum prælio fusus Asiæ imperium ad tempus amisit. *Scythæ 28. annis Mediam, & bonam partem Asiæ obtinuerunt.* Quibus elapsis Scythæ, partim diuinitus fœmineo morbo, Ἐναρέας ipsis dicto, ob sacræ pecuniæ direptionem, & barbaram exactionem correpti: partim à Cyaxare fraude interempti sunt. Quo alludit Ezechiel cap. 32. versic. 26. & 27 qui locus diligenter cum præcedente Herodoti conferendus est. Scythis ergo debellatis, Cyaxares iterum Asia potiebatur, & ad Nini obsidionem reuertitur, quam & expugnat, vt Herodotus ibidem testatur. Ex qua historica deductione colligimus, Niniuen anno quasi 28. vel 29. regni Cyaxaris, post Scytharum interemptionem, expugnatam. Hoc ex Herodoto collecto, annos regni Cyaxaris & Astyagis ex eodem Historico colligimus, indeque nostrum propositum roboramus. Cyaxares post parentem Phraorten regno præfuit annis 40. comprehenso Scytharum imperio. Astyages, Cyaxaris filius annis 35. Hi anni coniuncti 75. efficiunt. Astyages à Cyro regno expulsus est anno 1. Olympiadis 55. vel Olympiadico 217. Funccianis consentientibus. Hic annus Olympiadicus conuenit cum Nabonazareo 189. Subducantur iam 75. anni regni Cyaxaris & Astyagis, à 198. annis Nabonazareis, remanebunt anni 114. Nabonazarei. Qui ex hac supputatione primus est Cyaxaris. Atque Niniue ante 28. regni Cyaxaris vastata nondum fuit, vti ex Herodoto comprobauimus. Addantur iam 28. anni regni Cyaxaris ad 114. Nabonazareum, & habebimus 142. Nabonazareum, quo anno Niniue nondum expugnata erat. Inde ergo hoc modo argumentum concludimus; 28. Cyaxaris est 142. Nabonazareus, quo Niniue nondum erat victa. Atqui hic annus Nabonazareus Funccio posterior est desolatione Ierosolymæ. (Nam Funccius cum anno exterminii prioris templi confertannum 141. Nabonazareum.) Verum prior esset debet annus 28. Cyaxaris, & 142. Nabonazareus, anno 4. Zedekiæ, quo Niniue, vt iam desolata, à Ieremia introducitur, in locis supra allegatis. Magna ergo est audacia & confusio, Niniuiticam expugnationem Ierosolymitanæ, contra Sacræ historiæ veritatem postponere: annum 141. Nabonazareum, vel 18. Nabo-

L pollas-

pollassaris in annum excidii Salomonici templi coniicere, cum 4. Zedekiæ, Regis Iuda antecesserint.

Loco clausulæ ad hoc argumentum tria sunt addenda.

I. Si Niniue à Medis expugnata; Ergo non à Babyloniis, vti bona Chronologorum pars opinatur. Exercitus sane Niniuen obsessurus, vt Medicus describitur à Propheta Nahumo capite 3. versic. 3. & 4. Et profana historia vnanimi consensu expugnatioem Niniues Medis tribuit; qua cum facit & Iosephus libro decimo antiquit. cap. 3. & Eusebius in Chronico. Quanquam & id veritati consentaneum, bonam partem illius exercitus Babylonicam fuisse. Hinc Iosephus citato libro cap. 6. Medis & Babyloniis regni Assyriaci euersionem tribuit, quo cum facit & Tobiæ liber, qui cap. 14. v 19. testatur, Niniuen expugnatam à Nebucadnezare & Assuero, id est, Cyaxare Phraertis filio. Quamquam hic Tobiæ locus in Græco tantum inueniatur, non autem in vulgata versione, quam B. noster Lutherus secutus est. Ezechiel quidem ait cap. 31. versic. 13. Iehouam dedisse Assur in manus אל גוים, id est, *fortis inter gentes.*

Exinde tamen firmiter colligi non potest, Babylonios regni Assyriaci euersores fuisse. Nam & Cyaxares Medorum Rex tum temporis sua potentia & fortitudine claruit. Non enim Mediam solum obtinuit, verum & alia regna, Lydicum, totam Asiam supra Halym, amplissimum terræ tractum. Ideo ait Herodotus, Cyaxaren πολλῷ ἀλκιμώτερον τῶν προγόνων, id est, maioribus suis multo fortiorem fuisse.

II. Notandum & hoc, Diodorum Siculum, Cyaxarem, penultimum Medorum Regem, cum Deioce, Cyaxaris auo vitiose confundere libro secundo. Ait enim, Cyaxarem Medum, anno 2. Olympiadis 17. Regem à Medis electum. In cuius rei testimonium Herodotum citat. Verum quo ad nomina fallit. De Deioce verissimum sane, eum Regem Mediæ creatum anno 2. Olympiadis 17. sed de Cyaxare falsissimum, nisi quis dicat, Cyaxaris nomen tum temporis generale, multis Mediæ Regibus vsitatum fuisse. Quanquam illustris Scaliger mendum hic in Diodoro animaduertat, incuria, non autoris sed librariorum introductum, & pro ἑπτὰ καὶ δεκάτης legendum ἑβδόμης καὶ τριακοστῆς, errore ex compendiis numerorum (ΙΖ pro ΛΖ) nato. Id sin ita est, Diodorus non procul à temporis interuallo aberrauit. Initium enim Cyaxaris, in 2. annum Olympiadis 36. cadit, si Astyages anno 1. Olympiadis 55. à Cyro victus est.

III. Et hoc obseruandum, Iosephum tempus Niniuitici excidii in Ezechiæ tempora coniicere lib. 10. antiquitat. cap. 3. per manifestum errorem à Sacra Scriptura; profana Historia; imo ab ipso Iosepho discedentem.

A Sacra Historia. Zephanias vixit Iosiæ temporibus cap. 1. versic. 1. Atqui tum Niniuiticum regnum adhuc per se potentissimum fuit. Qui ergo Ezechiæ temporibus, qui Iosiam longo tempore antecessit, vastari potuit?

A profana historia, quæ ad minimum post 142. Nabonazareum, paulo ante tempora excidii templi Salomonici hanc Niniues vastationem coniicit, vti in vltimo huius capitis argumento probatum est.

A seipso. Dicit Iosephus lib. 9. antiquit. cap. 11. Nahumum prophetasse sub Iothamo, & Niniuitis excidium interminatum esse, idque annis 115. post euenisse.

A primo autem anno Iothami, ad 14. Ezechiæ, in quem excidium Niniues coniicit, anni tantum 46, effluxerunt. Nam Iotham, Rex Iuda regna-

regnauit annos 16. 2. Reg. 15. versic. 33. & 2. Chron. 27. versic. 1. Ahas totidem 2. Reg. 16. versic. 2. & 2. Chron. 28. versic. 1. Addantur 14. anni Ezechiæ, fiet 46. qui numerus ad 115. annos vix tertia sui parte pertingit. Quod si cum doctioribus statuamus, Nahum Prophetam, vno vel altero anno ante Sennachetibi interitum prophetasse, & 115. illos Iosephi annos inde supputemus, in regnum Ioiakimi deueniemus, quo Niniuiticū excidium, ex Herodoti supputatione, & rei veritate referendum est.

CAPVT VI.

Diluuntur Funcciana ratiocinia.

AD argumenta, supra capite 1. prolata quibus Funccius probare conabatur, Salmanassarem, & Nebucadnezarem Scripturæ, esse Nabonassarem & Nabopollassarem Ptolemæi, breuiter respondemus.

Ad primum dicimus: Nihil, vel parum hoc ad Salmanassarem facere, quod à Nabonassare ad Nabopollassarem à Ptolemæo anni 122. numerantur. Infirmitas Funccianæ collectionis alio exemplo potest declarari. Philippus, Rex Macedonum, qui electus est ab vniuersa Græcia Dux contra Persas, distat à Philippo Rege Macedonum, à Romanis victo, annis 155. attestante Græca historia. Ab Alexandro Magno, Rege Macedonum, qui, vt prior Philippus, Dux contra Persas, à tota Græcia declaratus est vsque ad Perseum, Regem Macedonum, à Romanis quoque victum, tot quoque anni intercesserunt, teste Liuio lib. 5. Decadis 5.

Exinde si quis concluderet, priorem Philippum esse Alexandrum M. & posteriorem, Perseum, ille vehementer erraret. Idem error est Funccii. Præterea probandum est Funccio, à Salmanassaris initio, ad Nebucadnezaris primum regni annum 122. annos elapsos. A captiuitate quidem regni Ephraimitica, ad 4. Ioiakim, seu primum Nebucadnezaris Scriptura numerat annos 115. Verum quis mihi fidem faciet, Salmanassarem annis 7. ante abductionem Israelitici regni regnare cœpisse. Funccius quidem id supponit, sed nulla suppositionis causa addita: hanc nisi dederit, eius supputationem infirmam, imo nullam existimamus.

Secundum Obiectum à loci vnitate, per medium plane falsum connectitur. Locus enim imperii Salmanassaris & Nabonassaris non fuit vnus, Hic in BABYLONE, ille in NINIVE regiam sedem habuit, & cum diuerso regimine, licet quo ad loci propinquitatem in fœdere. Nam Niniue à Babylone vix 25. milliaribus Germanicis distabat. Ita Salmanassar colonias ex Babylonia in Samariam traducere potuit, vel promiscuas cum Rege Babyloniæ habuisse regionum possessiones: hic Assyriæ: ille Babyloniæ partem, tametsi fœdus hoc inter vicinos facile rumpi potuit, in tanta humanorum casuum varietate, vt tempore Merodachi factum est, vti supra cap. 6. res confirmata fuit.

Tertium Obiectum ex nominum similitudine desumptum, supra cap. 5. argumento quarto plene refutatum est.

Concludimus ergo, erroneam esse Funccii, & eius Sectatorum, gentilium Ærarum, *Olympiadica*, *Vrbis*, *Nabonaßarea*, ad annos Mundi

alligationem, à facris literis alienam, profanis Hiſtoricis contrariam, & contortam.

CAPVT VII.

Reſolutio argumentorum Temporarii, quibus probare conatur Nabulaſſarem Ptolomæi eſſe Nebucadnezarem Scripturæ.

Temporarius lib. 2. Chonologicatum demonſtrationum in canonis ſexti demonſtratione p. 155. & ſeq. aliquot argumentis euincere conatur, Nabulaſſarem Ptolemæi eſſe Nebucadnezarem ſcripturæ.

Primum argumentum deſumit ex conſpiratione cœleſtis motus cum Scriptura.

Ptolemaus vi nonnullarum Eclipſium à quinto Nabopollaſſaris ad 7. Cambyſis numerat annos 98. Quintus enim Nabopollaſſaris eſt 127. Nabonaſſaris, & 7. Cambyſis 225. Nabonaſſaris: detractis 126. à 225. remanent anni 98. cum aliquot menſibus.

Atqui Scriptura à 5. Nebucadneζaris ad 7. Cambyſis totidem fere annos numerare videtur.

Ergo Nabopollaſſar Ptolomæi eſt Nebucadneζar Scripturæ. Aſſumptum per ambages Temporarius hoc modo probat 1. *à quinto Nebucadnezaris ad 19. eiuſdem incuntem, quo Hieroſolyma conflagrata, anni ſunt 14. 2. Addit annos 70. captiuitatis, quos inchoat à templi conflagratione. Hi anni inter ſe additi, faciunt 86. Additis ſex annis Cambyſis fiunt 92. Reſtant ergo 6. tantum anni de annis 98 Vnde concludit Temporarius, Cyrum anno 24. Perſici Regni Babylonie Dominum factum Iudæis captiuitatem laxaſſe, tum 6. tantum annos ſuperuixiſſe. Vnde concludit: Scripturam cum Ptolomao conuenire, & Nabopollaſſarem Ptolomai eſſe Nebucadneζarem Scripturæ.*

Secundum argumentum haurit ex Annalibus Phœnicũ apud Ioſephum priore in Appionem.

Narrat Ioſephus Nebochodonoſorem anno regni 7. Tyrum obſediſſe, Ithobalo regnante.

Ab hac obſidione ad primum Cyri numerant annales annos 54. Addantur anni 30 Cyri & 6. Cambyſis, colligentur anni 90. à 7. Nebucadnezaris, & 92. à quinto eiuſdem. Deſunt 6. anni ad explendum 98. annos. Hunc defectum hoc modo Temporarius corrigit: Mendoſe ſcriptum eſt apud Ioſephum, Tyrum obſeſſam fuiſſe, anno regni Nabuchod. 7. Sed mendum elui poteſt ex Clemente Stromatographo, qui libr. 1. tradit, Nebuchodonoſorem eadem expeditione Tyrum & Ieroſolymam cepiſſe. Obſeſſa eſt Ieroſolyma anno Sedeciæ 9. Nabuchodonoſoris 17. triennio poſt capta eſt, anno Nabuchod. 19. Tyrus non minoris ei conſtitit. Obſederit igitur anno regni 14 Hinc ad initium Cyri numeremus annos 54. fient anni 62. à quinto Nabuchodonoſaris. Adde tempora Cyri & Cambyſis annorum 36. cumulabis annos 98. quot cœlum profert à quinto Nabopollaſſaris ad ſeptimum Cambyſis. Ergo quintus annus Nabopollaſſaris eſt quintus Nabuchod. nec poteſt Nabopollaſſer eſſe Nabolaſſar, ſed eſt Nabuchodonoſor.

Tertium argumentum habet ex ſerie Ægyptiacorum Regum. *Apriæus Nebucadnezaris σύγχρονος regnauit annis 25. Apriao ſucceſſit Amaſis annis 55 Anno 2. Apriæi Ieroſolyma exciſa eſt à Nebucadneζare. Aduerſus Amaſin Cambyſes initio principatus, duxit exercitum, ſed eum viuum nactus non eſt, inquit Herodotus, quia è viuis exceſſerat initio regni Cambyſis. Iunge 24. Apriæ, & 55. Amaſis, efficies annos 79.*

quot

quot vere intercedunt inter vrbis vastationem & principium Cambysis, quo regnum Cyri terminatur. Adde 6. annos vt peruenias ad 7. Cambysis, quo Luna mutilata est, efficies 85. ab excidio templi ad quintum Nabuchodonosoris, habebis annos 99. quot intercedunt inter quintum Nabuchodonosoris & septimum Cambysis.

Quartum argumentum nectit ab absurdo. *Nabulassar regnum Chaldaeorum tenuit annos 29. teste Beroso apud Iosephum priore in Appionem. Sed quia idem Iosephus ex eodem Beroso alibi tribuit Nabolassari annos tantum 21. hic adsumamus annos 21. Certissimum est ex eclipsi Cambysis, quæ congruit anno Iphiti 154. à bruma Lunæ deliquium Nabolassarium incurrere in annum Iphiti 156. Adde 16. quinto Nabolassaris vt perficias 21. habebis annos Iphiti 172. Annus autem 173. annus erit primus Nabuchodonosoris. Huius annus octauus quo Ieconias abductus est, cadet in annum Iphiti 180. quo captiuitati Babylonicæ caput statuunt, additi 70. dabunt cladem Babylonicam, & annum Iphiti 251. Cyri primum, vt sacra numerant. At vero debetur hic annus quarto Cambysis. Iam Cyrus apud manes annum quartum pernoctabat. Quod si Nabolassaris imperium producas ad annos 29. incurret annus captæ Babylonis in annum tertium Darii Achæmenidæ, duodecimum ab obitu Cyri. Proinde necessario & sine vlla controuersia statuendum est, eclipsin Lunæ, quæ anno quinto Nabopollassaris accidit, nulli Babyloniorum regi accommodari posse, quam vni Nabuchodonosori. Est igitur Nabuchodonosor idem qui Nabopollassar.*

Hæc Temporarii argumenta hoc modo resoluimus.

Primum 1. falsam præsupponit hypothesin, annos 70. captiuitatis à 19. Nebucadnezaris inchoandos, cum octauo inchoandi sint, vt probatum cap. 2. 2. Numerat 72. Captiuitatis annos cum 70. tantum numerare deberet. 3. Fundamentalem suam allegationem fundat super FICTIONE. Sic enim ait: *Fingamus Babylonem captam fuisse anno* 28. 4. Ex Ptolomæi Eclipsibus id quidem habemus interuallum temporis à primo Nabopollassaris ad 7. Cambysis esse annorum 98, solidorum. Verum huius interualli ad scripturæ interuallum applicatio plane est debilis. Quoto namque anno Cyrus Iudæis captiuitatem laxarit, non ex probabili aliquo interuallo, sed ex Chronologicis & fundamentalibus demonstrationib. eruendum est, quod fecimus in vltimo titulo posterioris libri.

Secundum Temporarii argumentum refutatur ex secundo nostro argumento, quo cap. 5. probauimus, Nebucadnezarem scripturæ non esse Nabopollassarem Ptolomæi. Breuiter 1. Tyrus obsideri cœpta non 7. anno regni Nebucadnezaris, sed Ithbali Tyriorum Principis, vt ibidem monuimus. 2. Tyrus ergo à Nebucadnezare obsideri cœpta anno 9. 6. Ioiakim Anno regni sui quasi 3. non 14. vt Temporarius fingit. 3. Tyrus obsessa à Nebucadnezare non per annos 3. sed 13. vt Iosephus expresse habet, & id ex Ezechiele manifeste deprehendimus, cap. 29. 18. Videatur infra obseruatio quinta posterioris decadis. 4. Temporarii defectus & defectus supplementum nullo nititur stabilimento, quo nobis in hac Chronologia, eaque fundamentali temporum alligatione vel maxime opus est.

Tertium Temporarii argumentum ex secundo nostro argumento cap. 4. & 4. argumento cap. 5. refutatur. 1. In Diodoro qui Amasi tribuit annos 55. mendum est vt ibidem obseruauimus. Herodotus certior qui Amasi annos 44. regni tribuit. Hic numerus cum Sacra Scriptura conuenit. 2. Cambyses non in principio sui regni, sed anno q. quinto expeditionem in Ægyptum mouit anno 3. Olymp. 63. teste Diodoro lib. 1. 3. Repetimus Temporarii alligationem, & alligationis applicationem partim vitiosam, partim debilem stabili fundamento carere.

alligationem, à sacris literis alienam, profanis Historicis contrariam, & contortam.

CAPVT VII.

Resolutio argumentorum Temporarii, quibus probare conatur Nabulassarem Ptolomei esse Nebucadnezarem Scripturæ.

T*Emporarius* lib. 2. Chonologicarum demonstrationum in canonis sexti demonstratione p. 155. & seq. aliquot argumentis euincere conatur, Nabulassarem Ptolemæi esse Nebucadnezarem scripturæ.

Primum argumentum desumit ex conspiratione cœlestis motus cum Scriptura.

Ptolemaus vi nonnullarum Eclipsium à quinto Nabopollassaris ad 7. Cambysis numerat annos 98. Quintus enim Nabopollassaris est 127. Nabonassaris, & 7. Cambysis 225. Nabonassaris: detractis 126. à 225. remanent anni 98. cum aliquot mensibus.

Atqui Scriptura à 5. Nebucadnezaris ad 7. Cambysis totidem fere annos numerare videtur.

Ergo Nabopollassar Ptolomæi est Nebucadnezar Scriptura. Assumptum per ambages Temporarius hoc modo probat 1. *à quinto Nebucadnezaris ad 19. eiusdem ineuntem, quo Hierosolyma conflagrata, anni sunt 14. 2. Addit annos 70. captiuitatis, quos inchoat à templi conflagratione. Hi anni inter se additi, faciunt 86. Additis sex annis Cambysis fiunt 92. Restant ergo 6. tantum anni de annis 98 Vnde concludit Temporarius, Cyrum anno 24. Persici Regni Babyloniæ Dominum factum Iudæis captiuitatem laxasse, tum 6. tantum annos superuixisse. Vnde concludit: Scripturam cum Ptolomæo conuenire, & Nabopollassarem Ptolomæi esse Nebucadnezarem Scripturæ.*

Secundum argumentum haurit ex Annalibus Phœnicũ apud Iosephum priore in Appionem.

Narrat Iosephus Nebochodonoserem anno regni 7. Tyrum obsedisse, Ithobalo regnante.

Ab hac obsidione ad primum Cyri numerant annales annos 54. Addantur anni 30 Cyri & 6. Cambysis, colligentur anni 90. à 7. Nebucadnezaris, & 92. à quinto eiusdem. Desunt 6. anni ad explendum 98. annos. Hunc defectum hoc modo Temporarius corrigit: Mendose scriptum est apud Iosephum, Tyrum obsessam fuisse, anno regni Nabuchod. 7. Sed mendum elui potest ex Clemente Stromatographo, qui libr. 1. tradit, Nebuchodonosorem eadem expeditione Tyrum & Ierosolymam cepisse. Obsessa est Ierosolyma anno Sedeciæ 9. Nabuchodonosoris 17. triennio post capta est, anno Nabuchod. 19. Tyrus non minoris ei constitit. Obsiderit igitur anno regni 14 Hinc ad initium Cyri numeremus annos 54. fient anni 62. à quinto Nabuchodonosaris. Adde tempora Cyri & Cambysis annorum 36. cumulabis annos 98. quot cælum profert à quinto Nabopollassaris ad septimum Cambysis. Ergo quintus annus Nabopollassaris est quintus Nabuchod. nec potest Nabopollasser esse Nabolassar, sed est Nabuchodonosor.

Tertium argumentum habet ex serie Ægyptiacorum Regum. *Apriaus Nebucadnezaris σύγχρονος regnauit annis 25. Apriæo successit Amasis annis 55 Anno 2. Apriæi Ierosolyma excisa est à Nebucadnezare. Aduersus Amasin Cambyses initio principatus, duxit exercitum, sed eum viuum nactus non est, inquit Herodotus, quia è viuis excesserat initio regni Cambysis. Iunge 24. Apriæ, & 55. Amasis, efficies annos 79.*

quot

quot vere intercedunt inter urbis vastationem & principium Cambysis, quo regnum Cyri terminatur. Adde 6. annos vt peruenias ad 7. Cambysis, quo Luna mutilata est, efficies 85. ab excidio templi ad quintum Nabuchodonosoris, habebis annos 99. quot intercedunt inter quintum Nabuchodonosoris & septimum Cambysis.

Quartum argumentum nectit ab absurdo. *Nabulassar regnum Chaldaeorum tenuit annos 29. teste Beroso apud Iosephum priore in Appionem. Sed quia idem Iosephus ex eodem Beroso alibi tribuit Nabolassari annos tantum 21. hic adsumamus annos 21. Certissimum est ex eclipsi Cambysis, quae congruit anno Iphiti 154. à bruma Luna deliquium Nabolassarium incurrere in annum Iphiti 156. Adde 16. quinto Nabolassaris vt perficias 21. habebis annos Iphiti 172. Annus autem 173. annus erit primus Nabuchodonosoris. Huius annus octauus quo Iechonias abductus est, cadet in annum Iphiti 180. quo captiuitati Babylonicae caput statuunt, additi 70. dabunt cladem Babylonicam, & annum Iphiti 251. Cyri primum, vt sacra numerant. At vero debetur hic annus quarto Cambysis. Iam Cyrus apud manes annum quartum pernoctabat. Quod si Nabolassaris imperium producas ad annos 29. incurret annus captae Babylonis in annum tertium Darii Achaemenidae, duodecimum ab obitu Cyri. Proinde necessario & sine vlla controuersia statuendum est, eclipsin Lunae, quae anno quinto Nabopollassaris accidit, nulli Babyloniorum regi accommodari posse, quam vni Nabuchodonosori. Est igitur Nabuchodonosor idem qui Nabopollassar.*

Hæc Temporarii argumenta hoc modo resoluimus.

Primum 1. falsam præsupponit hypothesin, annos 70. captiuitatis à 19. Nebucadnezaris inchoandos, cum octauo inchoandi sint, vt probatum cap. 2. 2. Numerat 72. Captiuitatis annos cum 70 tantum numerare deberet. 3. Fundamentalem suam allegationem fundat super FICTIONE. Sic enim ait; *Fingamus Babylonem captam fuisse anno* 28. 4. Ex Ptolomæi Eclipsibus id quidem habemus interuallum temporis à primo Nabopollassaris ad 7. Cambysis esse annorum 98. solidorum. Verum huius interualli ad scripturæ interuallum applicatio plane est debilis. Quoto namque anno Cyrus Iudæis captiuitatem laxarit, non ex probabili aliquo interuallo, sed ex Chronologicis & fundamentalibus demonstrationib. eruendum est, quod fecimus in vltimo titulo posterioris libri.

Secundum Temporarii argumentum refutatur ex secundo nostro argumento, quo cap. 5. probauimus, Nebucadnezarem scripturæ non esse Nabopollassarem Ptolomæi. Breuiter 1. Tyrus obsideri cœpta non 7. anno regni Nebucadnezaris, sed Ithbali Tyriorum Principis, vt ibidem monuimus. 2. Tyrus ergo à Nebucadnezare obsideri cœpta anno 9. 6. Ioiakim Anno regni sui quasi 3. non 14. vt Temporarius fingit. 3. Tyrus obsessa à Nebucadnezare non per annos 3. sed 13. vt Iosephus expresse habet, & id ex Ezechiele manifeste deprehendimus, cap. 29. 18. Videatur infra obseruatio quinta posterioris decadis. 4. Temporarii defectus & defectus supplemenrum nullo nititur stabilimento, quo nobis in hac Chronologica, eaque fundamentali temporum alligatione vel maxime opus est.

Tertium Temporarii argumentum ex secundo nostro argumento cap. 4. & 4. argumento cap. 5. refutatur. 1. In Diodoro qui Amasi tribuit annos 55. mendum est vt ibidem obseruauimus. Herodotus certior qui Amasi annos 44. regni tribuit. Hic numerus cum Sacra Scriptura conuenit. 2. Cambyses non in principio sui regni, sed anno q. quinro expeditionem in Ægyptum mouit anno 3. Olymp. 63. teste Diodoro lib. 1. 3. Repetimus Temporarii alligationem, & alligationis applicationem partim vitiosam, partim debilem stabili fundamento carere.

Quartum Temporarii argumentum ab absurdo fluit. Absurditas nititur falsa annorum numeratione. Annos Nabopollassaris 29. vel 21. *diuisim* numerat, cum bonam partem eorundem *coniunctim* cum annis Nebucadnezaris numerare deberet, vt apparet ex subiecto schemate: Testis enim est Berosus Nabopollassarem in Babylone adhuc regnante Nebucadnezarem filium in Syriam misisse. Ab huius in Palestinam aduentu scriptura Nebucadnezaris annos inchoat, parens interea per multos bene annos in Babylonia vixit. Solutio ergo Babylonicæ captiuitatis optime fieri potuit viuente adhuc Cyro.

CHRONOLOGICA

Αὐτοψία.

VT unum & alterum capita huius Tituli Tyronibus Chronologici studii dilucidiora fiant, placuit eorum gratia annos Regum Iuda cum Regibus Babyloniorum, Medorum, Aegyptiacorum, Tyriorum, illius temporis quorum Historici meminere, connectere, annisq; mundi applicare, vt cum ipsa lectione αὐτοψίας habeant, animumque reficiant.

ANNI

Mundi.	Olympiadicι.	Vrbis.	Nabonazarei.	Regum Iuda.	Regum Medorum.	
3221		25	19	1 Ezechia		Ezechias regnauit annis 29. 2. Regum 8. vers. 2. & 2. Chron. 36. vers. 1.
3222	1 13	26	20	2		
3223	2	27	21	3		
3224	3	28	22	4		
3225	4	29	23	5		
3226	1 14	30	24	6		
3227	2	31	25	7		
3228	3	32	26	8		
3229	4	33	27	9		Merodach capit hoc anno in Babylone.
3230	1 15	34	28	10		
3231	2	35	29	11		
3232	3	36	30	12		
3233	4	37	31	13		
3234	1 16	38	32	14		
3235	2	39	33	15		
3236	3	40	34	16		
3237	4	41	35	17		Deioces incipit anno 2. Olymp. 17. iuxta Diodorum lib. 3. imperat annis 53. secundum Herod. lib. 1. 102.
3238	1 17	42	36	18	Deioces	
3239	2	43	37	19	1	
3240	3	44	38	20	2	
3241	4	45	39	21	3	
3242	1 18	46	40	22	4	
3243	2	47	41	23	5	
3244	3	48	42	24	6	
3245	4	49	43	25	7	

[illegible]undi.	Olympiadis.	Vrbis.	Nabonazaris.	Regum Iuda.	Regum Medorum.	
3246	1. 19	50	44	26	8	
3247	2	51	45	27	9	
3248	3	52	46	28	10	
3249	4	53	47	29	11	
3250	1 20	54	48	1 *Manassis*	12	*Manasse regnauit annos 55. 2. Regum 21. vers. 1. 2. Chron. 33. vers. 1.*
3251	2	55	49	2	13	
3252	3	56	50	3	14	
3253	4	57	51	4	15	
3254	1 21	58	52	5	16	
3255	2	59	53	6	17	
3256	3	60	54	7	18	
3257	4	61	55	8	19	
3258	1 22	62	56	9	20	
3259	2	63	57	10	21	
3260	3	64	58	11	22	
3261	4	65	59	12	23	
3262	1 23	66	60	13	24	
3263	2	67	61	14	25	
3264	3	68	62	15	26	
3265	4	69	63	16	27	
3266	1 24	70	64	17	28	
3267	2	71	65	18	29	
3268	3	72	66	19	30	
3269	4	73	67	20	31	
3270	1 25	74	68	21	32	
3271	2	75	69	22	33	
3272	3	76	70	23	34	
3273	4	77	71	24	35	
3274	1 26	78	72	25	36	
3275	2	79	73	26	37	

Mũdi	Olympia-dis		Vrbis	Nabo-naza-ris	Regum Iuda.	Regum Medorum.	Regum Ægyptio-rum.	
[illegible]	3		80	74	27	38		
…77	4		81	75	28	39		
3278	1	27	82	76	29	40		
3279	2		83	77	30	41		
3280	3		84	78	31	42	1 Psammitichus	
3281	4		85	79	32	43	2	Ψαμμήτιχος ἐβασίλευσε Αἰ- γύπτου τέσσαρα καὶ πεντήκον- τα ἔτεα. Psammitichus in Aegy- pto 54. annos regnauit. Hero- dotus lib. 2. cap. 157.
3282	1	28	86	80	33	44	3	
3283	2		87	81	34	45	4	
3284	3		88	82	35	46	5	
3285	4		89	83	36	47	6	
3286	1	29	90	84	37	48	7	
3287	2		91	85	38	49	8	
3288	3		92	86	39	50	9	
3289	4		93	87	40	51	10	
3290	1	30	94	88	41	52	11	
3291	2		95	89	42	53	12	
3292	3		96	90	43	1 Phraortes	13	Phraortes regnauit annos 22. Herod. lib. 1. cap. 102.
3293	4		97	91	44	2	14	
…94	1	31	98	92	45	3	15	
3295	2		99	93	46	4	16	
3296	3		100	94	47	5	17	
…97	4		101	95	48	6	18	
…98	1	32	102	96	49	7	19	
…299	2		103	97	50	8	20	
…00	3		104	98	51	9	21	
[illegible]	4		105	99	52	10	22	
…302	1	33	106	100	53	11	23	
[illegible]	2		107	101	54	12	24	
…304	3		108	102	55	13	25	
3305	4		109	103	1 Ammon	14	26	Ammon regnauit per biennium. 4 Reg. 21. v. 19. 2. Chron. 33. v. 21.

Mundi.	Olympia dict.		Vrbis.	Nabonazaræ.	Regum Iuda.	Regum Medorum.	Regum Aegyptiorum.	Regum Babyloniorum	
3306	1	34	110	104	2	15	27		
3307	2		111	105	1 Iosia.	16	28		Iosias regnauit annos 31 2. Regum 22. vers. 1. 2. Chron. 34. vers. 1.
3308	3		112	106	2	17	29		
3309	4		113	107	3	18	30		
3310	1	35	114	108	4	19	31		
3311	2		115	109	5	20	32		
3312	3		116	110	6	21	33		
3313	4		117	111	7	22	34		
3314	1	36	118	112	8	1 Cyaxares	35		Cyaxares regnauit per 40 annos. Herodotus lib. 1. cap. 106.
3315	2		119	113	9	2	36		
3316	3		120	114	10	3	37		
3317	4		121	115	11	4	38		
3318	1	37	122	116	12	5	39		
3319	2		123	117	13	6	40		
3320	3		124	118	14	7	41		
3321	4		125	119	15	8	42		
3322	1	38	126	120	16	9	43		
3323	2		127	121	17	10	44		
3324	3		128	122	18	11	45	1	Nabopollassar Rex Babyloniæ cœpit anno 122 Nabonazareo, regnauit per annos 29. solidos. Ptolemæus lib. 5. & 14. Berosus apud Iosephum priore in Appionem.
3325	4		129	123	19	12	46	2	
3326	1	39	130	124	20	13	47	3	
3327	2		131	125	21	14	48	4	
3328	3		132	126	22	15	49	5	
3329	4		133	127	23	16	50	6	
3330	1	40	134	128	24	17	51	7	
3331	2		135	129	25	18	52	[illegible]	
3332	3		136	130	26	19	53	9	
3333	4		137	131	27	20	54	10	
3334	1	41	138	132	28	21	1 Necho	11	Necho regnauit annos 17. Herod. lib. 5. c. 159.
3335	2		139	133	29	22	2	12	

Mūdi	Olympiades.	Vrbis	Nabonazares	Regum Iuda	Medorum	Ægyptiorum	Babyloniorum.	Principum Tyri, quorum Iosephus meminit ex Phœnicum annalib. libro priore in Apponem. Ithobaal ann. 29.
3336	3	140	134	30	23	3	13	1
3337	4	141	135	31	24	4	14	2
3338	1 42	142	136	1 Ioahas Ioiakim	25	5	15	Ioahas regnauit per 3. menses 2. Reg. 23. v. 31. Chronic. 36. v. 2.
3339	2	143	137	2	26	6	16	Ioiakim regnauit per 11. annos 2. Reg. 23. vers. 36. 2. Chron. 36. v. 5
3340	3	144	138	3	27	7	17	5
3341	4	145	139	4	28	8	18 1	Quartus Ioiakimi est primus Nebucadnezaris Ier. 25. v. 1. non à morte parentis, sed ab eo tempore quo à parente in Syriam missus, vt Berosus apud Iosephum habet.
3342	1 43	146	140	5	29	9	19 2	
3343	2	147	141	6	30	10	20 3	
3344	3	148	142	7	31	11	21 4	9
3345	4	149	143	8	32	12	22 5	10
3346	1 44	150	144	9	33	13	23 6	11
3347	2	151	145	10	34	14	24 7	12
3348	3	152	146	11	35	15	25 8	Iechonia cū 3. menses regnasset, Ieremiæ suasu se Regi Babylonico dedidit, qui ipsum in Babylonem abduxit. 2. Regum 24. v. 8. 12. 2. Chron. 36. v. 9.
3349	4	153	147	1 Iechonia Zedekia	36	16	26 9	
3350	1 45	154	148	2	37	17	27 10	
3351	2	155	149	3	38	1 Psammis	28 11	Zedekia regnauit per 11. annos 2. Regum 24. 18. 2. Chron. 36. vers. 11.
3352	3	156	150	4	39	2	29 12	Psammis in Aegypto 6. annos regnauit. Her. lib. 2. cap. 168.
3353	4	157	151	5	40	3	13	
3354	1 46	158	152	6	1 Astyages	4	14	Astyages regnauit annos 35. Herod. lib. 1. cap. 130. Baal 10.
3355	2	159	153	7	2	5	15	1
3356	3	160	154	8	3	6	16	2
3357	4	161	155	9	4	1 Aprius.	17	Aprius, in Scriptura Haphra regnat per annos 25 Herod. lib. 2. cap. 162.
3358	1 47	162	156	10	5	2	18	
3359	2	163	157	11	6	3	19	5
3360	3	164	158		7	4	20	Posterior Zedekiæ anni 11. pars in annum mundi 3360. cadit.
3361	4	165	159		8	5	21	
3362	1 48	166	160		9	6	22	8
3363	2	167	161		10	7	23	9
3364	3	168	162		11	8	24	10
3365	4	169	163		12	9	25	Iudices in Tyro per annum regnarunt.

3366

Mundi	Olympiadices.	Vrbis	Nabonacares	Regum Medorum.	Regum Ægyptiorum.	Regum Babyloniorum.	Principũ Tyri.	
3366	1 49	170	164	13	10	26	1	*Myttenus & Gerastus.*
3367	2	171	165	14	11	27	2	
3368	3	172	166	15	12	28	3	
3369	4	173	167	16	13	29	4	
3370	1 50	174	168	17	14	30	5	
3371	2	175	169	18	15	31	6	
3372	3	176	170	19	16	32	1	*Balatorus.*
3373	4	177	171	20	17	33	1	*Merbalus.*
3374	1 51	178	172	21	18	34	2	
3375	2	179	173	22	19	35	3	
3376	3	180	174	13	20	36	4	
3377	4	181	175	14	11	37	1	*Hiram. Hiram regnauit per 20. annos.*
3378	1 52	182	176	25	22	38	2	
3379	2	183	177	26	23	39	3	
3380	3	184	178	27	24	40	4	
3381	4	185	179	28	25 1	41	5	*Apries ab Amasi cruento bello victus strangulatur. Hero lib. 2 c. 169. Diodorus lib. iuxta Iere. prophetiã c. 44 v. 30. Amasis per 44. anno regnauit. Herod. lib. 3. c. 1c*
3382	1 53	186	180	29	*Amasis* 2	42	6	
3383	2	187	181	30	3	43	7	
3384	3	188	182	31	4	44	8	
3385	4	189	183	32	5	1 Euilmerodca	9	*Nomina & tempus regni Regũ Babylonicorũ desumpti sunt ex Beroso apud Iosephũ priore in App. & Megasthene apud Eusebium lib. 9. praeparat. Euangelica c. 4.*
3386	1 54	190	184	33	6	1	10	
3387	2	191	185	34	7	1 Nerigliſſororu	11	
3388	3	192	186	35	8	2	12	
3389	4	193	187	*Cyrus*	9	3	13	
3390	1 55	194	188	1	10	4	14	*14 Hirami Tyriorũ Principis est primus Cyri apud Iosephum.*
3391	2	195	189	2	11	1 Laborosoarchodus	15	
3392	3	196	190	3	12	2	16	
3393	4	197	191	4	13	3	17	
3394	1 56	198	192	5	14	4	18	
3395	2	199	193	6	14	5	19	

[illegible]	[illegible] dis		[illegible]	[illegible] ab Nabonassare	Regum Persarum.	Regum Ægyptiorum.	Regum Babyloniorum.	
[illegible]	[illegible]		[illegible]	194	7	16	6	
[illegible]397	4		2[illegible]	195	8	17	7	
3398	[illegible]	57	2[illegible]2	196	9	18	8	
[illegible]399	2		203	197	10	19	9	
34[illegible]0	3		204	198	11	20	1	Nabonidus Medus qui [illegible] lig[illegible] & nobis 2. Darius Me[illegible], [illegible]cuius meminit Daniel cap. 9. v[illegible] 1
3401	4		205	199	12	21	2	
340[illegible]	[illegible]	58	206	200	13	22	3	
[illegible]	[illegible]		207	201	14	23	4	
[illegible]404	3		208	202	15	24	5	
[illegible]405	4		209	203	16	25	6	
3406	1	59	210	204	17	26	7	
3407	[illegible]		211	205	18	27	8	
3408	[illegible]		212	206	19	28	9	
3409	4		213	207	20	29	10	
3410	1	60	214	208	21	30	11	
3411	2		215	209	22	31	12	
3412	3		216	210	23	32	13	
3413	4		217	211	24	33	14	
3414	1	61	218	212	25	34	15	
3415	2		219	213	26	35	16	
3416	3		220	214	27	36	17	Cyrus anno 17 Nabonidi Medi ex Perside profectus va[illegible]ata Asia Babyloniam adoritur, tandem non sine magno labore expugnat.
[illegible]4[illegible]	4		221	215	28	37		
3418	1	62	222	216	29	38		
3419	2		223	217	30	39		
3420	3		224	218	1 Cābyses	40		
[illegible]421	4		225	219	2	41		
[illegible]422	1	63	226	220	3	42		
[illegible]3	2		227	221	4	43		
[illegible]	3		228	222	5	44		
[illegible]42[illegible]	4		229	223	6	Psammenitus mē[illegible] se[illegible]. regnauit.	Herod. lib. 3 Psammenitū Cambyses anno 7. sui regni vicit, Aegyptumque in Persarum pote[illegible]atem redegit.	

M [illegible] TITV-

TITVLVS TERTIVS.

EXAMINATA est Funcciana, exterarum, earumque antiquissimarum Epocharum ad annos Mundi alligatio, vel isque fundamentis refutata. Nunc *Beroaldica* annorum à Mundo, ad Christum concatenatio proferenda, & erroris conuincenda est. Nominamus autem hanc concatenationem Beroaldicam, à primo eius autore, *Matthæo Beroaldo*, Dionysiano Gallo, vti videre est in eius Chronico lib. 3. cap. 7. & 8. Hunc Beroaldum ex parte sequitur, *Philippus Mornæus* c. 29. de veritate Christianæ religionis; *Iohannes* item *Haslerus* Bernensis in suo paradoxo annorum mundi à creatione vsque ad Iesum Christum; *Isaacus* item *Genius*, & præsertim *Dauid Pareus* Professor & Theologus Heidelbergensis, qui magno conamine, hanc Beroaldicam alligationem propugnat, vti videre est, in altera eius Chronologica oratione, de 70 hebdomadibus Danielis, habita Heidelbergæ, in promotione Doctorali Doctoris *Petri Cuneti*, & in eius cauillis aduersus peritum Chronologum *Sethum Caluisium*. Videatur & M. Georgii Stamperii Sacræ Chronologiæ delineatio, in qua *Beroaldum* totus sequitur.

Vt autem hic titulus legitimo ordine pertractetur: *Primo* Modus explicandus est Beroaldicæ connexionis annorum à Mundo, ad ἐνσάρκωσιν τοῦ λόγου. *Secundo* Beroaldi, & Beroaldistarum præcipua argumenta proferenda sunt: vbi de interuallo regni Persici, ex Græcis Historicis, Herodoto, Thucydide, Xenophonte, Diodoro Siculo, Dionysio Halicarnassensi: Septuaginta item hebdomadibus Danielis, earumque termino à quo, & ad quem, iucunda satis, & scitu necessaria non tam ex prolixitate, quam materiæ necessitate proponemus. *Tertio* Beroaldica alligatio aliquot argumentis, ex cœlesti præcipue motu & concordantis historiæ veritate est refutanda.

CAPVT I.

De Modo Beroaldicæ alligationis annorum à Mundo ad Dominicam Natiuitatem & Passionem.

OPINANTVR Beroaldistæ, integram Chronologicã annorum seriem, à Mundi primordio, ad Incarnationem & passionem Filii Dei, ex solis Sacris haberi posse, absque adminiculo profanorum, vel gentilium Historicorum. Connexionẽ ergo hoc modo instituunt, vt videre est, apud Beroaldum & Paræũ in citatis locis. 1. Colligunt annos à Mundo ad Babylonicã Iudæorum captiuitatem, quam Beroaldus incipit à 4. anno Ioiakimi, Regis Iuda, qui fuit primus Nebucadnezaris, Ierem. 25. vers. 1. Paræus ab 11. Iechoniæ. Hic legitimum habet captiuitatis initium, vti præcedente titulo capite 2. confirmatum est. 2. His annis à Mundo ita collectis, subiungunt annos 70. Babylonici carceris. 3. Cum fine horum 70. annorum immediate connectunt 70. hebdomadas Danielis, quas finiunt in Dominica passione, quam factam dicunt in dimidia vltimæ hebdomadis, anno 4. Olympiadis 202. siue anno Olympiadico 808. Hac ratione medium, per quod exteras Epochas cũ annis Mundi colligant, hebdomades sunt Danielis.

Ex

Ex Beroaldistarum ergo mente, temporis interuallum, à laxata Iudæis per Cyrum captiuitate, vsque ad Dominicam passionem, est 487. annorum. Seruator autem noster anno 33. suæ ætatis mortuus est, vti vulgaris opinio habet. Ergo à laxatione captiuitatis, ad natum Christum Beroaldistæ annos tantum 454. numerant. Quod si Beroaldo & Sectatoribus exoticam historiam, vnanimemque eius consensum obiiciamus, qui interuallum hoc à Cyro ad Christum 70. annos, & vltra extendit; respondent, hic sacro, non profano calculo standum, & gentilem historiam, ad sacrum, quem illi sibi fingunt, calculum examinandam: si conueniat, amplectendā: sin minus, vt erroneam reiiciendam. Verum, ne in omnes seculares historias, & historicos hoc strictum ius promulgasse videantur, interuallum à laxatione Iudaicæ captiuitatis ad nostrum Sospitatorem, dispescunt in duo iterum interualla.

Prius à Cyro, primo Persarum Rege, vel Iudæorum liberatione ad Alexandrum Magnum, qui Darium Codomannum, vltimum Persarum Regem ad Arbela, vel Gaugmela, vicit:

Posterius ab Alexandri Magni Monarchia vsq; ad Christum. In hoc posteriore interuallo nobiscum consentiunt, profanæ Historiæ tuto credendum, quia calculus sacer & profanus, in regno Alexandri concurrat: ideo vero concurrete, quia tempora Alexandri, & subsequentia, vtpote propiora & notiora plures atq; diligentiores inuenerunt Scriptores Græcos & Latinos, veritatis testes. Inde concedunt ipsi ab Alexandri Magni victoria de Dario reportata, vsq; ad Christum natum annos effluxisse 329. Alexander namq; Darium vicit anno 2. Olympiadis 112. vel Iphitæo 446. consentiente Pateo: quanquam Beroaldus hic triennio μετ' χρόνων peccet. Si ergo ab hac victoria retrogrediamur, & annos 329. à 454. subtrahamus, remanebunt anni 125. Hoc interuallo includunt totum regnum Persicum à Cyro ad finem huius Monarchiæ, quanquam Beroaldus hoc spacium 130. annorum faciat, Stampelius annorum 129. Ex quo consequitur, Beroaldistas prius interuallum à Cyro ad Alexandrum impugnare, Cyriq; regnū ab Olympiade 80. vel 81. inchoare. Nam si ab anno 446. Iphitæo, quo Persica Monarchia, p Alexandrū finita, subtrahant 125. vel 130. remanebūt anni 321. vel 316. Olympiadici, vel Olympiades 79. finiēs, 80. & 81. in quos Cyri initium locant. In hac vero regni Persici decurtatione, si Beroaldistis veterum Historicorum, ad vnum omnium autoritatem opponamus, interuallum regni Persici vltra 200. annos extendentium, Cyrique initium ad Olympiaden 55. coniicientium, audacter respondent, omnes Historicos Græcos, Herodotum, Thucydidem, Xenophontem, Diodorum Siculum & alios, qui vnquam de rebus gestis scripserunt, Græca, id est, ficta fide res Persicas, ratione temporis conscripsisse.

CAPVT II.

Beroaldistarum argumenta proferuntur.

Argumenta, quibus Beroaldistæ probant, hebdomadas Danielis, mox à laxata Iudæis captiuitate inchoandas, Græcamq; Historiam in interuallo regni Persici definiendo falsam, hæc sunt.

Primvm: *Si hebdomades Danielis immediate cohærent, cum fine Babylonicæ captiuitatis, vtique profanus calculus vanus est, id est, regnum Persicum interualli ra-*

tione à Græcis vana fide prolongatum: Atqui hebdomades Danielis immediate cohærent cum fine Babylonicæ captiuitatis.

Ergo profanus calculus vanus est, &c.

Assumptum Pareus hoc modo probat: Angelus apud Danielem initium hebdomadum expresse figit in exitu verbi, de reducendo populo, & reædificanda Ierosolyma; finem in Christi excisione, cum ait cap. 9. vers. 25. *Scito, quod ab egressu verbi de redire faciendo* (populo) *& de ædificanda Ierosolyma, sunt septimanæ 7. & 62. & post has exscindetur Messias.* Hunc egressum verbi, non nisi de promulgatione edicti Cyri, quod habetur 2. Chronic. 36. vers. 23. & Esræ 1. vers. 1. 2. 3. intelligi posse, probat Pareus aliquot rationibus, quas ipse solidissimas vocat, in sua oratione de hebdomadibus Danielis, & in suis aduersus Caluisium Elenchis. Quas rationes maximam partem habet Præfatio, præfixa concentui Sacræ Scripturæ, Hugonis Broughtonii.

1. *Angelus initium hebdomadum absolute & citra vllam determinationem figit in exitu verbi. Nō enim dicit, ab exitu secundo vel tertio, sed simpliciter ab exitu. Ergo exitum proxime instantem, id est, primum intelligit, alioqui limitatione addita, ambiguitatem sustulisset: secus Prophetam incertum reliquisset, nec principium hebdomadum eum intelligere fecisset. At inquit Angelus ad Danielem, cap. 9. vers. 22. intelligere faciam te.*

2. *Expresse dicitur: ab exitu verbi de reducendo populo, & reædificanda Vrbe, hebdomadas inchoandas. At solus Cyrus edictum euulgauit de vtroque. Ergo ab hoc termino & edicto hebdomades illæ inchoandæ sunt.*

3. *Ex fine reuelati oraculi: quorsum Angelus Danieli hoc de septimanis annuis ad Christū futuris reuelauit oraculū? Certe vt eum de veritate promissæ liberationis sollicitum consolaretur, & certum redderet re præsente, quasi diceret; Caue sis anxius, iam iam prodibit edictum Cyri, de soluenda captiuitate vestra: & inde post 70. hebdomadas sequetur æterna, per Messiam, liberatio. Atqui parum Angelus Danielem fuisset consolatus, vel intelligere fecisset, si de exitu verbi incerto, aut multo post futuro loqueretur.*

Id Pareus probat testimonio Burgensis in additionibus Lyræ, ad 9. caput Danielis:

Si principium in aliquo termino post futuro figatur, non fuit Daniel per hanc reuelationem certificatus de tempore, quo ea, quæ petebat, deberent impleri, sed potius ignorasset, quantum temporis distaret, à tempore reuelationis, vsque ad tempus, in quo complenda essent ea, quæ ipsi fuerant reuelata, quod foret inconueniens.

4. *Fuit & hic scopus oraculi, vt vetus Ecclesia de Messiæ aduentu, eiusq; beneficiis, à temporis etiam circumstantia confirmaretur: Exacti sunt anni 70. captiuitatis; redibitis igitur: exspectate hebdomadas 70. & Christus ipse vos liberabit. Atqui nisi de primi edicti exitu Angelus locutus esset, etiam hic oraculi fructus apud Ecclesiam veterem nullus fuisset, ignorato hebdomadum principio, maxime si illud ab edito oraculo annis pluribus auellatur.*

5. *Quam Deus curam habuit Sacræ Chronologiæ ab exordio Mundi ad Babylonicam captiuitatem: eandem quoq; ad Christum vsque continuandam. Qui hoc non concedunt, (inquit Pareus) quomodo Spiritum Sanctum negligentiæ, vel inuidentiæ taciti non insimulent, viderint.*

Aut enim necessarium fuit Ecclesiæ, & Sacræ Historiæ integram Chronologiam ad Christum recensere, aut non. Sin hoc: Ergo non modo fides Ecclesiæ circa oracula, quæ temporum momentis maxime nituntur labefactatur, sed & lumen profanis Historiis vulgo concessum Sacræ Historiæ derogatur. Sin illud; aut non potuit, aut noluit, aut certe neglexit S. sanctus rem tam necessariam aperire Ecclesiæ. Quorum nullum caret blasphemia.

6. Aut

6. *Aut sola ea vera est & certa sententia, quæ hebdomadas à Cyri edicto ordiεur, & in Christi passione terminat, aut præter eam vna aliqua earum, quæ easdem vel ante vel post Cyrum inchoant, & ante, vel post Christi mortem terminant: omnes enim aut plures tam dissitanea opiniones oraculo pariter congruere, & vera esse non possunt. At nulla istarum est, quæ non vel in vtroque, vel altero termino, ab oraculi tum verbis, tum scopo varie exorbitet, variasq; secum difficultates, non apparenter tantum sed vere trahat.* Tutissimum ergo ex Beroaldistarum mente, si hebdomades Danielis mox à Cyri laxatione inchoentur.

7. *Nisi caput hebdomadum in primo Cyri anno (Intellige primum Cyri annum à solutione Iudaicæ captiuitatis) figatur immobile, de omni veteri Chronologia ἀσφαλεία prorsus actum est, & conclamatum. Ii namque qui à primo Cyri anno, 70. Hebdomadum Danielis terminum à quo mouent, hiatum faciunt, & saltare per incerta spacia coguntur. Atqui hic saltus seu hiatus Chronologiæ certam seriem perturbat. Cum itaq; de hoc saltu Chronologis conuenire sit impossibile, ne sit saltandum, ab hiatu necessario est abstinendum.*

Secundum Parei argumentum est:

Si omnis hiatus, quem Chronologi inter finem captiuitatis, & initium hebdomadum faciunt, varia importat 1. incommoda, & 2. absurditates; vtique profanus calculus teneri non potest.

Atqui verum prius. Ergo & posterius.

Incommoda Pareus hæc profert: *hiatus ille scopum & vsum oraculi cælestis euertit, qui fuit, Danielem mæstum & sollicitum consolatione erigere, de tempore liberationis per Cyrum, & per Messiam edocere, & denique Chronologiæ Sacræ illud, quod desiderabatur, vsq; ad Christum pertexere. At nihil istorum fecit Angelus: nihil Danielem est consolatus: nihil eum intelligere fecit, nihil prosunt hebdomades ad certum Chronologiæ annum, si non de proximo Cyri edicto, sed de alio, incertum quando post futuro Angelus locutus perhibeatur.*

Absurditatem Pareus hanc adducit: *Autor emendationis temporum* (Scaligerum intelligit) *initium hebdomadum figit, anno 2. Darii Nothi, inter laxationem per Cyrum, & hebdomadum initium, hiatum faciens annorum* 107. *Constat vero anno 6. Darii (quem Nothum fuisse, non negauerim) templum esse absolutum, Esra 6. v.* 15. Pergit Pareus: *Videte quid patiatur hæc sententia! Fingamus, Zerubabelem Ducem, cum anno* [illegible] *Darii, templum absoluisset, ætatem Mosis habuisse 120. annorum, quantam post Mosen attigisse vix quisquam legitur: demamus ab hac ætate hiatum 15 annorũ, à soluta captiuitate ad sextum Darii, vel absolutũ templũ, & habebimus Ducem 9. annorum in egressu ex Babylone, quo quid absurdius? Fingite deinde Iosuam Pontificem, qui & ipse exædificationi præfuit, tum fuisse aliquanto maiorem, puta annorum 130. quæ fictio profecto plus est quam liberalis: demite ab hac eius ætate hiatum illum 111. annorum, & habebimus in egressu ex Babylone adolescentem Pontificem 19. annorum, qua ætate ne quidem Sacerdoti, nedum Pontifici esse licuit. Nam per legem Numer. 4. v. 3. anni 30. requirebantur in Sacerdotio. Quis vero credat, duobus adolescentibus tantam prouinciam reducendi populi à Cyro concreditam fuisse? Quod vero Zerubabel, & Iosua tempore Cyri, cum populo Babylone egressi sint, & ad sextum Darii Nothi vixerint, testatur* Esra c. 2. v. 2. c. 3. v. 2. 8. c. 5. v. 2. cum Haggeo 1. vers. 1. & *Zacharia* cap. 4. v. 9.

Tertium Parei argumentum ab inconstantia profanæ. Historiæ, in interuallo regni Persici definiendo desumitur:

Si profanus calculus sibi non constat, sed varius, incertus, lubricus: vtiq; hoc ipso ad certam Chronologiam ineptus est, & repudiandus:

Atqui profa[illegible]*o nihil magis varium, perplexum & inconstans est Græcis Scriptoribus in*

bus in Persicis Historiis, quas prorsus Graca fide descripsisse videntur. Siue enim durationem Monarchia Persica à Cyro ad Alexandrum Magnum; siue numerum & nomina Regum Persicorum: siue singulorum Regum annos requiras, vix duos inuenies concordes. Aliter Reges, & annos Persicos Ctesias, aliter Metasthenes, aliter Herodotus, Dionysius, Diodorus descripserunt.

Id vt Pareus confirmet, Iosephi locum ex priore in Appionem adducit: *Certe* (inquit Iosephus) *in suis libris* (de Græcis loquitur) *alii alios plerumque refellunt, & iisdem de rebus diuersissima scribere non dubitant. Cuius discrepantia causa sunt.* Prior, *quod à primordio apud Græcos non curatum fuit, vt annales conficerentur, sed inprimis & errori causam, & mentiendi licentiam, præbuit iis, qui post de rebus antiquis scribere voluerunt:* Posterior, *quod qui scribere aggressi sunt, non veritati studuerunt; (tametsi hoc semper profiteri soleant) sed dicendi vim ostentarunt, & eam scribendi rationem secuti sunt, qua se aliis superiores visum iri existimabant, nonnulli ad fabularum narrationes animum applicantes.*

CAPVT III.

Beroaldistarum pugna contra regnum Persicum.

IN capite primo huius tituli commemoratum, Beroaldistas interuallum regni Persici 130. vel 125. tantum annorum facere. Hinc pugna aduersus Persicum regnum, eiusque Reges: Regnum pro libitu ad 100. annos decurtant: (Vnanimis enim Historicorum consensus est, regnum Persicum 230. annos durasse.) nonnullos Persarum Reges de solio deiiciunt, quinimo è rerum natura plane eliminant: nonnullorum regnum abbreuiant, interque se miscent. Cyri regno Cambysis imperium includunt per annos 7. Ahassuero, cuius mentio fit Esræ 4. vers. 6. & in libro Esther, annos 20. incompletos tribuunt: Pareus nescit, an hic Ahassuerus Darius sit Hystaspis filius, vel Xerxes. Si Darium vult, eiiciet è numero Regum Persicorum Xerxem, Regem famosissimum, totius quondam Græciæ terrorem. Si Xerxem eligit, omittet Darium Hystaspis, celebrarissimum Regem ob cladem Marathoniam. Artaxerxi Longimano tribuunt annos 16. Dario Notho 19. Artaxerxi Memori 40. Dario Ocho annos 19. incompletos: Arsani 2. cum dimidio: Dario Codomanno 5. cum dimidio. *Stampelius* in sua delineatione Persicos Reges hoc modo numerat:

1.	*Cyro* post laxaram captiuitatem tribuit annos	3.
2.	Post Cyrum ponit *Artaxerxem* cui concedit annos	40.
3.	Post Artaxerxem locat *Darium Ahasuerum* per annos	19.
4.	Post *Ahasuerum* habet Artaxerxem cui tribuit	62.
5.	Tandem ponit *Darium* vltimum per annos	5.
	Summa	129.

Huius decurtationis Pareus in sua contra Caluisium defensione tres adfert causas.

Primam *ducit ex numero Regum Persicorum: Daniel post Darium Medum ad Alexandrum vsque, nonnisi 4. numerat,* cap. 11. vers. 2. *In Historia vero Esræ & Nehemiæ 6. omnino à Cyro ad Alexandrum regnasse dicuntur in Perside: Cyrus* Esræ 4. vers. 5. *Ahasuerus* vers. 6. *Artaxerxes* vers. 7. *Darius* vers. vigesimo quarto. *Alter*

... Artaxerxes capite septimo versic. 1. *Darius ultimus* Nehemiæ 12. v. 22. *Secundum desumit ex* ... *Ducum Israeliticorum* ... *ad Alexandrum rebus Ecclesiæ præfuerunt. Non enim, nisi duo Duces populi Zerubabel & Nehemia, in tota Persica Monarchia memorantur*, Nehem. 12. v 47. *Atqui duos tantum Duces gubernaculi populi Iudaici, per annos* 230. *tenuisse, probabile non est, quantacunque eorum fingatur longæuitas. Ergo Persicam Monarchiam breuiorum necesse est annorum fuisse, quam Græci faciunt.*

Tertiam causam Pareus dicit euidentissimam, ex Iudæorum testimonio, qui posterius templum annis 46. *ædificatum fuisse, Christo obiecerunt*, Iohan. 2. v. 20. *neque id Christus, vt falsum, reprehendisse legitur. Horum* 46. *annorum initium sumit Pareus à* 2. *anno reditus Israelitarum ex Babylone, in patriam*, Esræ 3. v. 8. *finit in anno* 6. *Darii Nothi, quo templum absolutum est*, Esræ 6. v. 15. *Ergo à tempore laxatæ captiuitatis, per Cyrum, ad* 6. *Darii Nothi, nonnisi* 47. *anni à Pareo numerantur.*

Quartam causam Beroaldus habet, lib. 3. sui Chronici c. 7. & præfatio ad lectorem, præmissa concentui Sacræ Scripturæ Brougthonii: *Esra fuit filius Seraiæ*, Esræ 7. v. 1. *Seraia anno* ... *templi Salomonici occiditur*, 2. Reg. 25. v. 18 & 21. Item Ierem. c. 52. v. 24. & 27. *Esra ad tempora ferè Alexandri Magni vixit. Iochannan enim Pontifex, cum quo Esra adhuc vixit*, Esræ 10. v. 6. *fuit pater Iaddua Pontificis*, Nehem. 12. v. 11. & 22. *quem Alexandri Magni temporibus vixisse testatur Iosephus lib.* 11. *cap.* 8. *& consentiunt omnes. Si iam ex Chronologorum sententia regnum Persarum vltra* 200. *annos extendamus, sequetur, Esram ad* 240. *circiter annos vixisse.* *Annos. Ergo colligit inde Beroaldus, Persicam Monarchiam tanto temporis spacio, quo a Græcis definitur, non durasse.*

Quartam rationem vrget præfatio prænominata: Anno 2. *Darii Nothi vixerunt homines, qui prius templum viderunt, Hag.* 2. *v.* 3. *Fuerunt illi homines, cum prius templum à Nebucadnezare vastaretur*, 15. *annorum: ab exterminio vero templi ad reditum ex Babylone anni elapsi sunt* 59 *si à spontanea Iechoniæ transportatione initium* 70. *annorum captiuitatis sumatur. Verum si à reditu ad* 2. *Darii Nothi interuallum est annorum* 107. *vt vulgo fertur: sequetur homines tum temporis vixisse vltra* 180. *annos. Hoc absurdum illis est. Interuallum ergo regni Persici à Cyro ad Alexandrum, omnino decurtandum esse contendunt.*

CAPVT IV.

Græci Historici à Beroaldistarum iniuriis vindicantur.

Historici Græci, qui de rebus Persicis, & Persici regni interuallo scripserunt, primarii quinq; sunt: 1. Herodotus: 2. Thucydides: 3. Xenophon: 4. Diodorus Siculus: 5. Dionysius Halicarnassensis. Hi, & omnes reliqui interuallum regni Persic, vltra 200. annos extendunt. Nam vnanimis veterum Historicorum est consensio, Cyrum anno 1. Olympiadis 55. siue Olympiadico 217. Astyagen, Medorum Regem vicisse: Darium Codomannum, vltimum Persarum Regem ab Alexandro Magno victum anno 2. Olympiadis 112. siue Olympiadico 446. Verum à Beroaldistis, citatis Historicis Græcis magna fit iniuria, magnusq; contemptus illis conciliatur. Hæc enim Beroaldistarum contra Græcos Historicos sunt emblemata. *Nihil fere in profana Historia rectè definitum est, ante Philippi Macedonis tempora*, Beroaldus lib. 4. c. 8. *Pauci ante tempora Alexandri Magni fide digni scriptores extiterunt, quibus veri cura describendi & annotandi fuerit.* Ibidem. *Transitus Xerxis in Græciā accidit, nonnisi circa Olympiadem* 90. Beroaldus lib. 3 c 7. *Initiū belli Peloponnesiaci incertū est, & finis etiā, vel(vt* Pareus *loquit) non cōstat, an tēpus belli Peloponnesiaci rectè applicatū sit Olympiadib, Herodot. ater fabulorū, Thucyd. nō significauit, quota Olymp. cū*

 suam

suam historiam conscriberet, agerentur, conscius forte sibi incerti temporis, quod describebat. A Thucydide male superioris temporis anni sunt definiti. Xenophontis historia in Olympiadum notis, & annorum numeris deprauata fuit. Diodori Siculi libri fabulosam sequuntur historiam. Dionysius Halicarnassensis secutus quidem est Eratosthenis regulas, diligens præterea & acutus, at nihilominus secutus perturbatam temporis rationem eodem modo, quo cæteri: & quæ sunt huius generis alia Beroaldistarũ Emblemata.

Verum nimis inhumana hæc est *κρίσις* de Græcorum historicorum, in Persico regno definiendo, fide. Hac enim Beroaldistarum iniuria Græci historici communi quasi sensu, in describenda sui temporis historia, priuantur, vna litura tota exoticæ historiæ veritas deletur, & omnes Græci historici è manibus adolescentum excutiuntur.

Herodotum quod attinet, concedimus & nos, in eodem nonnulla fabulosa contineri. Verum illa ab hominum memoria longissime fuerunt remota, eaq; ab aliis, ab Ægyptiacis præsertim sacerdotibus hausit, ex quorũ relatu longe distitas Ægyptiorum, & aliorum res gestas commemorat, vt ipse expresse fatetur. Atqui hic nullo modo pater fabularum esse potest, qui ab aliis accepta (sint fabulosa) eo, quo accepit, modo narrat. Verum in historia sui seculi, Herodotum fabulosa scribere, nullo modo concedimus. Id enim plane inhumanum est asseueratu, in optimum illum virum, & suauissimum historicum, qui ad exquirendam veritatem historiæ, tot labores, molestias, itinera suscepit. Regnum autem Persicum à Cyro ad Herodoti tempus vix per 80. annos decurrebat. Herodotus enim temporib. Xerxis, & Artaxerxis Longimani vixit. Regnum ergo Persicũ Herodoti quasi æuo cœpit, & optime Herodotus scire potuit, quot annos Cyrus, Cambyses, Darius Hystaspis cum Xerxe regnarint, præsertim cum Persici Reges cum Græcis iterata semper bella gesserint.

Veniamus ad *Thucydidem* regio sanguine satum. Descripsit ille bellum Peloponnesiacum, sua ætate, inq; patria sua gestum. Qui ergo historiam incerti temporis describere potuisset? Siccine Thucydidem, Ducem illũ præstantissimum communi sensu priuatum dicemus, qui nescierit, quid, quoue tempore in patria, se viuente, rerum ageretur, præsertim in tantis belli motibus, quibus ipse interfuit. Quod vero Olympiadum meminit, absq; speciali numeri additione, id ex temporis incertitudine minime omnium prouenit: Verum fecit hoc Thucydides ad exemplum Herodoti, qui lib. 7. historiam traiectus Xerxis in Græciam *ἀοϱίστως* in Olympiadis tempus coniicit, & quia Olympiadũ numerus, tum temporis in ore omniũ fuit, quiq; à Græcis in fastos postea relatus est, vnde Diodorus numerum Olympiadum, *ἄρχοντας* Atheniensium, & Ephoros Spartanorum hausit, satis fuit tũ Herodoto tũ Thucydidi indefinita Olympiadũ mentio. Sed incusat Beroaldus Thucydidẽ, eũ superioris ætatis annos male definiuisse, ex hoc fundamento. Numerat enim 1. à bello Pelopõnesiaco retro ad traiectũ Xerxis in Græciam annos 50. lib. 1. 2. Ab hoc traiectu ad pugnam in campo Marathonio, Darii Hystaspis tempore factã, annos 10. ibidem. 3. Inde ad pulsum Hippiam, Pisistrati filium ex regno annos 20. lib. 6. Ergo à pulso Hippia, ad initium belli Pelopõnesiaci, anni 80. Pergit Beroaldus: Pisistratidæ Athenis tyrannidem tenuerũt, annos 36. teste Herodoto, lib. 5. Pisistratus annis 34. occupata tyrannide regnauit, vt Iustinus scribit lib. 2. Ergo ab initio Pisistrati, ad initium belli Marathonii anni 90. à morte Pisistrati vsq; ad eius belli principiũ, anni 56. ab initio vero Pisistrati ad belli Pelopõnesiaci principium, anni 150. ab ejus morte ad huius belli initium, anni 116. Atqui

Pericles

Pericles mortuus est anno 3. belli, vt refert Thucydides libr. 2. Prætore Epaminunda, vel Epaminone, teste Athenæo lib. 5. Præfuit Athenis per 40. annos, teste Cicerone 3. de Oratore, & Plutarcho in Pericle. Ergo à morte Pisistrati, vsque ad initium regiminis Periclis anni 79.

Ex hac supputatione Beroaldus duo absurda colligit. *Prius: Cum Pericles in Magistratu versabatur, viuebant homines, qui Pisistratum viderant, eiusque facundiam audierant, quam cum Periclis conferentes, suspectum Periclem habuerunt, teste Plutarcho, loco citato. Hos 20. annorum fuisse verisimile est Pisistrati tempore. Si ergo à morte Pisistrati ad initium Magistratus Periclis anni 79. elapsi, ergo illi homines, qui & Pisistratum, & Periclem perorantes audiuerunt, vltra 100. annos vixerunt. Quantam ætatem Beroaldus hominibus illius temporis concedere non vult. Posterius absurdum est: Themistocles vixit sub Pisistrato, teste Aeliano* lib. 3. c. 21. *varia Historia: fuerit puer decem annorum. A morte Pisistrati ad initium belli in campo Marathonio, anni 56. Ergo in hoc bello Themistocles vix fuisset 66 annorum. Atqui Iustinus lib. 2 affirmat: Themistoclem in pugna Marathonia adolescentem fuisse. Quod inde quoque conspicitur, quia decennio post contra Xerxen Dux belli fuit, & vir mediæ ætatis.*

Ad prius absurdum respondemus. 1. Nihil est absurdi, si dicamus homines eius temporis 100. annorum fuisse, qui Pisistratũ & Periclem perorantes audiuerunt, cũ Plutarchus in Pericle illos nominet σφόδρα γέροντας, i. valde vetustos. Ita in Sacris simile fere exemplũ occurrit, Ier. 26. v. 17. & 18. quidã seniorum terrę, tempore initii regni Ioiakim, Regis Iudæ, vixerunt, v. 1. qui Micham Hiskiæ temporibus prophetantem (Mich. 1. v. 1.) audierunt. Attigerunt ergo Michę temporibus annos discretionis. Atqui à temporibus Hiskiæ, ad initium Ioiakim, anni 100. si medietatem tantum regni Hiskiæ sumamus. Ergo isti viri ad 100. annos, & vltra vixerũt. Quid ad hoc exemplum Beroaldistæ dicent? 2. Negamus opus fuisse istis hominibus 100. annis, in audiendo Pisistrato & Pericle. Beroaldus enim falsam ὑπόθεσιν assumit, ex qua postea falsas elicit conclusiones, dum 36. annos Tyrannici imperii Pisistratidarum, apud Herodotum lib. 5. diuellit à 34. annis Pisistrati apud Iustinum lib. 2. cum coniungere debuisset. Omnes enim Historici, q de Pisistratidarum tyrannide scripserunt, omnesq; historiæ circumstãtię eo inclinant, filios Pisistrati, Hipparchum, siue Dioclem, & Hippiam, non longo tempore post parentis mortẽ Athenis tyrannidẽ exercuisse. Thucydides sane, lib. 6. Hippiam per tres tantum annos tyrannidem exercuisse, testatur, & 4. anno imperio spoliatũ. Ante Hippiam, Hipparchũ vel Dioclem, Hippiæ fratrem, non diu regnasse, omnes historicæ circũstantiæ loquuntur. Idẽ & ex Plutarcho colligimus: Pisistratus recuperat tyrannidem Athenis, Archõte Comio, quẽ sequitur Hegesistratus. Pisistrat⁹ tyrannidẽ obtinuit anis 34. Comius fuit Archon Athenis, an. 3. Olympiadis 57. postq̃ Cyrus iam p an. 10. Persico imperio pfuisset. Ergo Pisistrati finis incidit in annũ 4 Olympiadis 65. in annũ quasi 6. Darii Hystaspis. Si ergo filii Pisistrati post parentẽ, per an. 36. Athenis tyranni fuerũt, & Hippias Pisistrati fili⁹ Athenis pulsus est an. 20. ante pugnã Marathoniã, teste Thucydide lib. 6. Ergo pugna Mararhonia longo tẽpore post Darii Hystaspis, imo & Xerxis mortẽ gesta, q est absurdum. Ex hac ergo manu-ductione colligimus, filios Pisistrati p annos tantũ quasi 4. Athenis Tyrãnos fuisse. Nã Pisistrat⁹ mortuus est an. 6. Darii Hystaspis, Hippias Athenis relegatus anno 20. ante pugnam Marathoniam. Hæc pugna gesta an. 30. Darii Hystaspis, à quo an. 26. subtracti, 4. remanent. Cum his consentit & Gellius lib. 15. c. 21. Noctium Atticarum. Qui scribit Pisistratum Athenis Tyrannum fuisse, Seruio Tul-

lio

lio regnante, cuius regimen, in Cyri tempora cadit. Tum ab Hermodio, & Aristogitone occisum Hipparchum, Pisistrati filium, Hippiæ fratrem, temporibus Tarquinii Superbi, vel Darii Hystaspis, Persici Regis. Ex quibus omnibus colligimus, interuallum inter mortem Pisistrati, & eiectionem Hippię non esse 36 annorum, & annos 36. Pisistratidarum apud Herodotum annis 34. Pisistrati, apud Iustinum, includendos. Ex quo consequitur, eos, qui & Pisistratum, & Periclé, loquentes audiuerunt, non opus habuisse 100. annis, cum à morte Pisistrati, ad initium Magistratus Periclis, vix 56. anni sint ex rei veritate. Homines ergo octogenarii & Pisistratum & Periclem loquentes audire potuerunt. Præsertim cum Plutarchus testis sit, Periclem adolescentem, antequam ad gubernacula Reipub. veniret, sæpius perorasse, & propterea homines illos γέροντας, qui Pisistratum viderant, eiusque elocutionem nouerant, ab eo sibi timuisse. Quod animaduertens Pericles, à Repub. ad tempus abstinuit, ad defunctum Aristidem, & eiectum Themistoclem.

Solutio posterioris absurdi, ex iam data solutione fluit. Themistocles enim puer Pistratum videre, & in Marathonia pugna adolescens esse potuit 30. quasi annorum, cum à morte Pisistrati, ad bellum Marathonium ex historica veritate, anni tantum 25. vel 26. elapsi sint. Annus hic exacte definiti non potest. Non enim certo constat, quantum temporis Pisistrati filii, post parentis mortem Athenis Tyranni fuerint. Leuitas ergo est Beroaldica, fingere Thucydidem superioris ætatis annos, & interualla non recte definiuisse. Quasi vero exactus ille Historicus, interuallum illud, in quo eius parens vixit, & quod ipse attigit, nescierit: quasi de communi sensu deiectus, ignorarit verum interuallum inter famosissimam, & plane claram illam, Græcorum à Xerxe victoriam, & initium belli Peloponnesiaci.

Xenophontem, apim Atticam, quod attinet, scripsit is inter alia 1. libros 8. κύρυ παιδείας, id est, *institutionis* Cyri, Maioris scilicet, Primi Persarum Regis, quod ad elocutionem eleganter, polite, terse, vt apim Atticam decet: verum *ad historiæ fidem* non conscriptos, *sed ad effigiem iusti imperii*, ex quadam Platonica æmulatione fictos testatur Cicero ad Quintum Fratrem, lib. 1. Epist. 1. Videatur & Gellius lib. 14. cap. 3. Noctium Atticarum. Huius rei aliquot argumenta proferri possent, verum nostri hoc loco non est instituti, fusius id diducere. 2. Conscripsit libros 7. κύρυ ἀναβάσεως, id est, *expeditionis, vel Ascensus Cyri* in superiorem Asiam. Hic Cyrus, fuit Cyrus Minor filius Darij Nothi, frater Artaxerxis Memoris, septimi Persarum Regis. Hi 7. libri à Xenophonte ad historicam fidem conscripti, quia huic expeditioni, Xenophon, vt Dux interfuit. 3. Conscripsit idem libros 7. ἑλληνικῶν ἱςοριῶν, id est, Græcæ historiæ, in qua bellum Peloponnesiacum, à Thucydide in Historia sua ad finem nondum perductum, continuat, ibidemque incipit, vbi Thucydides hoc bellum finit, in 21. scilicet anno belli. Hi libri historica quoque fide à Xenophonte sunt consignati. Nam rem gestam sui temporis, & patriæ describit.

Verum quid Beroaldus? Hanc Xenophontis Græcam historiam in Olympiadum notis, & annorum numerum deprauatam esse dicit, ex hoc fundamento: In Olympiaden 93. qua cursu vicit Euagoras Eliensis, in stadio Euboas Cyanæus, reiicit Xenophon lib. 1. ἑλληνικῶν, Euarchippum, Spartanorum Ephorum. Huic subnectit Pantaclen, quem anno 22. belli præfuisse scribit. Hunc Pantaclen sequuntur alij; Pityas, Architas, Eudicus, sub quo Lysander, euersis muris Athenarum, & confecto bello,

domum

[illegible]

[illegible] q[illegible] ch po[illegible] ac[illegible] 20 annum [illegible] co[illegible] us ho[illegible] bellum gestum, [illegible] erat. Ergo in [illegible] annorum, & Olympiadum in Xenophonte [illegible]tum est.

[illegible] pondemus. Nullum in o[illegible] sequel[illegible] esse, H[illegible] vel[illegible] belli Pelopõne[illegible] non recte a[illegible] catu[illegible] ad Olympiaden. E[illegible] Olympias non recte definita. 2. Dicimus, Olympiaden illam 93. à Xenophonte recte definitam. Nam & Diodorus Siculus lib. 13. eundem [illegible]ctorem, in annum Olympiadis 93. reiicit. 3. Falsum est: Pa[illegible] E[illegible]phorum Spartæ fuisse anno 22. belli. Fuit annus 25. Xenoph[illegible] [illegible]m numerum, hoc in loco vitiatum, marginalis lectio ostendit, & p[illegible] XXII. XXV. legendum. Id quod manifestum quoque fit ex Thucydide [illegible] Diodoro. Anno 4. & 12. Olympias acta est, teste Thucydide li[illegible] [illegible]m anno 16. teste Diodoro, lib. 12. Ergo & anno 20. & 24. belli, Ol[illegible]pias acta. At Xenophon dicit, Ephoro Euarchippo, Olympiaden [illegible]e[illegible]. Euarchippum sequitur Pantacles. Ergo necesse est Euarchip[illegible] Spartæ Ephorum fuisse, vel 20. vel 24. belli anno Vig[illegible] aliud enim loquuntur omnes Historici, & Spartanorum Eph[illegible], [illegible] ro belli tempore Reipub. præfuerunt. Ergo 24. belli annus est. Et [illegible]ta [illegible] veritate, quam marg[illegible]nalis lectio, Diodorus, & [illegible]orici [illegible] colligimus, Pantaclen, Spartanorum Ephorum, anno 2[illegible] be[illegible] [illegible]tæ ad Reipub gubernacula sedisse. Et sane catalogus Ephororu[illegible] Xenophon lib. 2. ἑλληνικῶν, ab initio ad finem belli, congrega[illegible] m e[illegible] [illegible]t, propositum nostrum mirifice firmat. Nam Ephoro Aenesia exe[illegible] [illegible]o (quo tempore bellum cœpit) Euarchippus 24. est in ordine, Pantacles [illegible] Pityas 26. Architas 27. Eudicus 28. Sunt quidem in Xenophonte, quæ [illegible]nam obseruationem, & correctionẽ requirunt; sed longe al[illegible], quam quæ Beroaldus falso impugnat. 1. Videtur in Xenophontis Græca [illegible] [illegible]a quidam quasi defectus, statim ab exordio libri 1. & cum Thucydi[illegible] [illegible]am Historiam finiat, in 21. anno belli, lib. 8. sub finem: Xenophon res g[illegible]stas belli ab anno 23. describere incipit, mox transiens ad 24. & 25. annum. 2. Ait Xenophon, anno 24. belli, Lunam vespere defecisse lib. 1 ἑλληνικῶν. Male. Annus enim est 26. belli, vt circumstantiæ temporis, lun[illegible] eclipsis, aliquot correctiora Xenophontis exemplaria cum mar[illegible] [illegible]ctione, Archon item Atheniensium Callias, confirmant, quem Dio[illegible]rus lib. 13. in 3. annum Olympiadis 93. reiicit. Atqui annus 1. huius Olympiadis est 24. belli, vti supra probatum. Ergo tertius est 26. belli. 3. Mentionem facit Xenophon 25. anni belli, lib. 2 ἑλληνικῶν, cum annus sit 27. teste marginali n[illegible]tatione. Nam non multo post anni 28. belli meminit. 4. Ait id[illegible]m Historicus, bellum Pelopõnesiacum durasse 28. annos, & 6. me[illegible], lib. 2. ἑλληνικῶν. Discrepat vno anno à Thucydide, qui 27. annos bello t[illegible]buit, quem Diodorus sequitur lib. 13. Causa discrepantiæ est: Incipit Xeno[illegible]n hoc bellum vno anno citius Thucydide, & Diodoto ab eo tempore [illegible] confœderati Atheniensibus bellum inferre decreuerunt, Ephoro Æ[illegible], Archonte Aspeude, qui Magistratum obtinuit anno Nabonazareo [illegible]te Ptolemæo lib. 3. μεγάλης συντάξεως cap. 2. anno 4. Olympiadis 86, [illegible]te[illegible]ente lib. 12. Anno sequente Archon fuit Pythodorus, Ephorus, [illegible]es. Circa finem Magistratus huius Archontis & Ephori, p[illegible]a [illegible]ursio facta est circa ver, a quá incursione Thucydides Histori[illegible]

Inc[illegible]

inchoat, cum de 1. anno Olympiadis 87. adhuc duo quasi menses restarent, quos sequutus Diodorus, à 2. anno Olympiadis 87. hoc bellum incipit.

Sequitur *Diodorus Siculus*, circa tempora Iulii Cæsaris viuens, qui 40. libros Bibliothecæ conscripsit, initium faciens in libris 5. prioribus ἀπὸ τῶν μυθολογιμῶν, ante initia Troiani belli gestis. Horum librorum aliquot interiere, quorum, præsertim à 6. ad 11. exclusiue, vehementi desiderio tenemur. Hunc præstantissimum Historicum, Beroaldistæ, fabulosam Historiam sequi fingunt, non intelligentes seculum μυθικόν, quod in prioribus libris describit, sed ἱστορικόν, quod in posterioribus, in quibus persequitur à Traiectu Xerxis in Græciam, vsque ad Alexandrum Magnum, secutus est Fastos Athenienſium, Spartanorum, Romanorum. Siccine hi populi fabulosos & fictitios Archontes, Ephoros, Consules, Tribunos militum in Fastos retulerunt? Qui talia asseuerant, ipsi fabulosi & fictitii merito iudicantur, & inhumanitatis accusantur.

Simile esto iudicium de *de Dionysio Halicarnassensi*, qui temporibus Augusti Imperatoris vixit. Scripsit is aliquot libros Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας, id est, Romanæ antiquitatis, Historica & exacta fide. De hoc Histor. co Beroaldus hoc fert iudicium, eum secutum quidem regulas Eratosthenis, verum nihilominus perturbatam temporum rationem conscripsisse.

Verum quid audio? Siccine regulæ Eratosthenis perturbatam temporum rationem tradidere? Eratosthenes, excellens Historicus & Astronomus, annis quasi 80. post Alexandrum Magnum viuens, interualla temporum, variasque Epochas inter se, beneficio cœlestis motus alligauit. Siccine ergo is tempora turbat, qui ex cœlesti motu eadem mensurat? Ab Beroaldistarum ergo inhumanitate alieni, dicamus, Græcos Historicos, Herodotum, Thucydidem, Xenophontem, Diodorum Siculum & Dionysium, res gestas Persici regni, eiusque interuallum non ficta, sed historica plane fide definiuisse. id, quod in sequente capite clarius patescet.

CAPVT V.

Probatur, regnum Persicum vltra 125, vel 130. annos durasse.

PRIMVM, idque principale probationis argumentum, desumitur à cœlestis motus firmitate.

Id interuallum, quod cœlestis motus definit, pro fixo firmoque merito habendum.

At interuallum regni Persici cœlestis motus maximam partem definit:
Ergo pro fixo, firmoque merito habendum.

Consecutio Maioris per se manifesta est: Si namque id non esset, sequeretur, Solem, Lunam, Sydera, in tempora non condita: quod tamen contra Mosen est, Genes. 1. v. 14. vel totam Astronomicam Scientiam labilem & deceptoriam esse.

Minor probatur ex aliquot Eclipsium obseruationibus, quæ interuallum huius regni maximam partem definiũt, & ita quidem, vt vltra 200. annos illud interuallum extendant. Harum Eclipsium aliquot habet Ptolemæus, Herodotus, Thucydides, Xenophon, cum Diodoro Siculo, quæ ordine sunt proferendæ.

Primo

Prima Anno 7. Cambysis, 225. Nabonazaræo, Eclipsis Lunæ facta est, 17. Phamenoth, apud Ptolemæum lib. 5. *μεγ. συν.* cap. 14.

2. Anno 20. Darii, qui Cambysi in regno successit, Luna iterum defectum passa est, 28. Epiphi, anno Nabonazaræo 246. apud Ptolemæum lib. 4. *μεγάλης συντάξεως*, cap. 9.

3. Tricesimo primo anno eiusdem Regis Darii, Luna iterum eclipsata, 3. Tybi, anno Nabonazareo 257. Ibidem.

4. Anno præcedente, quo Xerxes in Græciam traiecit ὁ ἥλιος ἐκλιπὼν τὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἕδρην, ἀφανὴς ἦν, Sol suam in cœlo sedem relinquens apparere desiit, initio veris, vt Herodotus memorat in Polymnia. Hæc Eclipsis facta anno 4. Olympiadis 74. ad finem currente. Eclipsis quidem in Græcia & Minore Asia non adeo magna fuit, verum in India, Æthiopia, Arabia multo maior, præsertim sudo cœlo & aere, & matutino tempore in vere.

5. Anno 1. belli Peloponnesiaci, æstate, & frumentis maturis, νουμηνίᾳ κατὰ σελήνην ὁ ἥλιος ἐξέλιπε, μετὰ μεσημβρίαν, id est, Neomenia secundum Lunam Sol defecit post meridiem, teste Thucydide libro 2. Huius deliquii meminit & Plutarchus in Pericle. Fuit ergo tempus circa Solstitium æstiuum.

6. Anno 7. belli, Stratocle Prætore, Luna defecit, Boëdromione. Ita enim Aristophanes Νεφέλαις: ἡ σελήνη δ' ἐξέλειπε τὰς ὁδούς. Vetustissimum Scholium in Aristophanem hæc verba ita explicat: ἐπειδὴ ἔκλειψις ἐγένετο σελήνης τῷ προτέρῳ ἔτει ἐπὶ Στρατοκλέους, Βοηδρομιῶνι, id est, *Postea Eclipsis Lunæ facta est, anno 1. sub Stratocle, mense Boedromione, qui tertius est Græcorum.* Hæc ergo Eclipsis in autumno facta, & tenebroso tempore, quia obseruata.

7. Annus emortualis Artaxexis Longimani, Quarti Persarum Regis notatus est partiali defectu Solis, ineunte vere, & 8. anno belli Peloponnesiaci, apud Thucydidem lib. 4. Sic enim ille: τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους εὐθὺς τοῦ τε ἡλίου ἐκλιπές τι ἐγένετο περὶ νουμηνίαν, id est, *Ineunte vere & æstate* (cum Artaxerxes, Xerxis filius, præterita hyeme mortuus fuisset) *circa nouilunium Sol ex parte defecit*, vel quid Eclipseos passus est. Fuit ergo partialis, initio Veris, & in die facta, quia obseruata. De hoc Solis deliquio & Aristophanem loqui in Nube, nullum dubium est. Verbis enim supra positis sequentia mox subnectit: ὁ δ' ἥλιος τὴν θρυαλλίδ' εἰς ἑαυτὸν εὐθέως συνελκύσας οὐ φανεῖν ἔφασκεν ὑμῖν, εἰ στρατηγήσει Κλέων, id est, Sol ellychnium suum in seipsum statim contrahens non apparere visus vobis, si militiæ Cleon præficiatur. Hic cum summæ rei præfectus sit, secutum solis deliquium. Ita namque vetus Scholiastes, in hunc Aristophanis locum: ἡλίου δ' ἐγένετο κατά τινα τύχην ἔκλειψις, Κλέωνος χειροτονουμένου.

8. Anno 4. Olympiadis 91. 19. anno belli, Præfecto Athenis Cleocrito, Luna noctu defecit, teste Thucydide lib. 7. & Diodoro lib. 13. qui ait Lunam defecisse ἐπιούσης νυκτός, id est, ingruente nocte, 10. diebus, antequam Nicias caperetur. Atqui Nicias captus 24. Carnei, siue Metagithnionis. Eclipsis ergo facta, 14. Carnei, qui cum Augusto nostro maximam partem participat, quia secundus Græcorum mensis fuit.

9. Anno 26. belli ineunte, (Male in vulgatis exemplaribus 5. habetur, quem annum marginalis lectio, Archon Atheniensis, & Ephorus Spartanus corrigunt.) Pythia magistratum apud Spartanos: Callia apud Athenienses gerente, Luna vespere defecit, teste Xenophonte lib. 1.

ἑλληνικῶν, in vere, quantum ex eodem colligitur, qui mox exacta hyeme, in initium anni hunc defectum reiicit, & exemplo Thucydidis annum in duas tantum partes, hyemem & æstatem diuidit.

10. Anno vltimo belli in autumno Eclipsis Solis facta est, vt idē Historicus Xenophon cōfirmat lib. 2. ἑλληνικῶν, & præterita æstate, acta est Olympias, (94. scilicet) in qua vicit Crocinas Thessalus, Ephoro Eudico, Archonte Pythodoro.

11. Ptolemæus testatur libro quarto μεγάλης συντάξεως capite vndecimo Hipparchum tres Eclipses Lunares Babyloniæ à Babyloniis obseruatas, ex Babylonia in Græciam adduxisse; Prima facta est anno 366. Nabonazaræo, Phanostrato apud Athenienses Archonte (quem Diodorus libro 15. omnium optime reiicit, in annum 2. Olympiadis 99.) mense Posideone, 26. Thoth, in qua Eclipsi Luna deliquium passa est ab ortu æstiuo noctis, vt Ptolemæus ibi loquitur.

12. Eodem anno Nabonazaræo, eodemque Atheniensium Archonte, mense Scirrophorione, Luna vltra dimidiam partem defecit, 42. Phamenoth.

13. Anno Nabonazaræo 367. Euandro apud Athenienses annuum magistratum gerente (vel Menandro, vt Diodorus habet) Luna tota defecit, mense Posideone, 17. Thoth.

14. Eo anno & mense, quo Alexander Magnus, victis Darii, vltimi Persarum Regis copiis, ad Arbelam, vel, vt Plutarchus vult, Gaugmelam, totius Asiæ imperio potitus est, facta est Eclipsis Lunę, mense Boëdromione, id est, circa autumni initium, & noctu, quia obseruata, testibus Plutarcho in Alexandro, & Plinio lib. 2. cap. 70. Quorum ille sic loquitur, (mihi pag. 399.) ἡ σελήνη τῦ βοηδρομιῶνος ἐξέλειπε: *Luna mense Boedromione defecit*, vndecim diebus ante, quam Darius ab Alexando vinceretur. Hic, tempus nocturnum specialius definit: *Nobili apud Arbela Magni Alexandri victoria, Lunam defecisse noctis hora secunda proditum est.* Noctem à Solis occasu incipiendo, & Assyriaco meridiano applicando.

Ex hisce Eclipsibus, firmitatem interualli regni Persici ab Historicis Græcis definitam firmissime roboramus. Si namque calculus Astronomicus adhibeatur deprehendemus, illas Eclipses ad vnum omnes eo tempore factas, quo ab Historicis annotatæ sunt. Ergo & singulare tempus huius vel illius Regis & Magistratus, necesse est firmum sit, ad quod Eclipses alligatæ. Sin ergo septimus Cambysis est 225. Nabonazaræus, & Darius, vltimus Persarum Rex, ab Alexandro Magno victus anno Nabonazaræo 418. (sexennio ante Alexandri mortem, factam anno Nabonazaræo 424. teste Ptolemæo lib. 3. cap. 8.) Ergo à 7. Cambysis, ad vltimum Darii vltimi, anni 193. A primo Cambysis ad vltimum Darii vltimi, anni 199. Cambysen antecessit eius parens Cyrus, per 30. annos. Regnum ergo Persicum ex cœlestis motus veritate, vltra 200. annos durauit, quod contra Beroaldistas probandum erat.

Ad hoc argumentum Beroaldistæ nihil habent solidi, quod opponere possint, præterquam, quod Paræus exactissimum Astronomum, Ptolemæum, exagitare conetur, ex mera, non tam audacia, quam impudentia. Ait enim, in suis, aduersus Caluisium, cauillis, pag. 65. & sequentibus, tres primas Ptolemæi Eclipses, à nobis iam ante productas, per se indubiam fidem mereri: verum, quod illæ septimo Cambysis, 20. & 31. Darii, Hystaspis filii, 225. 246. 257. Nabonazaræo acciderint. id Ptolemæum non ex certis obserua-

obseruationibus, sed probabili tantum collectione, & recepta Græcorum opinione pronunciasse.

Verum magna hac in parte iniuria Ptolemæo infertur. Nam Eclipsis septimo Cambysis, 20. & 31. Darii factas, Ptolemæus non ex probabili collectione, vel Ægyptiorum fabulis, sed ex obseruationibus Astronomorum, qui Cambysis, & Darii temporibus vixerunt, hausit. Quorum obseruationes Ptolemæus, non per oralem, sed per literalem, vel characteristicam quandam traditionem accepit, & veras esse per calculum deprehendit. Sic enim Ptolemæus ait, lib. 4. c. 9. ἐζητήσαμεν ἐκλείψεις σεληνιακὰς ἀπὸ τῶν ἀδιστάκτως ἀναγεγραμμένων, δι' ὅλου μάλιστα ὑπὸ παλαιοῦ χρόνου, id est, *Quæsiuimus lunares defectus quam diligentissime conscriptos, quam remotissimi temporis.* Inter has autem Eclipses ante sua tempora ἀδιστάκτως, conscriptas, & illas numerat, quæ septimo Cambysis, 20. & 31. Darii acciderunt. Quinimo & hoc Ptolemæus addit, Hipparchum, nobilem illum Astronomum ea quoque Eclipsi vsum, quæ 20. Darii facta est. Astronomi illi veterum temporum id in more habuerunt positum, vt ad Æram Nabonazaræam annum Regis, sub quo cœlestes motus obseruabant, adderent, dicentes, anno 225. Nabonazaræo, anno 7. Cambysis Domini nostri, 17. die Phamenoth, Eclipsis Lunæ obseruata est. Quem morem Ptolemæus suo tempore secutus est, dum anno, verbi causa, 880. Nabonazaræo, in quo Eclipsin Lunæ obseruauit, die 17. Payni. 17^mum Hadriani Imperat. connectit lib. 3. c. 8. Si ergo credimus, an. 9. Hadriani, 17. Pachon: an. 17. Hadriani, 17. Payni: 19. Hadriani, 2. Choiac: 21. Hadriani, 19. Pharmuri, Eclipses σεληνιακὰς factas, quia eas Ptolemæus obseruauit: cur non crederemus & 7. Cambysis, 20. 31. Darii, Eclipses Lunares à Ptolemæo notatas, accidisse? cum eas Astronomi tum temporis viuentes obseruarunt. Sin autem hoc postetius negamus, negemus & illud. Est enim par ratio. Verum si hac via tendimus, quid tandem fiet cum Astronomicis Ptolemæi obseruationibus.

Contra datam nostram responsionem Paræus variis modis instat.

1. Ptolemæum initium annorum Nabonazareorum aliquo indubio charactere ex luminarium defectu, vel alia euidente ratione non insigniuisse. Verum hæc instantia imperitiam sapit. Ptolemæus enim initium horum annorum, à primo momento ad cœli constitutionem aliquot in locis firmiter alligauit, Et nostro tempore exactissimi Mathematici demonstrarunt, primum annum Nabonazareum, ad formam Iuliani anni applicatum cœpisse 26. Februarii, in meridie, feria quarta.

2. Si Ægyptii tam exacti fuerunt temporum censores, quid sibi volunt tam putidæ eorum fabulæ, de 17000. annorum ab Hercule, vsque ad Amasin, Cambysis σύγχρονον? Qui etiam ex vulgari computo 220. annis Nabonazare fuit posterior.

Verum respondemus 1. Pareo, distinguendum esse inter cœlestes obseruationes, quæ fallere non possunt, & alias traditiones sæpe fallaces: distinguendum item inter seculum μυθικὸν & ἱστορικόν.

2. Definiendum est Pareo, quales annos Ægyptii intelligant, dum interuallum ab Hercule ad Amasin 17000. annorum faciunt. Habuerunt enim & annos vno mense constantes, vel Lunæ senio, vt Plinius lib. 7. c. 48. loquitur. Videatur Macrobius lib. 2. c. 11.

3. Quid causæ, quod Ptolemæus antiquissimam omnium obseruationum facit Eclipsin Lunæ 29. mensis Thoth, anno 1. Merdackenpad, ini-

tio Nabonazaris annis 27. posteriorem? Respondemus, Ptolemæum vetustiores in Babylone suo tempore habere non potuisse. Aristoteles enim inuidiæ stimulis agitatus, Babyloniorum cœlestes obseruationes ad 1903. annos temporibus Alexandri Magni è Babylonia surripuit, Simplicio teste, in librum 2. Aristotelis de cœlo. Ex hisce obseruationibus nonnullæ à Calippo, & aliis Mathematicis cõseruatæ, quæ postea ad manus Ptolemæi deuenerunt, vt Eclipses Lunæ, quæ acciderũt anno 1. Merdackenpad, anno 27. Nabonazareo, die 29. Thoth. Item anno 2. Merdackenpad, 28. Nabonazaræo, die 18. Thoth: & die 15 Phamenoth, eiusdem anni lib. 4. c. 8. & 9. Anno Nabonazaræo 127. 5. Nabopollassaris, 27. die mensis Athyr lib. 5. c. 14 Anno Nabonazaræo 225. anno 7. Cambysis, 17. Phamenoth ibidem. Anno Nabonazaræo 246. 20. Darii, qui Cambysi successit, die 28. Epiphi lib. 4. c. 9. Anno Nabonazareo 257. 31. Darii, die 3. Thybi. Has Eclipses & alias cum Ptolemæus videret exacte quadrare in annum Nabonazareum, & diem, in quem collocatæ, nonne per infallibilem & ἀπαράλλακτον firmitatem retrogredi, & 1. Nabonazaris annum ratione primi puncti ad cœli motum alligare potuit?

Antequam ad secundum argumentum deueniamus, Pateo quid proponendum est, ex collatione Sacræ Scripturæ, cum Ptolemæo, vero Beroso & Eusebio, ex quo magnum desumimus argumentum legitimæ constitutionis annorum Nabonazaræorum apud Ptolemæum.

1. Ptolemæus meminit Merodachi lib 4. c. 8. & 9. Huius & Scriptura meminit anno 15. Ezechię, Regis Iud., 2. Reg. 20. v. 12. Item Es. 39. v. 1. Hũc Merodach Scripturæ, Merdackenpad Ptolemæi esse, boni fatẽrut omnes, & nomen conuenit, locus item regiminis, & tempus, vti id sequente titulo firmaturi sumus.

2. Idem Ptolemæus lib. 5. c. 14. meminit Nabopollassaris, Regis Babyloniorum. Idem facit & verus Berosus apud Iosephum priore in Appionem Grammaticum, cum hoc additamento, hunc Nabopollassarem parentem esse Nebucadnezaris, qui templum Hierosolymitanum conflagrauit.

3. Exinde hoc modo colligimus. Ptolemæus à 1. Merodachi, ad 1. Nabopollassaris effluxisse ait, annos 96. Merodach enim incepit 27. Nabonazaræo, apud Ptolemæum lib. 4. c. 8. & 9. Nabopollassar anno 123. Nabonazaræo, quia quintus illius est huius 127. apud Ptolemæum lib. 5. cap. 14. Ergo à Merodachi regno ad Nebucadnezaris, filii Nabopollassaris, initium, plures annos quam 96. elapsos esse necessum est. Si iam à 15. Ezechiæ, quo Merodach regnauit, ad 4. Ioiakim, qui Nebucadnezaris primus est, Ierem. 25. v. 1. plures anni, quam 96. in Sacris numerantur, magnum argumentum est, Merodach Bal-Adan Scripturæ, esse Merdackenpad Ptolemæi, & annos Nabonazaræos legitime apud Ptolemæum locatos. Colliguntur autem in Sacris à 15. Ezechiæ ad 4. Ioiakimi, anno 106. Ex quo colligitur Ptolemæum annos illos Nabonazaræos, non ex probabili coniectura, vel Ægyptiorum fabulis collegisse. Simul & hoc falsum elicitur; Pareus annum 1. Nabonazaris reiicit in annum 13 Amasiæ Regis Iuda. Atqui à 13. Amasiæ, ad 15. Ezechiæ anni 125. elapsi sunt, vti id supra titulo vltimo prioris libri cap. 4. firmatum est, & αὐτοψία tabulæ idem monstrat. Atqui anno 27. Nabonazareo Merodach regnare cœpit in Babylone, & regnauit adhuc 15. Ezechiæ Scriptura teste. Regnasset ergo Merodach per annos 95. & vltra. Quod tamen Pareus non concedet.

Eadem

Eadem firmitas legitimę constitutionis annorum Nabonazareorum apud Ptolemæum, ex Sacris literis per aliud interuallum monstrari potest. Ptolemæus à Nabopollassare, Nebucadnezaris parente ad vltimum Cyri, & primum Cambysis, annos quasi 96. numerat. Ait enim, lib. 5. c. 14. quintum Nabopollassaris esse 127. Nabonazareum. Ergo primus illius in annum 123. Nabonazaris cadit. Septimus Cambysis est 225. Nabonazaræus. Primus ergo Cambysis est 219. Nabonazaræus. Interuallum ergo à 1. Nabopollassaris, ad 1. Cambysis est annorum 96. ex Ptolemæi numeratione. Ergo à 1. Nebucadnezaris filii Nabopollassaris, ad vltimum Cyri, & initium Cambysis necesse est pauciores annos elapsos circiter 80. vel paulo plus, minusue, quod interuallum ex Sacris eruimus. Anno 7. Nebucadnezaris absoluto, anni 70. captiuitatis Babylonicæ à spontanea Iechoniæ in Babylonem transportatione inchoandi sunt, vti in titulo precedente confirmatum est. Ergo à 1. Nebucadnezaris, ad finem captiuitatis anni 77. elapsi sunt. Cyrus autem antepenultimo sui regni anno Iudæis captiuitatem laxauit, vti cap. 4. tituli præcedentis probatum est. Ergo à primo Nebucadnezaris ad finem Cyri, & initium Cambysis 80. anni. Hæ & similes collationes Sacræ Scripturæ cum Ptolemæo Beroaldistas plane conuincunt, & id demonstrant, Ptolemæum antiquas illas Eclipsium obseruationes nō ex fallaci quadam coniectura, vel fabulosa Ægyptiorum traditione, verum ex certissimis antecessorum suorum obseruationibus, annis Nabonazareis, Merodachi, Nabopollassaris, Cambysis, Darii applicasse.

Secundum Argumentum desumitur ex interuallo regni Persici à morte Artaxerxis Longimani ad Darium vltimum.

Si à morte Artaxerxis Longimani ad annum deuicti Darii vltimi ab Alexandro 95. anni elapsi sunt, tum regnum Persarum à Cyro ad Darium vltimum vltra 125. vel 130. annos durauit:

Atqui à morte Artaxerxis Longimani, ad annum victi Darii vltimi ab Alexandro anni 95. sunt elapsi:

Ergo Persarum regnum à Cyro ad Darium vltimum vltra 125. vel 130. annos durauit.

Consecutio in maiore manifesta est. Interuallum inter 95. & 125. vel 130. annorum est 30. vel 35. Atqui Cyrum, Cambysen, Darium Hystaspis, Xerxen, Artaxerxen Longimanum vltra 30. vel 35. annos regnasse, ipsi fatetur Beroaldistæ, dum à laxatione captiuitatis per Cyrum, ad 6. Darii Nothi, qui Artaxerxi Longimano successit, numerant annos 49.

Minor probatur ex Thucydide lib. 4. & Diodoro lib. 11. Vterq; enim testatur: Artaxerxen Longimanum mortuum esse in hyeme anno 7. belli fere finiente. Hic annus fuit annus 4. Olympiadis 88. Annus enim 1. belli à vere cœpit, cum fine quasi anni 1. Olympiadis 87. cum Athenis Archon esset *Pythodorus*, & in eius magistratu adhuc 2. menses superessent, vt refert Thucydides lib. 1. belli. Et sane bellum hoc Peloponnesiacum cum quapiam Olympiade cœpisse, ex eo manifestum est, quia anno 4. & 12. Olympiadicum certamen actum, Thucydides libris 3. & 5. Item anno 16. Diodorus lib. 12. Item anno 24. Xenophon lib. 1. ἑλληνικῶν ἱστοριῶν.

Ad hoc argumentum Pareus hoc modo insurgit: Inceperit sane primus annus belli cum 1. anno alicuius Olympiadis: at quota Olympias fuerit, ignoratur. Sed respondemus breuiter, hanc Parei obiectionem plane falsam esse. Diodorus enim initium belli ad annum 2. Olympiadis 87. ineuntem refert lib. 12. & Xenophon lib. 1. ἑλληνικῶν annum 24. belli in 1. Olym-

lympiadis 93. conicit, quos tota vetustas sequitur, quæ vnanimi consensu initium belli in annum 1. Olympiadis 87. finientem conicit. Verum instat Paræus, flagitando probationem, Diodorum, Xenophontem, Thucydidem annos belli Peloponesiaci Olympiadibus recte applicasse. Tres enim causas profert, ex quibus probare conatur, annos belli Græcorum Olympiadibus non recte applicatos.

1. *Quia in profana historia nihil recte definitum ante Philippi Macedonis, parentis Alexandri Magni, tempora.*

2. *Quia Character primæ Olympiadis desideratur, teste Scaligero.*

3. *Quia discordia Historicorum in initio belli Peloponesiaci. Xenophon enim id reiicit in annum 4. Olympiadis 86. Thucydides in annum 1 Olympiadis 87. Diodorus in annum secundum huius Olympiadis. Plin. lib. 3. c. 1. in annum Vrbis 300. qui est annus 3. Olympiadis 81. Gellius libr. 17. c. 21. Noctium Atticarum in annum Vrbis 329. vel annum 4. Olympiadis 88. vti Beroaldus Gellium citat lib. 4 cap. 5. sua Chronologiæ.*

Contra hanc Paræi instantiam respondemus 1. in genere, dicentes annos belli huius Olympiadibus, eatumque numero à Thucydide, Xenophonte, Diodoro Siculo rectissime applicatos. Argumentum huius assertionis habemus plane ἄλυτον ex cœlestis motus obseruatione. Historici namque Græci bellum hoc Eclipsibus sex, tribus Solis, totidem Lunæ, cum descriptione circumstantiarum temporis, tam firmiter Olympiadibus agglutinarunt, vt absque cœlestis motus violentia, hoc bellum à datis Olympiadibus abstrahi nō possit. Sex illæ Eclipses in præcedenti argumento inter alias à nobis iam prolatæ sunt. Si calculus Astronomicus adhibeatur, Eclipses illę exactissime in Olympiadas, & Olympiadum annos cadunt, in quos cōiectæ. Tres Eclipses Solis iam ante nos supputarunt multi Mathematicorum, & Doctissimorum Chronologorm, inter quos Henricus Buntingus. Supputentur & Lunares, & firmissima hinc orietur ἀπόδειξις. Præstat tamen nude harum Eclipsium tempus notare, supputationem exquisitiori studio committere. Eclipsis Solis facta anno 1 belli, æstate, & frumentis maturis, post meridiem, vt Thucydides loquebatur, cadit in 3 Augusti, intra 3. & 4. horam vespertinam, ineunte anno 2. Olympiadis 87. Fuit fere totalis in 6. climate, ideo, ait Thucydides, quasdam stellas apparuisse. Eclipsis Lunæ, facta anno 7. belli, anno 4. Olympiadis 88 mense Boedromione, vel autumno, incidit in 9. Octobris, intra 6. & 7. vespertinam. Eclipsis Solis, facta in vere, ineunte anno 8. belli, currente adhuc anno 4. Olympiadis 88. incidit in 21. Martii, in horam 9. matutinam. Defectus Lunæ, factus anno 4. Olympiadis 91. ineunte anno 19. belli, cadit in 27. Augusti finientem, intra 9. & 10. vespertinam. Quod tempus Diodorus eleganter nominat ἐπιγιγνομένης νυκτός, id est, noctem ingruentem, tempus item mensis Carnii, vt Plutarchus annotauit. Eclipsis Lunæ, facta in vere anno 26. belli, cadit in 15. Aprilis, in 10. vespertinam. En initium anni, & vesperam, vt Xenophon volebat. Eclipsis Solis, facta in fine belli, in autumno, cum in præcedente æstate Olympias 94. acta fuisset, cadit in 3. Septembris, in feriam 6. in horam 9. matutinam.

Ex hisce Eclipsibus contra Beroaldistas firmiter concludimus, tempus belli Peloponnesiaci Olympiadibus ab Historicis Græcis rectissime applicatum. Nam cœlestis motus conuenit, contra quem h scere nefas esto. Dent nobis Beroaldistæ aliam huius belli, ad alias Olympiadas, applicationem, cumque datis Eclipsibus coniunctionem. Sin minus, veritati cœlestis motus cedant.

Dici-

Dicimus ergo 1. Certum, imo certiſſimum nobis eſſe tempus belli Græcorum in Peloponneſo, ratione Olympiadum. 2. Bellum hoc in fine anni 1. Olympiadis 87. vel anno Iphiteo 345. cœpiſſe, tam verum eſſe, quam verum, Solem & Lunam ad temporum diſtinctionem condita. Gen. 1. v. 14. 3. Ante Philippi Macedonis tempora multa in Græca Hiſtoria hiſtorica fide conſcripta. 4. Artaxerxen Longimanum anno 7. belli, quarto Olympiadis 88. mortuum. 5. A fine Artaxerxis Longimani ad annum victi Darii vltimi, annos 94. abſolutos elapſos. 6. Artaxerxen ex rei veritate vltra 30. annos regnaſſe, qui ad 94. additi, 124. efficiunt. Vnde concludimus interuallum regni Perſici vltra 125. vel 130. annos extendendum eſſe.

II. Reſpondemus in ſpecie ad tres Parei rationes, ſupra allatas.

Ad primam dico 1. eam manifeſte falſam eſſe, vti iam probatum. 2. Quæ cauſa, quod ante tempora Philippi Macedonis nihil tecti definitum, poſt eius vero tempus omnia in Græca Hiſtoria cohæreant? Num Græci tam ſubito mutati? Vel deteriórne Spiritus Herodorum, Thucydidem, Xenophontem in ſuæ hiſtoriæ deſcriptione afflauit, quam Liuium, Diodorum Siculum, & alios Hiſtoricos poſt Alexandri Magni tempora viuentes? Quod enim Pareus diſcordiam Græcorum de Perſici regni duratione nobis obiicit, ad hoc obiectum infra capite XI. ſumus reſponſuri.

Ad ſecundam dico, Pareum Scaligeri verbis peſſime abuti. Huius enim verba ſic habent: *Character 1. Olympiadis deſideratur, quo illius initia deſignentur. Quod igitur Chronologi notant, illud vel illud, illa vel illa Olympiade contigiſſe, fidem quidem eorum liberas, ſed diligentiam non probas.* Quibus verbis Scaliger id intendit: Initium Olympiadum per ſe ſatis quidem exploratum eſſe, verum nullum Hiſtoricorum charectetem 1. Olympiadis per cœleſtem motum notaſſe, id, quod Scaliger fecit lib. 5. de temp. emend. mihi pag. 359. Vnico exemplo Scaligeri mens hoc modo poteſt illuſtrari: Conſtantinopolis à Turcis capta eſt anno Æræ Chriſtianæ 1453. Hac ſ[illegible] fidem meam liberaui quidem, ſed niſi characterem addidero, diligentiam non liberaui. Character eſt: Expugnata eſt Conſtantinopolis indictione prima, 29. Maii, feria 3. ante feſtum corporis Chriſti. Vnde colligimus, non omne id incertum eſſe & inexploratum, cuius character deſideratur. Hinc Scaliger priora ſua verba declarans hoc modo inquit, in ſuis animaduerſionibus in Euſebium: Item in Chronologicis Elenchis contra Pareum: *Olympias cuſtos temporum; vindex hiſtoricæ veritatis; frenatrix fanaticæ Chronologorum licentiæ. Neq; in SS. neq; in Hiſtoria Exotica vllũ interuallũ melius exploratũ eſt, quã illud, à prima Olympiade ad Alexandrũ Magnum, & hinc ad Epochã Antiochenorũ iulianã, quod quidẽ tanti eſt, vt quidquid nobis ab Exodo, ad templi excidiũ in Hiſtoria Sacra compertũ eſt, totũ illi interuallo acceptum referri debeat.* Ex hiſce Scal. verbis id ſumimus, eũ de veritate initii Olympiadũ, & applicatione rerũ geſtarum ad Olymp. minime dubitaſſe, licet deſiderarit Characterem 1. Olympia. in Hiſtoricis Græcis.

Ad tertiam dico 1. apparentem diſcordiam, quæ eſt inter Thucydidem, Xenophontem, Diodorum Siculum ſupra c. 4. conciliatam eſſe.

2 Nullam eſſe Pareano argumẽto cõſequẽtiã: autores vno vel altero año de quapiã re interdũ diſſidere videnť: Ergo Monarchia Perſica ad 100. annos decurtanda: non ſecus ac ſi ita argumentarer: De anno victæ Continop. à Turca variãt Hiſtorici vno año: Ergo ea victoria 100. añis in anteriorã vel poſteriora tẽpora reiiciẽda. 3. Plin. non ſimpliciter dicit: Bellũ Peloponneſiacũ geſtũ 300. Vrbis año, ſed à 300. Vrbis año, indefinite magnũ numerũ excludẽs, & nihil certi ponẽs. Id q; & inde videre eſt: Dicit. n. bellũ hoc

gestum à 300. Vrbis anno. Atqui per 27. solidos annos cum dimidio durauit. 4. Gellium q; attinet, respondemus, Beroaldū exemplar quidem Gellii citare, quod 329. annum Vrbis habet: verum prostant alia multa Gellii exemplaria Geruasii impressa, quæ 323. annum Vrbis habent. Concludim' ergo Beroaldistas partim contra veritatē interualli in tempore Artaxerxis Longimani, partim temporis in bello Peloponnesiaco nihil firmi habere, quod opponere possint, & consequenter fixum firmumq; manere, interuallum regni Persici vltra 125. vel 130. annos extendendum.

Tertium argumentum mutuamus ex tempore traiectus Xerxis in Græciam.

Si à traiectu Xerxis in Graciam ad deuictum ab Alexandro Codomannum 150. anni elapsi sunt, necesse est Beroaldistas errare, dum interuallum regni Persici tantum 125. vel 130. annorum faciunt.

Atqui à traiectu Xerxis in Graciam ad deuictum ab Alexandro Codomannum 150. anni elapsi sunt.

Ergo Beroaldistæ errant.

Minor probatur 1. ex vnanimi omnium Historicorum consensu, qui Xerxis in Græciam expeditionem in annum primum Olympiadis 75. siue 297. Iphiteum vel Olympiadicum coniiciunt. Diodorus lib. 11. Biblioth. Dionysius Halicarnassensis lib. 9. antiq. Roman. Pausanias ἠλιακῶν β. Erathostenes apud Clementem lib. 1. στρωμ. Eusebius & omnes alii.

Quod enim Beroaldus ait lib. 3. cap. 8. Pausaniam in tempore belli Xerxis contra Græcos dubitare, falsum est. Hæret Pausanias in historia Oebotæ. Sic enim ait, mihi pag. 180. Οἰβώτᾳ δὲ τὴν μὲν ἀνδριάντα Ἀχαιοὶ κατὰ πρόσταγμα ἀνέθεσαν τοῦ ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλωνος ἐπὶ ὀλυμπιάδος ὀγδοηκοστῆς. ἡ δὲ τοῦ σταδίου νίκη τῷ Οἰβώτᾳ γέγονεν ὀλυμπιάδι ἕκτῃ. Πῶς ἂν οὖν τύχοι ἐν Πλαταιαῖς μάχην μεμαχημένος ὁ Οἰβώτας ὁμοῦ μετὰ ἑλλήνων, πέμπτῃ γὰρ ἐπὶ τῇ ἑβδομηκοστῇ ὀλυμπιάδι τὸ πταῖσμα ἐγένετο ἐν Πλαταιαῖς Μαρδονίῳ καὶ Μήδοις. Ἐμοὶ μὲν οὖν λέγειν μὲν τὰ ὑπὸ ἑλλήνων λεγόμενα ἀνάγκη: πείθεσθαι δὲ πᾶσιν οὐκ ἔτι ἀνάγκη. Id est, *Oebota statuam Achai ex Apollinis Delphici oraculo posuere Olympiade 80. cum stadium Oebotas vicerit Olympiade sexta.* (*Romuli Amasæi* versio hic vitiosa est. Sic enim ille: cui Olympiade sexta & octuagesima palma de stadio est adiudicata. Quæ versio multos decepit, quam corrigere debuissent ex alio Pausaniæ loco in Achaicis, mihi pag. 222. Οἰβώτᾳ ἀνδρὶ Δυμαίῳ. σταδίου μὲν ἀνελομένῳ νίκην ὀλυμπιάδι ἕκτῃ, εἰκὼν δὲ ἐν ὀλυμπίᾳ ἐπὶ τὴν ὀγδοηκοστὴν ὀλυμπιάδα κατὰ μάντευμα ἐκ Δελφῶν ἀξιωθέντι. Quem locum Amasæus ita vertit: *Oebota Dimeo palma de stadio data Olympiade sexta: statua vero in Olympia ex Delphico quodam responso octogesima demum Olympiade erecta.*) *Qui ergo Oebotas potuit in Græcorum acie ad Plateas præliari, quod nonnulli scribunt, cum Olympiade 75. Persæ, Duce Mardonio, fusi fuerint? Ea quidem, quæ vulgarunt hac de re Græci, necesse habui narrare: credere vero omnia, nulla me res cogit.* Videt quilibet, Pausaniam in annis Oebotæ hærere, & quærere, quî sit possibile, Oebotam Olympiade sexta in stadio vincere, & deinde post 69. Olympiadas adhuc viuere?

2. Ex rei gestæ celebritate. Nam Xerxes in Græciam venit cum numerosissimo exercitu, quo terrorem toti Græciæ intulit. Hunc aduentum dubio procul in fastos retulerunt ob memoriam, posteritate dignam.

3. Ex rei gestæ vicinitate. Nam Herodotus cum Thucydide circa tempus huius expeditionis iam vixerunt. Scribit autem Thucydides lib. 1. ab expeditione Xerxis in Græciam ad initiū belli Peloponnesiaci annos 50. elapsos. (Erathostenes apud Clementem interuallum hoc facit 48. anno-

annorum, annos vtriusq; termini excludens) sin hoc interuallum in Thucydide vitiositatis arguimus, necesse est nos cœlum terræ miscere, & Thucydidem de communi sensu præcipitare, quasi interuallum verum ab hoc famosissimo Xerxis traiectu ad initium belli Peloponnesiaci ei ignotum fuerit, in quo tamen interuallo ipse cum parente, cum Herodoto, & aliis quamplurimis vixit.

Quartum argumentum sumitur ex serie Ἀρχόντων Atheniensium ab expeditione Xerxis ad victum ab Alexandro Darium Codomannum, vltimum Persarum Regem. Diodorus enim à libro 11. inclusiue ad 17. annuos Ἄρχοντας Atheniensium enumerat numero 150. Vnde quæso Diodorus hos Ἄρχοντας habuit? vt & victores stadiorum in singulis Olympiadibus? Ex fastis certe Atheniensium, non secus vt & tribunos militum, & Consules ex Archiuis Romanorum. Si iam Beroaldistæ negare volent, illos Ἄρχοντας Athenis annuum Magistratum obtinuisse, & id negent, citatos tribunos militum & Consules Romæ fuisse. Quid tandem de Diodori Siculi historia fiet? (Obiter hîc id est inserendum, Diodorum in anno primo Olympiadis 82. vnum Ἄρχοντα omisisse, qui nominatus est Chærephanes, Dionysio Halicarnass. teste lib. 10. Vnde coniicimus, in citato Diodori loco defectum aliquot verborum esse, quem studiosus lector animaduertere, & pro suo iudicio explere poterit.)

Quintum argumentum desumitur à communi totius antiquitatis, prophanæ & Ecclesiasticæ consensu, qui totus e contra Beroaldistas pugnat, & interuallum Monarchiæ Persicæ vltra 200. annos extendit.

1. Namque veteres ad vnum omnes tum Historici, tum Chronologi primum annum Cyri coniiciunt in annum primum Olympiadis 55. Africanus, Thallus, Castor, Phlegon, Polybius & multi alii, citante Eusebio lib. 10. præp. Euang. cap. 3. Darius autem vltimus ab Alexandro victus est anno secundo Olympiadis 112. vel Olympiadico 446. Interuallum ergo regni Persici ex vnanimi antiquitatis consensu vltra 200. annos extenditur. Falsum ergo est Beroaldi effatum, qui lib. 3. cap. 6. ait: quosdam veterum initium Cyri coniicere in Olympiaden 50. Hoc Beroaldo probandum est, & author vnus & alter ex antiquitate proferendus, qui talia scripserit, & cum hoc initio initium regni Cyri, & non vitæ indigitarit.

2. Herodotus libros suos Athenis recitauit, Eusebio teste in Chron. cuius tempus locat in annum quartum Olympiadis 83. Plinius id factum ait anno Vrbis 310. lib. 12. cap. 4. histor. natural. Si annum Vrbis Varronianum intelligit, vno anno ab Eusebio dissentit: si Catonianum, cum Eusebio conuenit. Atqui Herodotus de Cyro, Cambyse, Dario Hystaspis, & Xerxe libros suos conscripserat. Ergo necesse est, hos Reges Persidis hanc Olympiaden antecessisse.

Falsum ergo Beroaldistarum commentum, à Cyro ad deuictum Codomannum annos tantum 125. elapsos, cum ab anno 4. Olympiadis 83. ad finem Persicæ Monarchiæ anni 114. decurrerint. Ergone Cyrus, Cambyses, Darius Hystaspis, Xerxes coniunctim per 11. tantum annos imperio præfuerunt?

3. Pindarus meminit victoriæ, quam Athenienses cũ potissima Græciæ parte apud Salaminem à Medis ἀγκυλοτόξοις reportarunt in Pyth. Od. 1. Pindarus aũt mortuus est longe ante Olympiaden 90. Natus enim Olympiade 64. cum in transitu Xerxis in Græciam 40. annorum fuerit, vt est apud

apud Suidam. Natus in solennitate Pythiadis, vt habet Plutarchus lib. 8 συμποσιακῶν cap. 1. Ergo anno tertio Olympiadis 64. Pythiade 17. Falsissima ergo est Beroaldistarum assertio, Xerxis traiectum in Græciam circa Olympiaden 90. accidisse.

4. Erathostenes apud Clementem lib. 1. strom. à transitu Xerxis ad bellum Peloponnesiacum numerat annos 48. tum ad cladē, quam à Lacedæmoniis accepere Athenienses, annos 27. tum ad pugnam Leuctricam annos 30. tum ad mortem Philippi annos 25. tum ad Alexandri mortem annos 12. Ex hac ergo supputatione à traiectu Xerxis ad mortem Alexandri Magni anni 152. Vnde colligimus, falsam esse Beroaldicam supputationem, quæ à Cyro ad Alexandrum annos tantum 130. habet.

5. Diodorus Siculus lib. 1. Biblioth. expeditionem Cambysis in Ægyptum in annum tertium Olympiadis 63. reiicit, ab hoc vsque ad secundum annum Olympiadis 112. quo Darius vltimus ab Alexandro victus est, sunt anni 194. absoluti. Cum Diodoro consentit Ptolemæus, qui septimum Cambysis annum, Ecliptico charactere notatum, dixit esse 225. Nabonazaræum, conuenientem cum anno primo Olympiadis 64.

6. Dionysius Halicarnassensis ait lib 5. mihi pag. 291. Marathonensem pugnam 16. annis funere Bruti posteriorem. Bruti funus accidit posteriore parte anni Vrbis 245. & anni primi Olympiadis 68. eodem Dionysio ibidem loci teste. Ergo Marathonensis pugna facta anno primo Olymp. 72. Atqui Darius Hystaspis in campo Marathonio cum Græcis pugnauit anno sexto ante eius mortem, teste Herodoto lib. 3. & 7. Si ergo Darius circa Olympiaden 72. iam regnauit, quomodo Cyrus Olympiade 81. vel 82. regnare potuit? Idem Dionysius lib. 3. pagina 367. in annum quartum Olympiadis 71. annuum Atheniensium Magistratum Themistocli confert, qui Xerxen vicit. Si ergo Themistocles Atheniensium Ἄρχων fuit Olympiade 71. necesse est pugnam Xerxis cum Græcis Olympiade 90. nouiorem. Id nisi concedamus, dicendum, Themistoclem Ducem belli contra Xerxen electum annorum 100. & vltra fuisse, cum Xerxes in Græciam traiiceret. Verum Beroaldistæ nemini fidem facient, Themistoclem ista ætate tanta molestia oneratum fuisse. Idem quoque Dionysius lib. 1. ait: Persæ deuictis Medis non multum vltra 200. annos permanserunt in rerum fastigio. Inde concludimus, Persicam Monarchiam vltra 200. annos durasse.

7. Sosicrates apud Diogenem Laertium in Solone testatur, Solonem anno tertio Olympiadis 46. Athenis Ἄρχοντα fuisse. Idem testatur Clemens Alexandrinus lib. 1. strom. Atqui Solon temporibus Croesi, Lydorum Regis, vixit. Hunc Croesum vicit Cyrus, vt supra titulo præcedente cap. 4. commemoratum. Ergo necesse est, Cyrum longo tempore ante Olympiadem 81. vel 82. vixisse. Nam à 47. Olympiade ad 81. anni 136. Et Gellius author est lib. 17. noct. att. cap. 21. Solonem Atheniensibus leges scripsisse anno 33. L. Tarquinii Prisci, Regis Romanorum. Annus 33. Tarquinii Prisci est Vrbis 170. siue secundus Olympiadis 49. quia primus Tarquinii Prisci est secundus Olympiadis 41. teste Dionysio lib. 3. Vnde iterum colligimus, Cyri regnum intra Olympiades 50. & 60. includendum.

8. Gellius ibidem ait: anno 260. post Romam conditam, aut non longe amplius victos esse ab Atheniensibus Persas, pugna illa inclyta Marathonia. Hæsit in anno Vrbis præcise definiendo, ideo dicit, aut non longe am-

[illegible] Erit autem annus Vrbis 183. Varronianus, qui cum secundo Olympiadis [illegible] conuenit, a quo ad finem Persicæ Monarchiæ anni sunt 16[illegible]. Quid ergo sibi vult delirium Beroaldistarum, regnum Persicum a Cyro ad Darium Codomannum per annos 130. tantum stetisse?

9. Ptolemæus lib. 3. cap. 2. μεγ. συν. affirmat, à Magistratu Apseudis Ἄρχοντος Atheniensis vsque ad 50. annum primæ Calippicæ periodi effluxisse annos 152. Ergo à dominatu Apseudis ad primum Calippicæ periodi sunt 102. anni. Calippus autem hanc periodum incepit in autumno, cum præcedente æstate Alexander Darium vicisset, anno sexto ante mortem Alexandri Magni. Nam 50. annus primæ Calippicæ periodi est 44. à morte Alexandri, vt Ptolemæus habet libro tertio, cap. primo. Hic Apseudes in dominatu præcedit Pythodorum, à cuius fine bellum Peloponnesiacum cœpit. Huius Apseudis magistratum connectit Ptolemæus cum anno 316. Nabonazaræo, conueniente cum anno quarto Olympiadis 89. in quem annum & Diodorus lib. 12. hunc Ἄρχοντα conijcit. Hic annus Apseudis est octauus ante mortem Artaxerxis Longimani. Si ergo Monarchia Persica 125. annos tantum durauit, tum à primo Cyri ad mortem Artaxerxis anni tantum 31. elapsi sunt.

10. Clemens Alexandrinus lib. 1. strom. ait: secundam Babylonis expugnationem contigisse annis 180. ante obitum Alexandri Magni, vel (quod idem est) annis 186. ante finem Persicæ Monarchiæ. Expugnata autem est secunda vice Babylon à Dario Hystaspis filio, vt habet Herodotus in Thalia, & Iustinus in fine lib. 1. Inde concludimus regnum Persicum vltra 125. vel 130. annos durasse.

11. Iulius Africanus, cuius Chronicon Eusebius lib. 6. Eccl. histo. cap. 23. vt valde diligenter & studiose conscriptum laudat, hoc modo loquitur apud Eusebium lib. 10. præp. Euangel. cap. 3. Initio Cyri Olympias ἤχθη νε΄ (acta est 55.) ὡς ἐκ τῶν βιβλιοθηκῶν Διοδώρου, καὶ τῶν Θάλλου, καὶ Κάστορος ἱστοριῶν, ἔτι δὲ Πολυβίου καὶ Φλέγοντος ἔστιν εὑρεῖν, ἀλλὰ καὶ ἑτέρων οἷς ἐμέλησεν ὀλυμπιάδων. Ἅπασι γὰρ συνεφώνησεν ὁ χρόνος. Falsa ergo Beroaldistarum fictio, Cyrum circa Olympiaden 81. vel 82 vixisse.

12. Idem Africanus apud Eusebium lib. 8. cap. 2. demonstr. Euangel. & Hieronymum in caput 9. Danielis, 20. annum Artaxerxis Longimani conijcit in quartū Olympiadis 83. Addunt Eusebius & Hieronymus à principio Cyri ad 20. annum Longimani elapsos annos 115. Hic autem Artaxerxes mortuus anno quarto Olympiadis 88. vel anno 40. regni sui absolute. Ergo ab initio Cyri ad mortem Longimani sunt anni 135. Vbi ergo Darius Nothus? vbi Artaxerxes Memor? cuius anno 32. Nehemias ex Palæstina in Persiden reuersus est. Nehem. 13. ℣. 6? Vbi Ochus? Arses? Darius Codomannus?

13. Eusebius in Chronicis cum Hieronymo à quinto Cambysis, quo Ægypto potitus est, vsque ad Darii Nothi tempora, quibus Ægyptus iterum à Persis defecit, numerant 111. annos. Si iam Persica Monarchia per 125. annos durauit, sequetur Cyrum, Darium Nothum, Artaxerxen Memorem, Ochum, Arsen, Darium Codomannum per annos tantum 14. regnasse? Verum quis hoc nostrum credet? cum anni 32. Artaxerxis Memoris mentio fiat apud Nehemiam loco iam citato.

14. Idem

14. Idem Eusebius lib. 3. præp. Euang. cap. 3. circa initium, secundum Darii Hystaspis annum conijcit in annum primum Olympiadis 65. Quid ergo sibi vult Beroaldicum commentum, Cyrum primum Persarum Regem circa Olympiaden 81. vel 82. vixisse?

15. Augustinus lib. 18. de ciu. Dei cap. 18. tempus reuersionis Iudæorum ex Babylone in id tempus locat, quo Tarquinius Superbus, vltimus Romanorum Rex, Romæ fuit. Atqui fuit Rex per 25. annos inter 220. & 244. Vrbis inter 62. & 68. Olympiadas, Dionysio teste lib. 1. 4. 5. Cyrus ergo circa finem sui regni Iudæis hanc reuersionem concedens, ante tempora Tarquinii Superbi in Perside regnare cœpit. Et consequenter falsus est Beroaldus lib. 3. Chronol. cap. 8. Cyrum maiorem regnare cœpisse anno Vrbis 295. annis 40. post Reges Vrbe pulsos.

16. Hieronymus in caput 9. Danielis annum sextum Darii Hystaspis reiicit in annum primum Olympiadis 66. à quo tempore ad annum secundum Olympiadis 112. vel finem Persicæ Monarchiæ anni 185. elapsi sunt.

17. Theodoretus in 9. caput Danielis à 20. anno Artaxerxis Longimani vsque ad Darium, vltimum Persarum Regem, numerat annos 114. Ergo ab initio Artaxerxis Longimani ad Darium vltimum anni 134. Vbi Cyrus, Cambyses, Darius Hystaspes, Xerxes?

Sed quid multis opus? Neminem ex veteribus Historicis & Chronologis Beroaldistæ habent, qui interuallum regni Persici ad 100. annos decurtarit, vt ipsi faciunt.

His argumentis muniti, credimus Græcos non Græca vel ficta, sed vere historica, & cum cœlesti motu conueniente fide interuallum regni Persici vltra 200. annos extendisse, Cyrumque, primum Persarum Regem anno primo Olympiadis 55. cœpisse, Dariumque vltimum Persarum Regem ab Alexandro victum anno secundo Olympiadis 112. Quod hoc capite probandum erat.

CAPVT VI.

De termino à quo, & ad quem LXX. hebdomadum Danielis cap. 9.

SI vllus V. T. locus est, qui interpretes Theologos & Historicos vrsit, præsens est Danielis de 70. hebdomadibus locus, in cuius explicatione olim sese Dd. Ecclesiastici macerarunt, & adhuc. In eo quidem est conuenientia, Danielem per 70. illas hebdomadas, septimanas non ימים dierum, sed שנים annorum intelligere. Scriptura namque duplices habet hebdomadas: Alias dierum. Leuitic. 23. vers. 15. præcipit Dominus Israelitis à secundo die festi Azymorum, vel à primo die oblationis nouarum frugum numerare septem hebdomadas plenas, vel 49. dies, & sequente die 50. festum πεντηκοστῆς celebrare, quod hanc ob causam alias festum septimanarum nominatur. Daniel 10. vers. 2. scriptum est, Danielem tres hebdomadas luxisse. Alias annorum, quarum quælibet septem annos complectitur. Hoc sensu inquit Dominus per Mosen ad populum Leuitic. 25. vers. 8. *Numerabis tibi.* שבע שבתת שנים, id est, *septem septimanas annorum.* Danielem autem per 70. suas hebdomadas non intelligere septimanas dierum, manife-

manifestum est 1. Ex euentu. Septuaginta namque hebdomodes dierum vnum annum constituunt cum 18. hebdomadibus, intra quod breue spacium nihil eorum euenit, quæ hîc de templi ædificatione, de vrbis restauratione, deq; Messiæ aduentu prænunciantur. 2. Ex communi consensu omnium interpretum non modo Christianorum, verum & Iudæorum. Interuallum ergo harum septimanarum Danielis est 490. annorum. Hoc explicato, quæritur, quales annos Daniel intelligat? Africanus quidem lib. 5. de tempor. apud Eusebium lib. 8. de demonstr. Euangel. dem. 2. & Hieronymum in 9. caput Danielis opinatus est, Danielem annos pure Lunares, vel 12. Lunarium mensium absque intercalatione intellexisse. Hunc Africanum Beda sequitur, motus verbo abbreuiandi, quando Daniel inquit: LXX. hebdomadas abbreuiatas esse super populum, & super sanctam ciuitatem. Verum hæc sententia vix admittenda est.

1. Petit τὸ ἐν ἀρχῇ. Vnde namque probabunt, Danielem annos mere Lunares absq; intercalatione intellexisse? Vox enim Hebræa נחתך non abbreuiari, sed præcise & exacte determinari significat, vt Luther᾽ in germ. vim hebrææ vocis eleganter expressit: Siebentzig Wochen sind bestimmet.

2. Habuerunt quidem Iudæi annum Lunarem, sed eiusmodi, qui iusta Embolimæi mensis insertione cum solari coincidebat, vti id supra probatum Titulo 3. c. 2 prioris libri. Et nisi Iudæi annum Lunarem mixtum, cũ solari conuenientem, habuissent, eorum festa breui annorum spacio in aliud tempus fuissent traiecta: verum id non factum esse, maturitas frugum temporibus festi Paschæ manifeste arguit.

3. Si diuersi anni in Bibliis essent definiti, Chronologica certitudo titubaret. Credimus ergo Danielem in 70. suis hebdomadibus solares annos, vel Lunares mixtos intellexisse. Sol enim dominus & mensura immobilis temporis.

Verum quodnam harum annuarum hebdomadum initium? quis finis? In hac re definienda non conuenit interpretibus, Historicis & Chronologis.

1. Author est Theodoretus, nonnullos suo tempore initium harum 70. hebdomadum sumpsisse ab eo anno regni Cyri, quo Iudæis Babylonicam captiuitatem laxauit. Hos Beroaldus patrum nostrorum memoria secutus est, & hodie ii, qui Beroaldum hac in parte sequuntur. Et sane optaremus ipsi, initium 70. harum hebdomadum ab hoc tempore desumi posse: ita namq; in Chronologia minus laboraremus, & interuallum annorum à mundo ad Messiæ mortem ex solis sacris haberemus. Verum quia hæc opinio interuallum regni Persici contra cœlestis motus veritatem ad 100. annos decurtat, (vt præced. capite probatum) dicendum à Iudæorum ex Babylone reuersione, vel ab edicto Cyri has hebdomadas inchoari non posse.

2. Alii, eodem Theodoreto teste, hasce septimanas inchoarunt ab anno Darii Hystaspis, quo templum Hierosolymitanum absolutum creditur. Verum & hæc opinio nulla est. Nam Darius ille, sub quo Haggæus & Zacharias prophetarunt, cuiusq; anno 6. templum posterius perfectum Esræ 6. ỷ. 15. non fuit Darius Hystaspis, sed Darius Nothus, vti sequente capite confirmabitur. Et respicit Daniel in sua visione ad reiteratam templi & vrbis ædificationem, non autem ædificati templi perfectionem. Quid? Cœlestis motus non conuenit. Nam à 6. anno Darii Hystaspis ad Messiam plures quam 490. omni elapsi, quod Ecclesiastici Doctores obseruarunt.

O 3. Plu-

3. Plurimi (inter quos Funccius & Funcciani) initiū harū hebdomadum sumunt ab anno 7. Artaxerxis Longimani, quo tempore Esra cum aliquot congregatis Iudæis à fluuio Babylonis Ahaua Ierosolymam versus profectus est cum mandato à Rege accepto, vt Iudaicam Rempub. instauraret, vt est apud Esram c. 7. & seqq. Verum hæc quoq; opinio non consistit. Nam Artaxerxes ille, cuius anno septimo Esras profectionem in Iudæā suscepit, non fuit Artaxerxes Longimanus, qui post Xerxen regnauit. (Hic enim Artaxerxes cū Ahaluero, id est, Xerxe, & Dario, Hystaspis filio, templi & vrbis instaurationem impediuerunt, vt est apud Esram c. 4.) sed Artaxerxes Memor, vt sequente capite ad oculum demonstrabitur.

4. Eusebius testis est, lib. 8. demonst. Euang. demonst. 2. Africanum (quem Theodoretus in 9. c. Danielis sequitur) hebdomadas hasce Danielis inchoasse ab anno 20. Artaxerxis, quo Nehemias pincerna Regis regium responsum accepit de ædificanda Hierosolyma, vt est apud Nehemiā c. 1. ỷ. 1. c. 2. ỷ. 1. Hunc Artaxerxen Africanus cum Theodoreto & aliis opinatur Longimanum fuisse: verum Artaxerxes Memor fuit. Nam Nehemias ad tempora vsque Alexandri Magni peruenit, vt omnes circumstantiæ in Nehemia testantur. Et præterea à 20. Artaxerxis Longimani ad 16. Tyberii (quo hasce hebdomadas Danielis Africanus finit) anni tantum 475 numerantur, quantum interualli est inter annum quartum Olympiadis 83 seu 332 Olympiadicum, & annum secundum Olympiadis 202. seu 806. Olympiadicum. Ex hisce 475. annis Solaribus idem Africanus 490. annos Lunares facit absq; embolimei mēsis insertione. Verum supra probatum, Danielem hoc in loco annos Solares sumsisse in hoc magno numero definiendo. Tēporarius in Chronologicis suis demonstrationibus lib. 3. mihi pag. 194. & seq. Africanum sequitur, verum in hac diuersitate, quod ille aliud initium Artaxerxis Longimani priuato ausu sumat, non à morte Xerxis, sed aliquot annis ante, cum Longimanus à Xerxe in Successorem eligeretur. Verum priuatam hanc diuersitatem Autori relinquamus.

5. Alii, Metasthenem & Philonem secuti, initium harum hebdomadum sumunt à secundo anno Darii Longimani. Verum Metasthenem & Philonem ab Annio, ocioso Monacho confictum, in fine huius tituli probabitur, vbi simul Metasthenicam seriem Regum Persicorum confutaturi sumus. Et Longimanus, non Darius, sed Artaxerxes nominatus est, vt Herodotus cum Thucydide testantur, qui hoc tempore vixerunt, quibus cum & Esra conuenit cap. 4. & 7.

6. Tandem inuenti sunt olim, (inter quos Sulpitius Seuerus) & adhuc hodie multi, qui initium harum hebdomadum sumunt à secundo anno Darii Nothi, sexti Persarum Regis, quo tempore per Haggæum & Zachariam prophetas diuinum edictum egressum est de iterum ædificando templo per longum bene tempus impedito. Esræ 5. Hagg. 1. Zach. 1. Hæc de termino à quo.

Terminus ad quem iterum vario modo figitur.

Nonnulli has hebdomadas finiunt in Christi baptismate. Alii & quidem plurimi, in eius crucifixione. Sunt qui in πανωλεθρίᾳ posterioris templi per Vespasianum & Titum facta has hebdomadas finiant. Iudæi per meram petulantiam præsentem Danielis locum tum ratione termini à quo: tum ad quem corrumpunt, imo Danielem nomine Prophetæ non dignati sunt, cum eum inter libros tantum כְּתוּבִים, id est, ἁγιογράφοις, retulerint, eque numero Prophetarum excluserint. Qua de re alibi fusius.

Nos

Nos in tanta opinionũ varietate ad eos accedimus, qui hasce hebdomadas inchoant a diuino, eoq; prophetico verbi egressu de iterum ædificanda domo Domini, & vrbe, facto anno secundo Darii Nothi; finiunt in πανωλεθρίᾳ posterioris templi per Vespasianum facta. Nec desunt argumenta, quibus hæc sententia comprobari potest.

Quod enim *Primo* terminum ad quem attinet (hîc enim quadam retrogressione nobis vtendum est) hunc in vastatione posterioris templi locandum probamus.

I. Ex Angelicis ad Danielem verbis: Lxx. *septimanæ* נֶחְתַּךְ *decisum est* (impersonaliter,) id est, *præcise definita sunt super populum tuum, & super ciuitatem sanctam tuam* c. 9. ÿ. 24. Hæc est angelica propositio, populum & vrbem mensuram fore harum hebdomadum. Ex quo colligimus, terminium ad quem harum hebdomadum ponendum in vrbe Hierosolymitana, & populo Iudaico. Modum huius rei ipse angelus Danieli manifestius proponit ÿ. 26. *Post septem & sexaginta duas hebdomadas, exciso Christo, seu Messia,* (de qua locutione c. 9. in obiecti solutione) וְאֵין לוֹ, id est, *non sibi, non suo commodo, neque ob propria peccata, quæ non habuit* 2. Cor. 5. ÿ. 21. *sed aliena.* Dolore enim attritus est ob nostras defectiones & iniquitates Esa. 53. ÿ. 5. à defectione populi plaga ei ÿ. 8. mortuus est ob nostra peccata Rom. 4. v. 25. 1. Cor. 15. v. 3. (vocula n. לוֹ & fœm. לָהּ non modo relatiue sumitur Gen. 11. v. 30. Eccles. 4. v. 8. Cant. 8. v. 8. verum & reciproce Gen. 21. v. 3. vocauit Abraham nomen filii sui, qui natus est לוֹ ei vel sibi. Vtramq; enim σημασίαν particula hæc hoc loco admittit. c. 39. v. 6. Potiphar relinquebat omnia, quæ לוֹ sibi scilicet erant, in manu Iosephi. Cant. 3. v. 9. lectum vel thalamum coniugalem fecit לוֹ sibi Rex Salomo. Et in hac reciproca significatione affixum hoc in loco Danielis explicamus.) *Ciuitatem ipsam & sanctum perdet populus* הַבָּא *venturus, vel Principis, id est, Romani Imper. & ita quidem perdet, vt eius finis futurus sit* בַשֶּׁטֶף *in inundatione, id est, velut diluuio ciuitas extirpabitur, & vsque ad finẽ belli præcisum desolationum, i. cum fine belli præcise ciuitas desolabitur* עַל כְּנַף שִׁקּוּצִים מְשֹׁמֵם, id est, *per alam detestationum desolantem,* id est, *per alatum Romanum exercitum.* (Ita namque vox כָּנָף de Assyriaco quoq; exercitu ponitur Esa. 8. v. 8. quod instar alarum terram sit tecturus, vel à forma. Hinc Romanorum alæ, id est, militaris cohors in alæ formam collecta. Et locum hunc præsentem Danielis ita explicandum monstrat collatio locorum N. T. Matth. 24. v. 15. Marc. 13. v. 14. Luc. 21. v. 20. Nominatur autem Romanus exercitus שִׁקּוּץ βδέλυγμα, quia idolorũ cultor fuit, & consequenter Iudæis abominatio. Appellatur item βδέλυγμα שֹׁמֵם vel ἐρημώσεως, explicante Christo Matt. 24. v. 15. idq; μετωνυμικῶς, quia terram Iudaicam desolauit.) Sensus ergo verborum Danielis est: post decursum 70. hebdomadum ciuitas Hierosolyma iterum desolabitur. Interea vero temporis, id est, currentibus illis hebdomadibus cohibebitur defectio, peccatum obsignabitur, iniquitas expiabitur, iustitia seculorum adducetur, visio & prophetia obsignabitur, & sanctus (vel sanctum) sanctorum vngetur, imo Messias excindetur. Id ergo Daniel innuit, Messiam intra illas hebdomadas venturum, & opus redemptionis absoluturum, postq; illarum decursum non amplius exspectandum esse.

II. Ex scopo diuinæ reuelationis. Petit Daniel à Domino, vt misericordiæ suæ memor à ciuitate Hierosolyma excandescentiam suam auertere, Daniel 9. v. 16. suam faciem super desolatum sanctuarium lucere v. 17. ciuitatis tandem & populi misereri velit. Annuit Dominus petitioni, promittit laxationem Hierosolymorum & sanctuarii instaurationem, vrbis per 70.

hebdomadas inhabitationem, Messiæ intra has hebdomades aduentū, passionem, mortem, tandem completo tempore aliam & totalem ciuitatis desolationem, sanctuarii excisionem, sacrificiorum abolitioné, plenariamq; politiæ Iudaicæ consummationem, vt Daniel & fideles cognoscerent, minime sibi hærendum esse in temporali hac liberatione ex Babylonica captiuitate, vrbisq; ædificatione & inhabitatione: verum per fidem potius intelligerent, eam typum futuram æternæ liberationis per Messiam, & ædificationis Ecclesiæ electorum in toto mundo, vt & cœlestis beatitatis in æterna vita, qua de re Dauid loquitur ψ.15.v.1. & Paulus Galat.4.v.26. Iohannes in Apoc.21.v 2. Heb.12.v.22.

III. Ex Christi verbis, qui discipulis vltimam Hierosolymæ vastitatem prænuncians, eos ad Danielem remittit, affirmans Mat.24.v.15. cum de abominatione illa desolationis vaticinatum, & in illa desolatione implendū omnia, quæ scripta sunt Luc.21.v.22. De hac autem vltima vastitate Hierosolymæ Daniel.9. in suis hebdomadibus tractat. Ergo in vltima illa desolatione impletæ, id est, finitæ sunt hebdomades.

Quandocunq; enim prophetia impletur, tum simul finitur. Hinc noster Seruator prophetiarum impletionem, consummationem nominat vel finitionem Ioh.19.v.30.

Secundo. Terminum à quo à secundo anno Darii Nothi sumendum probamus.

I. Ex elegantissimo à secundo anno Darii Nothi ad exterminium posterioris templi interuallo, conueniente cum 70. hisce annuis hebdomadibus Danielis, vel 490. annis. Hoc interuallum hoc modo manifestum fit. Vrbis expugnatio facta est anno primo Olympiadis 212. siue Olympiadico 845. finiente. Hac de re nullum est litigium inter Chronologos. Ab his annis subtrahantur 70. annuæ hebdomades, vel 490. anni, remanebunt 355. anni Olympiadici, siue annus 3. Olympiadis 89. in eis, qui nobis terminum à quo harum hebdomadum ex nostra sententia figit. Quis huius temporis status in Perside & Ecclesia Iudaica fuerit, ex Haggæo, Zacharia, Esra & Græca historia manifestum est. Ineunte anno 2. Olympiadis 87. incepit Peloponnesiacum bellum, vt capite præced. ἀποδεικτικῶς firmatum est: anno 7. illius belli in hyeme moritur Artaxerxes Μακρόχειρ, teste Thucydide lib. 4. Ergo mortuus anno 4. Olympiadis 88. dimidia sui parte elapso. Artaxerxi Longimano successit Xerxes quidam, qui expleto vno imperii anno, vel, vt alii scribunt, mensibus duobus vitam finiit, teste Diodoro lib. 12. Verum in annuum spacium Diodorus ex aliis Historicis inclinat, cum quibus & nos. Xerxi successit Sogdianus per menses septem, vt Diodorus loco prænominato habet, Sulpitius item Seuerus, Ctesias, Eusebius in Chronico, & multi alii. Sogdiano interfecto Darius Nothus ad regni gubernacula venit. Hic ergo cœpit circa Ver (quantum ex Zacharia & Haggæo Prophetis colligimus, qui 6. & 11. mensem Hebræū, cum anno 2. Darii connectunt. Hagg. 1.v.1. Zach.1.v.7.) anno 1. Olympiadis 89 fere elapso. Quilibet ergo Darii Nothi annus cum duobus Olympiadicis participat, primus cum primo & secundo, & secundus cum secundo & tertio Olympiadis 89. Verum annus tertius huius Olympiadis ex nostra supputatione dat nobis initiū hebdomadum. Vnde firmiter colligimus, has hebdomadas à secundo anno Darii Nothi incipiendas.

II. Ex diuino, eoque prophetico verbi egressu de iterum ædificanda domo Domini. Scriptura namq; testis est, anno 2. Darii (quem Nothum dicimus,

mus, cum intra duos Artaxerxes, Longimanum, & Memora ab Esra ponatur) Deum duos Prophetas Haggæum & Zachariam excitasse modo plane singulari & magnifico, cum Iudæi post Danielis ad hæc vsque tempora nullum Prophetam habuerint. Per hos duos Prophetas factus est diuinus egressus & instinctus quasi, de facienda domo Domini. Hagg. 2. vers. 4. vel ædificanda (בנה quo verbo & Angelus ad Danielem vtitur cap. 9. v. 24.) Zach. 1. ÿ. 16. cap. 8. v. 9. de misericorde Iehouæ conuersione ad Hierosolymam, deque extensione regulæ super Hierusalem Zach. 2. v, 2. Hinc argumentamur.

Si per Prophetas anno secundo Darii Nothi diuinum, idque Propheticum mandatum egressum est de iterum ædificanda Hierosolyma, & hebdomades Danielis præcise, ratione termini à quo, in secundum huius Regis annum cadunt, optima consequentia inferimus, angelum apud Danielem per egressum illum verbi, egressum horum Prophetarum intellexisse.

Atqui verum prius. Ergo & posterius: præsertim cum Angelus ad Prophetam loquatur, cui dubio procul peculiare, idque propheticum mandatum subindigitare voluit ex personæ, ad quam loquebatur, conuenientia. Tempore vero laxatæ per Cyrum captiuitatis nullus propheticus egressus de iteranda vrbis extructione factus est. Ergo inde hebdomades Danielis inchoari non possunt.

III. Ex huius egressus singularitate. Quatuor quidem vicibus egressum est mandatum de instaurando templo Domini, & politia. 1. Temporibus Cyri, qui Iudæis captiuitatem laxauit, simul & eis potestatem dedit, templum Domini iterum instaurandi Esræ 1. v. 1. 2. Chron. 36. v. 22. Verum ab hoc edicto hebdomadas Danielis inchoari non posse, supra probatum est, præsertim cum hoc edictum Cyri anno quasi tertio à promulgatione statim irritum factum sit. Esræ 3. & 4. capp. 2. Temporibus Darii Nothi 2. anno eius regiminis. Hic egressus plane singularis est, & omnium magnificentissimus, idque ratione tum Dei, qui per Haggæum & Zachariam Prophetas singulare & diuinum mandatum promulgauit de iterum ædificanda domo Domini: tum ipsius Persici Regis, qui singulari & magnificentissima promulgatione Iudæis interruptam templi ędificationem iterum demandauit, cum dira illorum imprecatione, qui hoc opus impedirent Esræ 6. tum ratione felicis successionis huius operis. Nam à secundo huius Darii anno ad sextum eiusdem structura templi absque impedimento continuata & consummata est Esr. 6. v. 15. 3. Anno septimo Artaxerxis Memoris Esr. 7. vers. 7. Verum hoc edictum priuatum quasi fuit ad Esram factum, nihilque continet de templi ædificatione, verum de Leuitici cultus & politiæ instauratione. Inde ergo hebdomadum Danielis initium vix sumi potest, quod tamen à Funccianis & multis aliis fit. 4. Anno vicesimo huius Artaxerxis aliud mandatum factum est de instauranda Hierosolyma Neh. 2. v. 1. verum & hoc mandatum priuatum fuit ad Nehemiam, & muros tantum Hierosolymorum concernebat, vt in Nehemia manifestum est. Inde ergo sequitur, neque ab hoc mandato hebdomades Danielis inchoari posse, verum à secundo, plane singulari & diuino.

IV. Ex singularitate interualli à secundo anno Darii Nothi ad desolationem posterioris templi. Angelus interuallum illud 490. annorum singulari appellatione 70. hebdomadas annuas nominat. Per numerum LXX. ad annos captiuitatis alludit: per hebdomades annos Sabbathicos & Iobelæos respicit, & id intendit, illius egressus de iterum ædificanda

Hierosolyma initium à completo Sabbathico & Iobelæo, ab initio hebdomadis annuæ sumendum. Totum vero temporis interuallum 70. Hebdomadibus, id est, 70. annis Sabbathicis & 10. Iobelæis præcise includendum. Si iam temporum supputatio instituatur, & totum Chronologicum systema à mundo ad secundum Darii Nothi annum inspiciatur, inueniemus & tempus, & singularem temporis appellationem exacte conuenire, annumque secundum Darii Nothi priore sui parte cadere in annum Iudæorum Sabbathicum & Iobelæum, ita vt cum sexto mense, quo Haggæus cœpit cap. 1. ỳ. 1. annus ille quietis absolutus fuerit. Cum sequente ergo ergo si initium LXX. hebdomadum annuatum apud Danielem ab Autumno ex diuina sanctione sumamus, perueniemus cum fine earundem hebdomadum in annum Sabbatharium & Iobelæum, quo absoluto & exacto, anno sequente Hierusalem iusto Dei iudicio per Vespasianum fuit desolata.

Ex hisce memoratis manifestum euadit, in quo significato Angelica ad Danielem verba sumenda sint & interpretanda. Inquit Angelus, Daniel. 9. vers. 25. *ab egressu verbi de iterum ædificanda Hierosolyma.* Per hanc iterandam ædificationem Angelus nil aliud, quam *interrupta structura continuationem* intelligit, hoc sensu: *Ab egressu verbi de iterum ædificanda Hierosolyma*, id est, *ab eo tempore, quo Hierosolyma structura ad tempus impedita, iterum ex diuino mandato ædificabitur, sunt LXX. septimanæ.* Hanc autem Angelicorum verborum interpretationem non coactam, sed scripturæ analogam esse, ex collatione locorum scripturæ firmamus. Iosuæ 5. vers. 2. inquit Dominus ad Iosuam. שׁוּב מֹל *redi, circumcide filios Israel*, id est, *circumcisionis Sacramentum per 40. annos in deserto interruptum, iterum continua.* Zachar. 8. vers. 14. 15. Sic ait Iehoua exercituum: *quemadmodum cogitaueram malo afficere vos, cum exagitassent me patres vestri, neque pœnituit me* כֵּן שַׁבְתִּי זָמַמְתִּי *ita reuersus cogito diebus his bono afficere Hierusalem & domum Iuda*, id est, cogito bonitatem illam, post laxatam captiuitatem ad hæc vsque tempora dilatam, in vos iterum continuare.

Hinc egresso verbo per Haggæum & Zachariam Prophetas ab Esra memoratur, cap. 5. ỳ. 2. Zerubabelem & Iehoschuam incepisse ædificare domum Dei, id est, opus ad tempus interruptum continuasse.

CAPVT VII.

Profertur argumentum, ex quo probatur, hebdomades Danielis in Dominica passione finiri non posse.

ARgumentum tale est:

Si 70. illæ hebdomades finiuntur in Dominica passione, necesse est terminum à quo incidere in Artaxerxis Longimani tempora, in annum regni quasi sextum vel septimum.

Verum Artaxerxis Longimani tempore nullum edictum de templi & vrbis instauratione promulgatum est, de impedienda templi & vrbis exædificatione.

Ergo in Dominica passione hebdomades 70. non possunt finiri.

Maior manifesta. Messias crucifixus anno quarto Olympiadis 202. vel Olympiadico 808. ad finem decurrente. Qua in re communis Chronologorum consensus est. Derractis 490. annis remanenr 318. vel annus secundus Olympiadis 89. Quo tempore Artaxerxen Longimanum in Perside regnasse veritas cœlestis motus cōtra Beroaldistas firmat, & Funcciani aliique id non neganr. Assumptum probamus ex Esræ cap. 4. qui testarur, structuram templi & vrbis interuallo aliquor Persicorum Regum & Artaxerxis quoque Longimani interruptam.

I. Viuenre adhuc Cyro versic. 5. qui circa finem sui regni bello Massagetico contra Scythas implicatus, & extra fines regni Persici constitutus, nihil istarum rerum rescifcere poruit, quæ rum in Iudæa gerebantur.

II. Pergit Esra, Darii quoque temporibus hanc structuram impeditam. Hic Darius nullus alius esse porest, nisi Darius Hystaspis, nisi quis ὑστέρωσιν non admittendam in verbis Esræ fingere velit. Cambyses ergo synecdochice regno Cyri, patris sui, inclusus est, quod plurimi interpretum bene animaduerterunt. Sic autem Esra hac de re loquitur capite 4. versic. 5. *Mercede conducebant* (aduersarii Iudæorum) *Consiliarios aduersus eos* (Iudæos) *ad dissoluendum consilium eorum omnibus diebus Cyri, Regis Persidis* ועד *& vsque in regno Darii, Regis Persidis.* LXX. καὶ ἕως βασιλείας Δαρείου βασιλέως Περσῶν. Particula עד hoc loco alio sensu ponitur, quam quo reperitur versu vltimo huius capitis. In versu namque quinto est continuata & inclusiua, quod ex particula copulante ו manifestum est. Et sane mirum plurimos interpretum id non animaduertisse, qui hunc Darium, cuius Esra, cap. 4. versic. 5. meminit, vnum, & eundem esse existimant cum eo, qui versu 24. huius capitis, & apud Haggæum & Zachariam habetur, contra Esræ mentem & manifestum contextus positum. In versu 24. inquit Esra: *tunc impeditum est opus Domini Dei, qui habitat in Hierusalem & mansit impeditum* עד (absoluto particula hac posita) *vsque ad secundum annum Darii, Regis Persidis.* In versu 5. particulam hanc per copulantem coniunctionem connectit. Quilibet ergo animaduertit in versu quinto particulam illam, continuatiuam & inclusiuam habere significationem, hocque modo explicandam esse: *Et adhuc in regno Darii*, scilicet, *dissoluerunt Samaritani cum vicinis gentibus, Iudaeorum conatum in ædificanda domo Domini.* In hoc enim inclusiuo, connectiuo & coniunctiuo sensu particulam עד præsertim quando cum ו copula cōnectitur, sumendam esse, plurima Scripturæ dicta testantur, Genes. 8. ver. 7. cap. 28. versic 15. 1. Samuel 15. versic 35. 2. Samuel 6. versic. 23. Iud. 3. versic. 26. Ionæ 4. versic. 2. ψ. 90. versic. 2 ψ 103. versic. 17. ψ. 110. versic. 1. Daniel 1. versic. 21. Iob. 1. versic. 18. non secus vt & Græcæ particulæ ἔτι, ἕως, ἄχρι, cum Hebræa עד ratione significationis conuenientes, eiusmodi inclusiuam σημασίαν habent Matth. 1. versic. 25. cap. 5. versic. 26. cap. 18. versic. 34. Rom. 5. versic. 13. 1. Corinth. 15. versic. 15. Hebr. 1. versic. 13. & passim alibi. Temporarius lib. 3. Chronologicarum demonstrationum p. 188. ex hoc Dario facit *Darium Medum* plane ἀλόγως. Hic 1. Darius apud Esram postponitur Cyro: Darius Medus præponitur Cyro Daniel 5. 31. capite 6, 28. 2. Darius apud Esram est Rex Persidis. Darius Medus est Rex Chaldæorum Daniel 9. 1.

III. Subnectit Esra versiculo sexto. *Et in regno* אחשורוש Ὀξυάρου vel Ἀσουήρου *Ahasueri in principio regni eius scripserant* (Iudæorum hostes) *accusationem contra habitatores Iudæ & Hierusalem.* Quo versu Esra id intendit, & huius Regis tempore ædificationem Dominici templi impeditam.

Verum quæritur, quis hic Ahasuerus sit? Quærendi occasionem desumimus ex Chronologorum & Historicorum discrepantia circa hunc Persicum Regem definiendum, quæ vitium hoc attraxit 1. partim ex Iosepho; 2. partim vitiosa vulgatæ versionis super hunc Esræ locum parenthesi; 3. partim Metasthenico-Anniano Persicorum Regum Catalogo. Iosephus enim ex hoc Ahasuero, & sequente Artaxerxe vnum Regem facit Cambysen, vt videre est lib. 11. antiq. cap. 2. Qua in parte Iosephus peccauit contra historicam veritatem, vti ad finem huius tituli confirmaturi sumus.

Hunc Iosephi errorem errat liber tertius Esræ, vel potius Anti-Esræ, dum capite secundo versiculo decimo sexto & sequentibus per magnam negligentiam vel potius impudentiam Artaxerxis meminit ex vero Esra, qui structuram templi impedierit, omisso versu sexto, ex primi libri quarto capite, cum tamen reliquos sequentes versus suffuratus sit. Iosephus ergo tantus non est, vt eius authoritas hac in re definienda fundamentum nobis exhibere possit. Latina præterea vulgata versio non minorem errandi occasionem præbuit. Vitiosam namque parenthesin habet, quæ in Hebræo non habetur. Sic enim habet ista versio: *In regno autem Ahasueri* (ipse est Artaxerxes) *in principio eius regni*, &c.

Verum hæc parenthesis plane vitiosa est, per aliquem Doctorem vel Lectorem præsertim Hebræum, Iosephi errore implicatum, ad textum Esræ, per modum glossæ, appositum: postea vero per imperitiam Scriptorum textui Esræ in Latinis Bibliis insertum. Qua de re Lyranus super hunc Esræ locum sic ait: *hoc* (ipse est Artaxerxes) *non est in Hebræo, nec est de textu, sed ab alio Doctore fuit appositum per modum glossæ*, &c.

Ita Annianus Metasthenes in Persicorum Regum numeratione statim post Cyrum, Persicum Regem, ponit Artaxerxen Ahasuerum. Hinc nonnulli in hanc stulticiam delapsi sunt, Ahasuerum, cuius Esra meminit libro primo capite quarto versiculo sexto, eundem esse cum Artaxerxe, qui versu 7. habetur. Verum somnia sunt hæc tertii libri Esræ, & Anniana, contra manifesta Esræ verba, qui Ahasuerum ab Artaxerxe diuersis in versibus & peculiaribus nominibus inter se distinguit.

Funccius & Funcciani Ahasuerum & Artaxerxen duos quidem diuersos Reges faciunt, in alium tamen errorem dilabuntur. Nam per Ahasuerum Esræ 4. versiculo sexto intelligunt Darium Hystaspis filium, quasi in principio huius Regis accusatio contra Iudæos instituta fuerit, verum absque effectu, cum anno secundo huius Regis post diligentem mandati Cyri inquisitionem Iudæis Regium edictum factum sit de continuando ædificio templi: & DEVS per Prophetas Haggæum & Zachariam Iudæis idem iniunxerit.

Hoc Funccianum commentum absurdam postea verborum Esræ *ὑστέρωσιν* affingit, quasi accusatio hostium Iudæorum in regno Artaxerxis facta, quamque Esra capite quarto versiculo septimo & sequentibus habet, prior sit ea accusatione, quæ versu sexto continetur. Hinc opinatur Funccius, Artaxerxen Ahasuero in regno priorem, sed tamen post Ahasuerum, per traiectionem positum, esse *Cambysen*. Sed audiamus ipsum Funccium libro primo suorum comm. ad annum mundi 3427. De verbis Esræ hæ quæstiones oriuntur: 1. *Sitne illa accusatio, quæ coram Ahasuero*

vero facta est, prima necne? 2. Quis sit Artaxerxes ille, qui ædificationem fieri edicto prohibuit? Nam si de his constabit, nulla huic loco relinquetur ambiguitas. Respondeo ergo simpliciter ad 1. quæst. & dico, accusationem, quæ initio regni Ahasueri facta est, posteriorem esse ea, quæ imperante Artaxerxe accidit. Nam quod priori loco inducta est ab Esra, non statim probat, eam quoque priorem esse tempore. Attingit enim eam tantummodo hoc capite, vt textus cohærentia, modo animum aduertas, haud ambigue docet. Sed quia antea quoque Iudæi ob ædificationem templi falso, tanquam reconderent vrbem, erant accusati, abrumpit quasi sermonem, & id factum, quod prius acciderat, ordine narrat, vt sic causam impediti operis Domini referre possit. Reddita vero tam diuturnæ cessationis causa, occasionem prioris illius accusationis, cuius supra meminerat, edocet, nempe quod Prophetæ Haggæus & Zacharias Seniores impulerint, vt diu intermissum opus alacriter aggrederentur. At cum quæsitum esset à præfectis alienigenarum, cuius id iussu facerent? Res ad Darium Ahasuerum delata est: qui cognita Cyri concessione, non solum non impediuit opus templi, sed magnis etiam priuilegiis, vt id honorifice perficeretur, Iudæos ornauit. Hoc itaque diligenter animaduerso, facile de altera quæstione constabit, quis scilicet ille Artaxerxes, impediens opus Domini, fuerit? Nam cum ex Ptolemæi obseruationibus atque exactissimis Persarum historiis, quas Herodotus diligentissime & verissime conscripsit, certum sit, quod nullus Rex alius præter Cambysen, inter Cyrum & Darium Ahasuerum (id est, *Hystaspis filium*) *in Persia regnauit, necesse erit, vt is Cambyses sit idem Artaxerxes.* Hæc ille. Verum hæc commenta sunt Funcciana, quorum præcipua causa fuit obstinata veterum defensio, Darium illum, cuius anno secundo templum iterum instaurari cœptum, Darium esse Hystaspis filium, tertium Persarum Regem. Verum si Funccius veterum authoritatem ad tempus seposuisset, & Esræ verba hoc loco absque præiudicio & ὑστερώσει non admittenda, inter se contulisset, rem habuisset plane expeditam, Darium illum, sub cuius tempore Haggæus & Zacharias prophetarunt, Darium esse Nothum, sextum Persarum Regem, præsertim cum ipsi animaduertamus ex Esræ capite sexto longum bene interuallum, quod ex hominum memoria iam exciderat, fuisse ab edicto Cyri de ædificanda domo Domini, vsque ad secundum annum huius Darii. Nemo namque huius Darii tempore quicquam sciuit de regio Cyri edicto, ideo necesse habuit Darius Rex, benignam istam Cyri concessionem in Bibliothecis Achmetæ vel Ecbatanis, metropoli Mediæ inquirere. Si iam Darius ille, Hystaspis est, non opus fuisset tam diligenti inquisitione. Verum magnificum Cyri edictum Dario in recenti adhuc memoria fuisset, cum Darius Hystaspis in Cyri aula vixerit, & ab edicto Cyri ad secundum huius Darii vix anni 13. elapsi sint.

Nos ergo cum meliore interpretum & Chronologorum parte dicimus, hunc Ahasuerum, nullum alium esse posse nisi Xerxen, quartum Persarum Regem. Argumenta assertionem probantia sunt.

1. Ordo Persicorum Regum apud Esram, qui statim post Darium hunc Ahasuerum locat, eumque Artaxerxi præponit. Hic Artaxerxes est Μακρόχειρ, Darius Hystaspis filius. Atqui inter hunc Darium & Artaxerxen Μακρόχειρα nullus alius Rex quam Xerxes fuit.

2. Nomen. Ξέρξης Nomen affine est Nomini Ὀξυάρης, quo nomine appellatus fuit frater Darii, vltimi Persarum Regis, & inter Maiores Cyri Cyaxares. Atqui Ὀξυάρης Nomen Hebræi vix aliter scribere possunt quam per אחשורוש vt notum est huius linguæ peritis. Nullum ergo dubium, Xerxen, antequam parenti in regno succederet, nominatum

tùm priuato quasi nomine 'Oξυάξης vel Cyaxaris. 3. Authoritas præstantissimorum virorum qui Esræ verba sine violentia nobiscum explicant, cumque Græca Persicorum Regum historia ad amussim conuenire demonstrant.

Verum Funcciani duo habent, quæ opponunt.

I. Nomen vxoris Darii Hystaspis, quæ appellata fuit Ἄτοσα apud Herodotum libro 3. & 7. Quæ vox cum Persica הדסה conuenire videtur. Verum ex hoc nomine nil firmi concludi potest. Nomen enim Ἄτοσα commune fuit multis mulieribus. Hæc enim appellatio ex externo vnctionis opere fluit. Ita Plutarchus testis est, Artaxerxis Memoris vxorem Ἄτοσαν nominatam.

II. Obiiciunt & aliud ex tempore desumptum. Esther 2. versic. 16. & seqq. dicitur, Esthetem anno septimo regni Ahasueri ad Regem fuisse introductam, tum lautum conuiuium apparatum, immunitatem item prouinciis concessam. Atqui Xerxes anno septimo imperii sui maximo & grauissimo bello occupatus fuit. Ergo non potuit Susis operam dare rei vxoriæ, & consequenter Ahasuerus scripturæ non est Xerxes.

Verum respondemus 1. Xerxen occupatum fuisse graui bello per Duces suos. Is enim rem bellicam Mardonio committens, & de euentu belli desperans in Sardes profectus est, & amori operam dedit, vt Herodot. lib. 9. cum Diodoto Siculo affirmant.

2. Incertum est, num Xerxes anno septimo regni sui grauissimo illo contra Græcos bello occupatus fuerit. Anno namque quarto regni in Græciam profectus est, anno quasi sexto cum ignominia Græcia egressus. Temporis enim circumstãtia id loquitur, bellum hoc vltra triennium non durasse.

3. Et id addimus, Scripturam Sacram aliud initium regni Xerxis habere posse, aliud Herodotum, & alios prophanos Historicos. Hi à morte Hystaspis: illa ab eo tempore, quo parens eius expeditionem contra rebellantes Ægyptios fecit, anno quasi tertio ante suam mortem. Nam mortuus est anno sexto post cladem Marathoniam. Anno tertio post hanc cladem expeditionem illam in Ægyptum suscepit. In hac expeditione Xerxes interea filium suum regno præfecit, teste Herodoto libro tertio, idque ex solito tum temporis more. Ex veteri namque Persarum instituto non licebat Regi, nisi prius successore constituto, in bellum proficisci.

4. De Dario Hystaspis filio incertum est, num anno septimo sui regni domi in quiete consederit. Historiarum enim series eo tota inclinare videtur, Darium anno quasi sexto vel septimo contra rebelles Babylonios bellum gessisse, mox Scythis bellum intulisse.

5. Quæ de immunitate, quam prouinciis concessit, allegantur, parum nos mouent. Immunitatem namque concedere potuit prouinciis non exteris à bello, sed suis ab exactionibus, quas iisdem iterum imponere potuit ob varios bellorum casus, vt videre est cap. 10. v. 1. Vide infra obseruationem 9. posterioris Decadis.

IV. Subnectit Esra versiculo septimo & sequentib. ארתחשׁשתא, id est, Artaxerxis quoque temporibus prolixam contra Iudæos accusationem institu-

institutam, opusque templi Dominici in huius quoque regno per longum bene tempus impeditum versic. 23 24. Hic Artaxerxes Ahasuerum vel Xerxem iusto, immediatoque ordine, ex historica veritate sequens, nullus alius esse potest, quam Artaxerxes Longimanus. Hunc Annianus Merhastenes Darium quoque nominat. Hinc Darius Artaxerxes Longimanus. Verum apud istum Annium omnia sunt efficta, & tamen in istis quisquiliis plurimi, magni quoque viri, aurum & argentum quærunt inuano conamine, & pudendo errore.

V. Subiungit Esra cum Haggæo & Zacharia Prophetis, post hunc Artaxerxen opus structuræ templi interruptum, anno secundo Darii iterum continuatum, & anno sexto eiusdem feliciter absolutum Esræ 4. versiculo vigesimo quarto, capite quinto, versiculo sexto. Hic Darius ex vi ordinis Persicorum Regum nullus alius est, quam Darius ille, qui post Artaxerxen Longimanum intra duos Artaxerxes regnauit. Hic Darius propterea, quod ex pellice natus esset, à Græcis scriptoribus Darius Nothus appellatus est.

VI. Tandem testatur Esra capite septimo se sequentibus temporibus post hæc gesta (scilicet post Darii Nothi mortem) regnante Artaxerxe, Persarum Rege, anno septimo regni speciale à Rege mandatum accepisse de instaurando cultu & politia Iudaica. Quod & Nehemiæ accidit anno 20. huius Artaxerxis Neh. 2. v. 1.

Hunc Artaxerxen Iosephus libro vndecimo capite quinto Xerxen facit contra manifestam veritatem, vt suo loco videbimus. In rei vero firmitate hic Artaxerxes, quia Darium sequitur, nullus alius esse potest, quam Artaxerxes Mnemon vel Memor dictus. Et sane aduentum Esræ & Nehemiæ in Palæstinam in tempora Artaxerxis Memoris coniiciendum, ipsa Chronologica series confirmat.

Nam vterque & Esra & Nehemias ad tempora Alexandri Magni vixerunt, secus quam Temporarius opinatur. Esra restatur capite decimo versiculo sexto se post preces, ingressum in cubile Iohanna Pontificis, parentis Iadduæ summi Pontificis. Nehem. 12. versiculo vigesimo secundo, qui Alexandro Magno, Hierosolymam adorienti in Pontificali habitu extra Hierosolymam processit, vt est apud Iosephum libro vndecimo origin. cap. 8. quem Temporarius hoc in loco præter meritum falsitatis insimulat.

Ita Nehemias dum mentionem facit Iadduæ, summi Pontificis, & Darii, vltimi Persarum Regis, Codomanni dicti capite duodecimo versiculo vigesimo secundo, eo ipso attestatur, se ad Alexandri Magni tempora peruenisse.

Meminit idem Nehemias & Saneballat, præfecti Syriæ & Samaritanorum, qui Alexandrum in Tyri expugnatione strenue iuuit, propterea & potestatem ab Alexandro accepit ædificandi templum in monte Garizin Samaritanorum. Ad quem montem Seruator noster respexit Iohan. 4. versic. 20. Ita idem Nehemias patruelem Iadduæ, Manassen in exilium eiecit, quod duxisset filiam Sanneballat nomine Nicaso Nehem. 12. versiculo vigesimo octauo, Iosephus loco supra citato. Vnde manifestum, Nehemiam cuius Esræ 2. 2. mentio fit, aliumà nostro Nehemia esse, vti Nehem. 7. 7. manifesto conspicitur, & consequenter Temporarium errare dum contendit, vtrosque & Esram & Nehemiam cum Zerubabele & Iehosua Babylonica captiuitate, temporibus Cyri, exiisse.

His

His ita ex Esra propositis concludimus, ab anno septimo Artaxerxis, quo Estræ regia potestas in patriam redeundi facta est, hebdomades Danielis inchoari non posse, cum Artaxerxes ille non fuerit Artaxerxes Longimanus, sed Memor, à cuius anno septimo ad Dominicam passionem, vel etiam ad vrbis πολιορκίαν anni 490. minime elapsi sunt. Quod hoc capite probandum erat.

CAPVT IIX.

Diluuntur argumenta, quibus probari videtur, hebdomades Danielis in Dominica passione finiendas.

I. ARgumentum desumitur ex Daniele cap. 9. versic. 24. LXX. *septimanæ determinatæ sunt super populum tuum, & super sanctam ciuitatem tuam, vt cohibeatur defectio* (vel ad cohibendam defectionem) *& obsignetur peccatum, & expietur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & obsignetur visio & prophetia, & vngatur sanctus vel sanctum sanctorum.* Ex hoc versu nonnulli existimant, Danielem in Dominica morte (qua nobis hæc beneficia tum priuatiua, tum positiua promeruit) hebdomadas suas finire.

Verum ex hoc versu firmum rei argumentum peti non potest. Hic enim versus nihil aliud vult, quam illud; durantibus illis septimanis per Messiam eiusmodi beneficia nobis promerenda, quæ ibidem à Daniele recensentur. Quamquam & hoc notandum, interpretes in vltimorum huius versus verborum interpretatione non conuenire. Alii namque vocem קדש in Genere Masculino sumunt; & vngatur sanctus. Per hunc sanctum intelligunt Messiam, vere sanctum illud germen iustitiæ, & Iehouam iustitiam nostram. Ierem. 23. versic. 6. Per vnctionem, Spiritum sanctum, oleum illud lætitiæ, quo Seruator præ consortibus suis vnctus est ψ. 45. versic. 8. Esa. 61. versic. 1. idque non ad mensuram Iohan. 3. versic. 34. Alii vocem illam קדש Neutraliter sumunt ex aliorum locorum, præsertim Exod. 26. vers. 33. collatione. Per vnctionem huius sancti, ingressum nostri Seruatoris in sanctum intelligunt, de quo Hebr. 9. versic. 12. quo ingressu, per mortem suam facto, vere vnxit sanctum sanctorum, non manu factum, vel terrenum, sed cœleste, id est, ipsum cœlum, vt appareat nunc coram DEO pro nobis versic. 24.

II. Argumentum sumi solet ex versu 25. *Ab egressu verbi de iterum ædificanda Hierosolyma* עד *vsque ad Messiam* נגיד *principem vel antecessorem esse septimanas septem & sexaginta duas.*

Verum respondemus, Phrasin Danielis (vsque ad Messiam) esse genericam, nihilque ex hac solitarie nos intelligere, num de eius aduentu in carnem, num de morte, num de aliquo aduentu singulari & punitorio Angelus in verbis illis loquatur. Nos intelligimus aduentum Christi punitorium super ciuitatem Hierosolymam. Quando namque DEVS locum aliquem punire vult, tum scriptura DEO aduentum ἀνθρωποπαθῶς tribuit. Et ita Tremelius in Bibliis: *Vsque ad Christum antecessorem, id est, ad illud tempus, quo Christus se & Dominum esse demonstrabit iudicio seuerissimo in vrbem populumque tuum, & beneficio Euangelii principem & caput Ecclesiæ, qui regnat in domo Dauidis in æternum.* Cum Tremelio consentit Polanus in suo in Danielem commentario: *Vsque ad Messiam antecessorem, id est, tantisper dum Messias Dux huius*

huius populi venturus est, & non euidente, publico, omnibusque manifesto indicio, reiectionem eius testatam facturus.

III. Argumentum ex versu 26. facile primarium est. *Post septimanas sexaginta duas* (septem septimanis, de quibus in priori versu, inclusis) יִכָּרֵת מָשִׁיחַ *excidetur Messias per modum transfixionis scilicet.* Ex qua locutione argumentantur, hasce hebdomades in Dominica passione finiendas. Imo inueniuntur multi (inter quos & Woltherus) qui existimant Messiam sub finem 69. hebdomadis, & initium 70. crucifixum.

Ad hoc obiectum dicimus, id prima quidem facie contra nos militare, verum nō in tanto robore, vt nostros oppositos arietes in præced. capp. productos infringere possit. Phrasis namque Danielis hoc in loco, conueniente interpretatione mitigari potest, vt nihil nobis officiat, docilique menti satisfacere possit. Notum est sanctæ linguæ peritis, Hebræos sæpe per duas copulatiuas coniunctiones effecte id, quod Latini per duos Ablatiuos consequentiæ, & ita hoc loco phrasin explicamus. *Excidetur Messias, & populus venturus ciuitatem & sanctum perdet.* Id est. *Exciso Messia populus Romanus veniet, & ciuitatem desolabit.* Et sane vrgente necessitate hunc Danielis locum ita explicamus. Si namque excisio Christi post 69. hebdomades demum futura, sequetur, mox cum Dominica transfixione coniungendam vrbis *πυρολαθείαν*, quia Daniel vtrumque immediate cōnectit. Quod enim nonnulli coniiciunt, DEVM interuallum illud à Messiæ passione vsque ad desolationem sanctæ ciuitatis, à Daniele vna hebdomade definitum, vi suæ longanimitatis & misericordiæ prolongasse ad 35. annos, id plane nihil est. Eadem enim facilitate reiicitur, qua asseritur. Maneamus ergo in data explicatione, phrasinque Danielis, per duos Ablatiuos consequentiæ explicemus. Nil enim aliud Angelus apud Danielem intendit, quam illud: post vrbis exterminium Messiam non amplius exspectandum. In quam sententiam & Amandus Polanus hunc Danielis locum interpretatur. *Sic enim ait: Hebrais frequens est Zeugmatica constructio, qua particula aliqua ad explendum sensum ex antecedente est repetenda, sicut hoc loco dicitur post 62. septimanas excidetur Christus: pro post septimanas 62. post nimirum quam Messias excidetur. Ideo ante verbum* יִכָּרֵת *ponitur* (:) *Zakephkaton, nempe incisum, non autem semiincisum aliquod. Proinde verborum Angeli sententia non est, Messiam post illas 62. septimanas demum excidendum, sed post 62. septimanas exciso Christo, & reiecto à populo Iudaico destructum iri templum & ciuitatem.* Hæc ille, cum quo & Tremelius, Iunius, Scaliger, Caluisius, & multi alii melioris notæ Chronologi.

IV. Desumitur ex versu 27. Inquit Daniel: *in medio vltima hebdomadis abolebit sacrificium & munus. Quod in Dominica passione factum videtur.* Iohan. 19. ℣. 30.

Resp. Obiectum hoc laborat principii petitione. Nam quæstio est, quo sensu Angelus hanc abrogationem intelligat. Potest quidem hæc abrogatio sacrificiorum Leuiticorum in sensu spirituali intelligi, vt dicamus per vnicum Messiæ sacrificium, in ara crucis peractum, sacrificium & munus abolitum. Verum Danielem hunc sensum spiritualem hoc loco intellexisse, probandum est. Nos verba Danielis nude secundum literam interpretamur. *in medio septimana* (vltimę scilicet) *abolebit sacrificium & munus*, id est, *sacrificia cessabunt ingruente vrbis vastitate.* Ita namque Daniel hanc phrasin explicat capite vndecimo versiculo trigesimo primo, capite duodecimo versiculo vndecimo, quam literaliter accipiendam testatur

prior liber Maccab.cap.1.verſ.47.cap.4.verſic.54. Nullum namque dubium nobis eſſe debet, vno vel altero, vel etiam tertio anno ante plenariam vrbis & templi deſolationem ſacrificia ceſſaſſe in tantis inteſtinis diſſidiis,& externis bellis, quibus Hieruſalem premebatur.

V. Danieli hac in prophetia eſt propoſitum, Chriſti paſſionem deſcribere non modo quoad factum, verum & ratione temporis præciſe definire. Verum ſi hebdomades Danieles in vrbis πανωλεθρίᾳ demum finiuntur, tempus Dominicæ paſſionis à Daniele præciſe non eſt definitum.

Reſp. 1. Antecedens membrum laborare principii petitione. Probandum enim eſt, hunc ſcopum huius prophetiæ eſſe, Dominicæ paſſionis tempus præciſe determinare. Vulgata quidem eſt opinio, quæ id ſentit, verum à qua cum bona pace abſque hæreſi diſcedere poſſumus. 2. tempus paſſionis Meſſiæ à Daniele in hiſce hebdomadibus eſt definitum, verum incluſiue & generice.

VI. Si hebdomades Danielis in Dominica paſſione non finiuntur, non poſſumus Iudæos refutare ex præſente Danielis loco. Reſpondemus hanc ſequelam plane falſam eſſe. Licet enim hebdomades in vrbis extermino finiantur, nihilominus tamen ex Daniele Iudæos firmiſſime refutamus, dum Propheta aduentum Meſsiæ, eiuſque transfixionem ſuis hebdomadibus includit, eoque ipſo innuit, poſt complementum harum hebdomadum Meſſiam ratione aduentus in carnem, non amplius exſpectandum eſſe.

VII. Si hebdomades illæ Danielis finiendæ ſunt in vrbis πανωλεθρίᾳ, ſequetur, nos ex libris V. T. verum tempus aduentus Meſſiæ haberi non poſſe, num venire debuerit ſub Perſica, num ſub Græca, num ſub Romana Monarchia.

Reſp. 1. Si vel maxime ex libris V. T. & in ſpecie ex præſente Danielis loco præciſum tempus aduentus Meſſiæ non haberemus, nihil tamen inde abſurdi quis elicere poſſet? Satis id eſſet, Meſſiam tempore à Deo determinato venire debuiſſe. 2. Licet ex hoc Danielis loco præciſum tempus non habeamus; ſunt tamen alia V. T. loca, quæ tempus hoc accuratius definiunt, vt eſt Iacobæum vaticinium Gen. 49. verſic. 10. & Daniel. 2. capite, in quo vaticinatur lapidem de cœlo proiiciendum, id eſt, Meſſiam venturum tempore quarti regni, id eſt Romani, vti hæc res alibi fuſius comprobatur.

Concludimus ergo, obiecta illa eo modo eſſe comparata, vt noſtra propugnacula ante exſtructa diruere & euertere non poſſint. Quanquam & hoc addimus, nos neminem alicuius hæreſeos accuſare & condemnare velle, qui aliam de hebdomadibus Danielis fouet opinionem. Interea tamen quiſque ſibi caueat, ne in termino harum hebdomadum à quo definiendo, contra cœleſtis motus firmitatem, & totius hiſtoriæ veritatem, peccet, nouoſque Reges Perſicos cum Anniano Metaſthene comminiſcatur, qui nunquam in rerum natura fuerunt.

Capvt

CAPVT IX.

Soluitur primum Beroaldistarum argumentum supra secundo capite cum rationibus productum, quo probare conatur, hebdomades Danielis ab Edicto Cyri inchoandas.

CAPVT hoc cum duobus seqq. cum secundo huius tituli capite omnino conferendum est. Tria namque Beroaldistarum argumenta ibidem proposita, hîc ordine refutanda veniunt.

Argumentum primum probare conabatur, hebdomades Danielis immediate cohærere cum fine Babylonicæ captiuitatis. Probationem Beroaldistæ hanc habent: *quia Angelus apud Danielem initium hebdomadum expresse figit in exitu verbi de reducendo* (populo) *& readificanda Hierosolyma.*

Verum respondemus, hoc argumentum laborare ἐλέγχῳ φεύγοντι, eoque duplici. Angelus apud Danielem hoc modo loquitur: *Scito & intelligito ab egressu verbi* לְהָשִׁיב וְלִבְנוֹת יְרוּשָׁלִַם In hisce Danielis verbis nullibi reperitur vox הָעָם. Quod enim inferunt, vocem (populi) subintelligendam in verbo לְהָשִׁיב id plane nihil est. Nam 1. verbum שׁוּב præsertim in Piel & Hiphil non modo reductionem; verum & restitutionem vel reparationem notat. Gen. 20. v. 7. הָשֵׁב *restitue vxorem illius viri*, cap. 24. v. 28. הוּשַׁב *redditum vel restitutum est argentum meum.* 2. Regum 14. v. 22. *Azaria ædificauit Elath,* וַיְשִׁבֶהָ *& restituit eam Iuda.* v. 25. הוּא הֵשִׁיב *hic restituit vel recuperauit terminum Israelis* ψ. 35. v. 17. הָשִׁיבָה נַפְשִׁי *restitue animam meam.* LXX. ἀποκατάστησον τὴν ψυχήν μου *animam meam in pristinum quasi locum restitue, vel in rudera quasi collapsam, erige.* 2. Verbum שׁוּב quando cum alio verbo immediate construitur, tunc plerunque aduerbiascit, & Latinis idem est quod rursus, iterum, denuo. Et ita Hebræi præpositionem ἀνὰ commodius reddere non possunt, quam per verbum שׁוּב, immediate alteri verbo additum. Et in tali positu verbum שׁוּב in præsente Danielis loco repetitur: nam immediate construitur cum verbo בָּנָה. Vnde colligimus, ו copulam Infinitiuo לִבְנוֹת in hoc loco præfixam vtrumque Infinitiuum referre ad eundem casum proxime sequentem, id est, Hierusalem. Hinc לִבְנוֹת לְהָשִׁיב Græcis est ἀνακαινίζειν ἀνοικοδομεῖν, Latinis, *iterum ædificare.* Et ita vulgatus interpres: *Scito & intelligito ab exitu verbi, vt iterum ædificetur Hierusalem.* Ita quoque Lutherus noster in Germ. Das Jerusalem soll wieder gebawet werden. Et ita Tertullianus: *de integrando & readificando Hierusalem.* Et quid multis? ipse angelus Gabriel interpretem agit suorum verborum, quando in fine versus 25. Daniel. 9. ait. תָּשׁוּב וְנִבְנְתָה *reuertetur vel restituetur & ædificabitur platea,* id est *iterum vel rursus platea ædificabitur.* LXX. ἐπιστρέψει καὶ οἰκοδομηθήσεται, id est, πάλιν οἰκοδομηθήσεται, vt glossa illius loci in Græco bene obseruauit. Et Vetus Testamentum alias plenum est testimoniorum, in quibus verbum שׁוּב cum alio verbo immediate iunctum in aduerbium degenerat. Iosua 5. v 2. שׁוּב מֹל *redi, circumcide,* id est, *iterum circumcide filios Israel.* Lutherus. Beschneide wieder die Kinder Israel. Iob. 7. v. 8. לֹא תָשׁוּב עֵינִי לִרְאוֹת טוֹב *Non reuertetur oculus meus ad videndum bonum,* id est, *iterum non visurus est bonum.* Lutherus: es wird nicht wieder sehen das gute. ψ. 85. v. 7. הֲלֹא אַתָּה תָּשׁוּב תְּחַיֵּנוּ *Nonne tu reuerteris, viuificabis nos,* i. e. *nonne tu iterum viuificabis nos?* Lutherus: wilt du

vns denn nicht wider erquicken. Ezech. 8. v. 13. עוֹד תָּשׁוּב תִּרְאֶה תּוֹעֵבוֹת גְּדֹלוֹת *adhuc reuerteris, videbis abominationes maiores*, id est, amplius, vel iterum adhuc videbis. Lutherus: du solt noch mehr grösser Grewel sehen die sie thun. Zachar. 8. v. 15. שַׁבְתִּי זָמַמְתִּי *reuersus cogito*, id est, *iterum cogito bono afficere Hierusalem*. Lutherus: ich gedenck nun widerumb in diesen tagen gutes zu thun Jerusalem. Cõcludimus ergo, verbum הָשִׁיב in præsente Danielis loco nõ populum Israeliticum ex captiuitate reducem, sed Hierosolymam ciuitatem cum sequẽte verbo בְּנָה respicere. Qui autem pugnant, prius verbum hoc in loco per quandam Ellipsin ad populum referendum, hi exempla scripturę proferant, in quibus verbum שׁוּב alteri verbo immediate connexum, aliud, quod in textu non habetur, per quandam parenthesin respiciat.

His ita ventilatis, ad septem Parei rationes supra propositas, ordine & breuiter respondemus.

Resp. ad primam, Angelum citra vllam determinationem initium hebdomadum figere in egressu verbi plane singulari & prophetico, quique cum annuis Iudæorum hebdomadibus vel annis Sabbathicis ratione temporis correspondeat, vt capite 6. firmatum est. Cyri mandatum licet egressus verbi nominari possit: eidem tamen non fuit coniunctus propheticus egressus, & talis, qui ad annos Sabbatharios applicari possit. Eius enim egressus de ædificanda domo Domini factus est anno tertio annuæ hebdomadis, 38. à celebrato Iobeleo, vt id Chronologica αὐτοψία monstrat.

Resp. ad secundam, eam ratione prioris membri plane falsam esse. Nam reductionis populi in hebdomadibus Danielis nullam fieri mentionem in argumenti solutione ex Grammatica demonstratum est.

Resp. ad tertiam, Pareum intellectum visionis per se, & τὸ [illegible] eiusdem visionis confundere. Verum visionis intellectum habuit Daniel, qui fuit Hierosolymam iterum exædificandam, & Messiam exhibendum: Inde firmam haurire potuit consolationem, & oraculum finem suum apud Danielem est consecutum.

Sed obiicit Pareus: *Intellectum visionis per se non sufficere ad cõsolandum Danielem, sed requiri exactam quoque notitiam initii hebdomadum, alias Danielem in visione hæsisse.*

Resp. in visione aliqua duo esse consideranda: prius, visionis manifestationem: posterius, eius impletionem. Quoad prius, intellexit Daniel ipsam visionem cum omnibus temporum circumstantiis, & exinde veram hausit consolationem. Quoad posterius, non semper necesse est, vt visionis impletio, ratione omnium circumstantiarum Prophetis præcise manifestetur, cuius rei in Daniele exemplum habemus, cui in 8. capite visio proponitur, quam quidem intellexit ratione visionis per se, quanquam ratione impletionis & præcisi temporis ei quodammodo obscura erat: ideo versu vltimo capite octauo ipse fatetur, se visionem illam (ratione omnium circumstantiarum) exacte non intellexisse. Idem habet capite duodecimo versiculo octauo. Et ita in hisce hebdomadibus rem ipsam cognouit Daniel, licet rei accidens eum latuerit, de quo tamen adhuc dubitatur.

Resp. ad quartam, eandem fieri confusionem cum ea, quæ in priore ratione facta est. Per hebdomadas Danielis confirmata est Ecclesia Dei in Babylonica captiuitate de Messiæ aduẽtu à temporis etiam circumstantia, ratione φανερώσεως ipsius visionis. Quod autem in visionis impletione quæ-

quædam ignorantia interuenerit, id ex accidente est. Et sane nullum dubium esse debet, vix centesimum in Iudaica tum temporis Ecclesia verum initium harum hebdomadum ratione executionis intellexisse. Quid enim causæ, quod tam altum in Esra & Nehemia de hebdomadibus Danielis silentium? Ignorantia veri initii hebdomadum apud magnos etiam viros, qui tum vixerunt.

Resp. ad quintam. In hac ratione limitanda sunt Parei verba: Quam curam DEVS habuit Chronologiæ sacræ ab exordio mundi ad Babylonicam captiuitatem, eandem quoque ad Christum vsque continuandam. Eandem quidem curam DEVS habuit, sed non eodem modo susceptam. Ratio diuersitatis manifesta est. DEI namque scopus erat, hominibus tempora ab initio mundi manifestare: ea cum ratione principii in gentilitate fuerint ἄδηλα, hoc officii demandauit viris Ecclesiasticis, qui id initium nobis manifestarent. Sequentibus vero temporibus circa labentem Rempublicam Iudaicam cum gentiles studium hoc texendorum temporum susciperent, DEVS ab exteris historiæ sacræ continuationem repetere debere Ecclesiam voluit, præsertim in Babylonia, vbi certissimam epocham, Nabonazaræam scilicet, habebat, cum qua annos à mundo optime connectere potuit. Et ne hoc absque ratione asserere videamur, quærimus ex Pareo, quid causæ sit, quod Spiritus sanctus post Babylonicam captiuitatem eo modo in Chronologica continuatione non sit progressus, quo ante fecerat, stante adhuc Iudæorum Republica. Ibi namque simpliciter res gestas ad annos vitæ vel regnorum Regum, & hominum in Ecclesia viuentium alligauit, interdum magni numeri beneficio magnum temporis interuallum determinauit: si quando exteri Regis v. g. Nebucadnezaris mentionem facit, eum connectit cum annis Regum Iuda. Verum post captiuitatem res Ecclesiæ simpliciter ad annos exterorum Regum, vel profanarum ærarum absque mutua connexione sunt alligatæ. Quod si Spiritus sanctus ex professo Chronologiam à mundo ad σαρκώσεως τῦ λόγυ non nisi ex Sacris petendam voluisset, facili labore annum verbi gratia secundum & quartum Darii apud Haggæum & Zachariam Prophetas; septimum, vicesimum, tricesimum secundum Artataxerxis apud Esram capite septimo, versiculo septimo, & Nehemiam capite secundo, versiculo primo, capite quinto, versiculo decimo quarto, capite decimo tertio, versiculo sexto, tertium, septimum, duodecimum Ahasueri in libro Esther capite primo, versiculo secundo, capite secundo versiculo decimo sexto, capite tertio versiculo septimo, tempora Alexandri Magni, Ptolemęi, Antiochi, annos item Græcorum in libris Maccabæorum colligasset, vel cum vrbis πανολεθρία, vel cum reditu Iudæorum ex captiuitate. Id cum non fecerit, eo ipso voluit, vt ope exoticæ historiæ anni à captiuitate ad natum Seruatorem continuarentur, & hac occasione gentilibus Ecclesiæ arcana manifestarentur. Spiritus ergo sanctus ab omni inuidentiæ & negligentiæ crimine liber est. Is enim inuidus est, qui rem quampiam nullo modo retegit: is negligens, qui nullo modo curam alicuius rei suscipit. Spiritus sanctus fecit vtrunque. Excitauit gentiles in hoc studio: Iudæi cum in gentilitatem tempore Nebucadnezaris abducerentur, prophanam epocham rum habuerunt, Nabonazaræam scilicet, ad quam non modo anni Nebucadnezaris alligati fuerunt, verum & res Ecclesiæ cum hac epocha postea colligatæ. Quod enim vetus Ecclesia exteros annos cum sanctæ vrbis exterminio connexuit, id ex accuratis supputationibus Berosi, Era-

si, Eratosthenis, & aliorum historicorum desumpsit, præsertim ex Beroso, qui Iosepho reste lib. 1. in App. excidii vibis meminit.

Verum obiicit Pareus: Exinde sequi sacram Chronologiam imperfectam esse. Verum Resp. 1. à mundo ad Babylonicam captiuitatem est perfectissima. 2. etiam ad incarnationem filii DEI perfecta est, ratione sui, sed non ratione nostri, idque non solitarie, sed cum mutuo exterarum epocharum auxilio, per quas, quia Spiritui sancto post captiuitatem res Ecclesiæ definire placuit, nobis id non displicear, nisi cum Spiritu sancto ob facti rationes expostulare velle videamur. Sed instat Pareus: *Hac ratione fidem Ecclesiæ circa oracula, quæ temporum momentis maxime nituntur, labefactari.*

Verum dicimus, consequentiæ rationem plane obscuram esse. Coniicimus enim, Pareum id velle: Ecclesiæ res labefactari, si eius certitudo ab exorica aliqua epocha, vel alicuius externi Regis regimine confirmetur. Si id intendit, contendat iterum cum Spiritu sancto, cur ipse in maiorem rei fidem res Ecclesiæ ad exteros annos, & non potius ad Ecclesiasticos alligarit. Expostulet cum Luca Euangelista, cur ætatem Christi ad annos Augusti & annos Tiberii Romanorum Impp. connectere, & inde Sacræ historiæ fidem conciliare voluerit?

Tandem subnectit Pareus: *Hac via lumen prophanis historiis vulgo concessum sacræ historia derogari.* Verum hæc Parei verba limitanda sunt. Sacra historia per se lumen habet temporis à mundo ad captiuitatem: verum à laxata captiuitate suum temporis lumen beneficio profanæ historiæ illustrare quoque voluit. Si enim Sacra historia post Babylonicam captiuitatem proprium lumen Chronologicum absque adminiculo exoticæ historiæ habet, quid causæ, quod Spiritus sanctus res Ecclesiæ ad exteras epochas solitarie alligauit, & inde Chronologiæ lumen mutuauit?

Resp. ad sextam, nos prius membrum concedere, posterius negare. Concedimus in hac opinionum, de vtroque termino hebdomadum Danielis varietate, vnam tantum sententiam veram esse: (veritas enim semper vna est) interea tamen negamus, illam sententiam, quæ hebdomadas Danielis nec in Cyri edicto inchoat, nec in Dominica passione finit, ab Angelici oraculi tum verbis, tum scopo varie exorbitare, variasque secum difficultates non apparenter tantum, sed vere trahere, id quod in capite 6. huius tituli probatum.

Resp. ad septimam, negando consequentiam, quam Beroaldistæ nobis dilucidiorem proponant. Negamus & hoc, dum à primo Cyri anno terminum à quo septuaginta hebdomadum Danielis mouemus, & hiatum facimus, nos per incerta spacia saltare, & certam Chronologiæ seriem perturbare. Hæc enim series, hic hiatus, hic saltus non ex coeco animi impetu, & rudi annorum alligatione, sed ex cœlesti motu, & Chronologicorũ characterum ἀσφαλεία æstimandus est.

Tandem concludit Pareus (in suis aduersus Caluisium cauillis p. 83.) hoc argumentum, ratiociniorum Beroaldieorum ferax, hac obiectiuncula. *Angelus iubet Danielem obseruare edictum de ædificanda Hierosolyma. Ergo necesse est, id edictum promulgatum Daniele adhuc viuente, alias frustra iuberet eum, obseruare edictum, cuius promulgationem in vita sua auditurus erat nunquam. Sin hoc: Ergo initiũ illius edicti nullo modo ad secundũ Darii Nothi annũ protrahendum est, cũ Daniel, quantũ colligitur, adhuc Cyri tẽpore mortuus sit.* Verũ ad hanc obiectionem

Respondemus 1. Angelum oraculi manifestationem, non executionem respicere. Sic enim habent verba: *Scito & intelligito: ab egressu verbi de iterum ædificanda Hierosolyma vsque ad Christum antecessorem sunt tot & tot septimanæ.*

2. Vocem (obseruandi) angelus non habet, sed intelligendi & cognoscendi (בִּין & שָׂכַל.) Voluit autem Pareus vocem obseruandi assumere, & eius ὁμωνυμίαν nobis, si potuisset, imponere.

3. Non ait angelus: *Obserua egressum verbi,* sed: *intelligito, ab egressu verbi tot & tot fere septimanas.*

4. Non omne id, cuius rem gestam Prophetæ iubentur obseruare, viuentibus Prophetis accidit. Ita inquit Angelus ad Danielem cap. 8. vers. 17. 19. הָבֵן *Animaduerte fili hominis, ecce ego notum facturus sum tibi, id quod futurum est vsq. ad extremitatem istius indignationis.* Facit autem Angelus Danieli notum, pugnam Darii Codomanni cum Alexandro Magno, Antiochi item Epiphanis tyrannidem, ad quæ tamen tempora Daniel non peruenit. Nihil ergo absurdi, si dicamus, initium egressus verbi de iterum ædificanda Hierosolyma post Danielis demum mortem factum esse.

CAPVT X.

Soluitur secundum Beroaldistarum argumentum.

ARgumentum illud *incommoda,* & *absurditates* habet, vt in 2. cap. huius tituli videre est.

Ad incommoda iam præcedente capite responsum est. Edocet Angelus Danielem, Hierosymam iterum ædificandam.

Ergo populi liberationem præsupponit. Addit & hoc: Messiam venturum: annon in hisce satis solatii pro Daniele? Subnectit & aliud: nisi populus resipuerit, ciuitatem iterum desolandam: annon satis Angelus Danielem hac reuelatione intelligentem reddidit? Quod vero Pareus obiicit, id non satis esse, verum ad hanc consolationem & intelligentiam requiri quoq; exactam noticiam initii hebdomadum, alias Prophetam in visione hæsisse? id in capite præced. in tertiæ rationis resolutione profligatum est, simul & id, in quarta ratione resolutum, probatione indigere, Angelo inter alia & hoc fuisse propositum, per hasce hebdomadas sacram Chronologiam à laxatione captiuitatis ad Dominicam passionem continuare.

Absurditatem, quam ex longæuitate Zerubabelis Ducis, & Iehosuæ Pontificis, Beroaldistæ sumunt, dicimus eam ita comparatam esse, vt absurdum fingatur in eo, vbi nihil absurdi est. Estne hoc absurdum, hominem 140. vel 150. annos viuere? Argumentum hoc procedit à βραχυβίᾳ Germanorum, ad reliquorum populorum. Imprimis autem hoc in Pareo dignum reprehensione, quod ait: post Moysen vix quempiam 120. annos vixisse. Falsum hoc 1. ex sacra 2. & exotica historia, eaque tum remota, tum nostri seculi.

Ex sacra. Pinehas natus in Ægypto ante exodum Exod. 6. v. 25. vltimo anno errationis in deserto adultæ ætatis vir fuit Num. 25. v. 7. 8. Hic Pinehas viuit adhuc temporib. Iudicũ. Iudic. 20. v. 28. quæ historia ibidẽ cõscripta, ad minimum 100. annis post aduentum Israelitarum in terram Canaan gesta est, & ita vltra 140. annos Pinehas vixit. Ioiada Pontifex temporibus Ioas, Regis Iuda vixit 130. an. 2. Chro. 24. v. 15. Ita auditores Prophetiarũ Michæ homines fuerunt 120. annorum, vti id c. 4. huius tituli attactum est. Ita

 de Si-

de Simeone, fratre Domini, filio Cleophæ, Episcopo Hierosolymitano refert historia Ecclesiastica, eum anno 120. ætatis suæ à Traiano Imperatore in crucem actum esse.

2. Idem prophana historia testatur, multos hominum post Moysen 120. annos & vltra vixisse. Videamus historiam prophanam remotam. Herodotus testis est lib. 1. circa ea tempora, quibus Cyrus Croesum vicit, Arganthonium Regem Tartessiorum 120. annos vixisse. Idem lib. 3. de Æthiopibus scripsit, quod pleriq; ad 120. ætatis annum perueniant, ideo Æthiopes μακροβίους nominat. In Tmoli montis cacumine homines 150. annos vixerunt. vide Plinium lib. 7. natur. historiæ c. 48. Huc pertinet Iohannes de Stampes, Caroli Magni armiger, qui ob longæuitatem Iohannes de Temporibus nominatus est. Vixit enim vltra 300. annos, si Historicis credimus. Quanquam Æmilius lib. 5. existimet, eum Caroli nepotis, Simplicis, armigerum fuisse, & ita vixisset annos quasi 160. Sumamus nostrum seculum, inueniemus homines vbiuis locorum 110. 120. 130. 150. vel 160. annorum. Regulus ad Iauan maiorem pugnans periit annos natus 150 alius ante ipsum obiit maior 160. annis: alius in Galliis vixit 140. annos. Buchananus in fine lib. 1. rerum Scoticarum testis est, quendam Laurentium, Scotũ natione, post 100. annum vxorem duxisse, centesimo quadragesimo anno ætatis sæuissimo mari in sua nauicula piscatum prodiisse, tandem nulla vi grauioris morbi labefactatum, sed senio solutum, decessisse. In montibus Marocci, Fessæ & tractibus montis Atlantis hodie crebrius est homines 120 annorum videre, quam mulierem gemellos parere. Ludouicus Wartomannus in Arabia multos se vidisse dicit 125. annorum lib. 2. cap. 8 In insula Hispaniola homines indigenæ 120. annos vt plurimum excedunt. Videatur Scaliger in Chronologicis contra Pareum elenchis. Ante paucos annos non procul à Witeberga *Christophorus à Mochavv*, Nobilis, Germanus 110. annos exegit, qui tamen florem iuuentutis, sed & maturæ ætatis bello attriuerat, & tertia vice à Turcis captus erat.

Absurditas ergo de longæuitate Zerubabelis & Iehosuæ nulla est. Exempla hæc quidem rara sunt, sed tamen ita comparata, vt miraculum non excedant. Quid enim mirum est, aliquot annis extra ordinem cumulati spiritum vitæ nonnullorum hominum, quorum opera ac ministerio Deus ad defensionem sui populi vti voluit. Magis sane mirum est, hominem 12. vel 13. annos natum generare, quam 140. vel 150. annos viuere, & tamen illud factum est, id quod sacra & prophana historia testatur. Achas Rex Israelis incepit regnare anno 20. ætatis suæ, regnauit annos 16. 2. Reg. 16. ỹ. 2. 2. Chron. 28. ỹ. 1 Fuit ergo 36. annorum cum moreretur. Ezechias eius filius 25. annorum fuit, cum parenti in regno succederet 2. Reg. 18. 2. 2. Chron. 29. ỹ. 1. Ergo Ezechias anno 11. parentis sui generatus. Simile exemplum in libro præcedente, secundo titulo, vltimo illius tituli capite produximus ex historia Iudæ & nepotum, qui anno quasi 13. ætatis generarunt. His similia exempla occurrunt in scriptura. Inter Beniaminis generationem, & Iacobi descensum in Ægyptum anni quasi 24. elapsi, quo tempore Beniamin parens 10. liberorum fuit. Gen. 46. ỹ. 21. Ammon Rex Iuda vixit annos 24 2. Reg. 21. v. 19. 2. Chron. 33. v. 21. reliquit filium Iosiam 8. annos natum 2. Reg. 22. v. 1. 2. Chron. 34. v. 1. Ergo Ammon anno suæ ætatis 15. genuit. Iosias expleuit annos vitæ 39. 2. Reg. 22. v. 1. Chron. 34. v. 1. successorem habuit in imperio filium Ioachazum annorum 23. 2. Reg. 23. v. 31. 2. Chron. 36. v. 2. Ergo Iosias anno 16. genuit. Imo Ioachazo post tres menses

vincto,

vincto, & in Ægyptum abducto successit frater Ioiakim natus annos 25. 2. Reg. 23. v. 36. 2. Chron. 36. v. 5. Ergo Iosias anno 13. ætatis maritus fuit. Simile quid nostro seculo factum narrat Illustris Scaliger in ciuitate Lactoratensi Nouempopulaniæ, vbi puer minor annis 12. genuit ex puella, consobrina sua, quæ nondum decem annos expleuerat. Testatur idem, se rem notam narrare, cuius memoria adhuc sit in Aquitanis.

Concludimus ergo nihil absurdi esse, hominem 140. vel 150. imo & vltra viuere, præsertim in temperante vita, & clementeaere: & consequenter Beroaldistarum absurditatem ex longæuitate Zerubabelis, Ducis Israelis post captiuitatem, & Iehosuæ summi Pontificis plane nullam esse, & interuallum à laxata per Cyrum captiuitate ad secundum & sextum Darii annum minime omnium spacio 46. & 49. annorum includendum, quod Beroaldistæ faciunt.

CAPUT XI.

Soluitur tertium Beroaldistarum argumentum supra capite secundo productum.

TErtium hoc argumentum, ab inconstantia Historicorum in interuallo regni Persici definiendo, & Regibus Persicis enumerandis, desumebatur.

Ad quod argumentum dicimus, profanum calculum in interuallo huius Monarchiæ optime sibi constare.

Primo Ratione totius interualli. Consentiunt enim omnes Historici, Cyrum anno primo Olympiadis 55. Astyagen vicisse, ita vt nullus plane sit bonæ fidei ex antiquitate scriptor, qui diuersum senserit. Quod enim Beroaldus lib. 3. cap. 6. opinatur, quosdam veterum initium regni Cyri in Olympiaden 50. coniecisse, id ita comparatum est, vt probatione indigeat. Conueniunt & in eo, Darium Codomannum vltimum Persarum Regem in autumno ab Alexandro Magno victum anno 2. Olympiadis 112. De hoc fine Persicæ Monarchiæ nullo modo dubitari potest, quia charactere notatus est, defectione Lunati, vndecim diebus ante pugnam ad Arbela circa initium Mysteriorum, 20. die Boedromionis, teste Plutarcho in Camillo & Phocione. Eclipsis hæc facta est hora noctis secunda, inquit Plin. lib. 2. c. 20. id est, circa octauam vespertinam, nocte à vespera inchoata, id quod partim calculus Astronomicus probat, qui hoc Lunæ deliquium 20. Septemb. hora 8. vespertina factum demonstrat; partim seqq. Plinii verba, in quibus Eclipsis solaris meminit, factæ pridie Calendas Maias, Vipsanio & Fonteio Coss. hora diei inter 7. & 8. quæ Eclipsis facta est 30. Aprilis inter horam 1. & 2. pomeridianam.

Deinde. Profanus calculus in duratione Persicæ Monarchiæ certus quoque est & indubius *ratione particularium quorundam interuallorum*, vtpote septimi anni Cambysis; vicesimi & tricesimi primi, Darii Hystaspis; vltimi, Artaxerxis Longimani; vltimi, Darii Nothi, vt & Codomanni, quæ specialia interualla beneficio characterum, optimorum Chronologiæ manuductorum, firmata sunt, & ex quibus historiæ veritas merito examinatur, imo & corrigitur. Septimus enim Cambysis habet Eclipsin Lunæ, à Ptolemæo notatam lib. 5. cap. 14. μεγ. συντ. factam die 17. Phamenoth, scil. 16. Iulii, anni Nabonazaræi 225. qui conuenit cum anno primo Olympiadis

piadis 64. seu Olympiadico 253. iamiam finiendo. Subtractis 216. a[illegible] qui præterierant antequam Cyrus regnare inciperet à 253. remanent 37. anni à primo Cyri ad septimum Cambysis. Atqui Cyrus per 29. solidos annos regnauit secundum Herodotum libr. 1. vel vt alii 30. Videt quilibet, veteres Historicos non sine ratione primum Cyri, in annum primum Olympiadis 55. in Nabonazaræum 189. coniecisse. Vicesimus Darii Hystaspis itidem charactere notatus est Eclipsi Lunari, facta 28. die Epiphi, siue 19. Nouembris anno Nabonazaræo 246. teste Ptolemæo libro quarto, capite nono. Si 246. Nabonazaræus est 20. Darii Hystaspis: ergo huius primus est 227. Nabonazaræus. Vltimus ergo Cambysis, qui ante Darium regnauit, est 226. Nabonazaræus. Atqui 225. Nabonazaræus fuit septimus Cambysis, vnde ex Ptolemæi obseruatione, & characterum manuductione, elicimus, Cambysen per 8. annos regnasse. Accedit Herodotus, qui lib. 3. Cambysi annos regni tribuit septem, cum quinque mensibus septem menses Magis, antequam Darius Hystaspis Rex per artem eligeretur. Hic iterum videmus suauissimam Herodoti & Ptolemæi harmoniam. Idem firmare possemus alia Eclipsi, facta anno 31. Darii Hystaspis: verum hæ duæ ex Ptolemæo sufficiant. Vltimus Artaxerxis Longimani annus itidem habet certissimum indicem, annum septimum belli Peloponnesiaci, infallibili charactere, partiali scilicet defectu solis, ineunte Vere facto, notatum. Qua de re supra cap. 5. huius tituli. Annus hic septimus belli est 4. Olympiadis 88. seu Olympiadicus 352. conueniens cum Nabonazaræo 324. Ergo ab vltimo anno Artaxerxis Longimani ad 20. Darii Hystaspis elapsi fuerunt anni 77. absoluti: Quod interuallum characteres cœlestes requirunt, cum quibus Græca historia conferenda est. Darius regnauit 36. annos, teste Herodoto lib. 3. & 7. moritur anno sexto post cladem Marathoniam: ab hac clade ad traiectum Xerxis in Græciam anni 10. sunt, vt refert Thucydides lib. 1. Traiectus Xerxis factus anno primo Olympiadis 75. vt id supra cap. 5. ex vnanimi Historicorum consensu demonstratum est. Ergo Marathonia clades facta est anno tertio Olympiadis 72. seu Iphiteo 287. qui cum 257. Nabonazaræo conuenit, qu annus, 31. est Darii Hystaspis apud Ptolem. lib. 4. c. 9.

Exinde suauissimam iterum harmoniam Herodoti cum Ptolemæo obseruamus, Darium per annos 36. regnasse. Xerxes mortuus est anno 4. Olympiadis 79. sc. Olympiadico 312. teste Diodoro lib. 11. Ergo regnauit annos 21. quot Diodorus ibidem loci eidem tribuit, dicens, eum regnasse ἔτη πλείω τῶν εἴκοσι. Diodorum sequuntur Authores innumeri. Artaxerxes moritur anno 4. Olympiadis 88. vt supra monstratum est. Ergo 40. solidos annos post Xerxen regnauit, quot Diodorus ei tribuit lib. 11. & 12. Addantur iam 40. ad 16. & 21. fient anni 77. quod interuallum ab anno 20. Darii Hystaspis ad vltimum Artaxerxis Longimani cœlestes obseruationes requirebant. Ex quo videmus, Græcos Persarum historiam Germana plane fide ad hæc vsq; tempora conscripsisse.

Idem esto iudicium de reliqua huius Monachiæ parte. Artaxerxes Longimanus mortuus anno 352. Olympiadico. Darius vltimus ab Alexandro Magno victus anno secundo Olympiadis 112. siue Iphiteo 446. Ergo à morte Longimani ad deuictum Darium ex characterum postulato anni 95. Videamus, num Græca historia cum hoc interuallo conueniat.

Post Artaxerxen Longimanum Xerxes quidam regnauit vno anno,

vel

vel (vt alii scribunt,) duos menses, vt Diodorus refert lib. 12. Ctesias huic Xerxi tantum 45. dies assignat, quem Eusebius in Chronico sequitur, qui ei duos menses tribuit. Hæc dissensio, quia pauci temporis, per characterem facile corrigitur. Xerxen hunc sequitur Sogdianus, cui menses septem in regno tribuunt Diodorus lib. 12. Ctesias, & Eusebius. Sogdianum sequitur Darius Nothus, qui moritur anno vltimo belli Peloponnesiaci, siue anno 4 Olympiadis 93. vt Iustinus habet lib. 5. & Diodorus lib. 13. Ergo per 19. annos regnauit, quot ei quoque concedit Diodorus libb. prænominatis cum Eusebio. Vnde a morte Artaxerxis Longimani ad mortem Darii Nothi anni 20. ex Græca historia eruuntur. Artaxerxes Memor, qui Darium Nothum secutus est, moritur anno 3. Olympiadis 104. siue Olympiadico 415. Diodoro teste lib. 15. Ergo regnauit per annos 43. vti ipse Diodorus ibidem loci expresse fatetur: licet Eusebius ei tantum 40. concedat, tres, quos huic adimit, annos Ocho addens. Addantur iam 43. ad 20. & emergent 63. anni. Artaxerxi Memori succedit Darius, vel Artaxerxes Ochus, qui regnauit 23. annos, vt Diodorus habet lib. 15. Eusebius ei 26. tribuit. Hos 23. annos ad 63. addamus, & emerget interuallum 86. annorum. Ochum sequitur Arsames vel Arses, cui Clemens lib. 1. strom. tribuit annos 3. solidos. Eusebius 4. Hunc secutus est Darius Codomannus, qui cœpit eodem anno, quo Philippus Macedonum Rex interfectus est, quanquam πρὸ τῆς Φιλίππου τελευτῆς, teste Diodoro lib. 17. Interfectus autem est Philippus anno primo Olympiadis 111. regnante Athenis Pythodoro, vt Diodorus refert in fine lib. 16. & Arianus de rebus gestis Alexandri Magni. Darius autem Codomannus ab Alexandro victus est anno 2. Olympiadis 112. Archonte Athenis Aristophane. Vnde colligimus, Darium vltimum annos 5. absolutos cum aliquot mensibus regnasse. Hos annos à morte Artaxerxis Longimani ad victum Darium vltimum simul si colligamus, inueniemus 95. annos, quot characteres exigebant.

Ex hac suaui harmonia Chronologicorum characterum cum historia, animus in veritate Monarchiæ Persicæ mirifice confirmatur.

Tertio. Si quæ dissensio est inter priscos Authores in Persica Monarchia ratione vel totius, vel particularium quorundam interuallorum, ea oritur I. aut ex numerorum deprauatione. II. aut ex lapsu Authorum, aliud, cum scriberent, agentium. III. aut ex ignoratione modi numerationis annorum, respectu nostri. IV. vel ex omissione Regum, tum illegitimorum, tum breui tantum tempore Monarchatum tenentium. V. vel ex diuerso initio & fine Persicæ Monarchiæ, & Persicorum Regum. VI. vel denique ex Beroaldistarum inuidia & negligentia.

I. *Ex numerorum deprauatione.* Clemens dicit lib. 1. Strom. Cambysen regnasse annos δέκα ἐννέα pro Καμβύσης δ' ἐννέα.

Ita Ctesias dicit, Cambysen regnasse annos δέκα ὀκτώ. Legendum tantum ὀκτώ. Nullum enim dubium in Ctesiam apiculam Ioth, denarium notantem, incuria librariorum irrepsisse. Idem Ctesias Dario Hystaspis tantum 31. annos tribuit: locus procul dubio corruptus ex facili literarum mutatione τριάκοντα ἓν pro ἓξ. Clemens Dario Hystaspis tribuit annos τετταράκοντα ἕξ, pro quo legendum τριάκοντα ἕξ: qualem lapsum supra in loco Actorum 13. ỷ. 20. obseruauimus. Idem ait: Xerxen regnasse annos εἰκοσι ἕξ:

quis

quis non videt legendum εἴκοσι καὶ ἕν? Dario Notho idem Author tribuit anno ὀκτὼ legendum δέκα ὀκτὼ, error ex omissione τοῦ I orttus. Idem Clemens ait: Ὦχος ἢ Ἄρσης τρία, quasi idem sit Ochus cum Arse, cum tamen diuisim legendum sit Ὦχος κγ. Ἄρσης τρία.

II. *Ex lapsu Authorum, aliud, cum scriberent, agentium.* Legerat Iosephus in Græca historia, Cambysen anno sexto imperii Ægyptum obtinuisse: hinc in illam opinionem descendit, eum sex tantum annos in regno vixisse. Sic enim habet Iosephus lib. 11. antiq. cap. 3. Καμβύσης ἓξ ἔτη βασιλεύσας καὶ καταστρεψάμενος ἐν τούτοις Αἴγυπτον ὑποστρέψας ἐτελεύτησεν ἐν Δαμάσκῳ, cum potius debuisset dicere: *postquam regnasset octo annos, atque horum sexto Aegyptum subegisset, mortuus est.* Ita Sulpitius Seuerus legerat in Plutarcho, Artaxerxen Memora 62. annos regnasse, quos assumens à primo Cyri anno ad vltimum Darii vltimi colligit 250. annos. Verum sui mox oblitus, ibidem loci numerum corrigit, & Memori nonnisi 42. tribuit. Ait enim, historiam Iudith gestam sub Ocho, anno imperii eius 12. ab eo tempore ad restitutionem Hierosolymæ retrogrediendo numerat 22 annos: Atqui Hierosolyma restituta est anno 32. Artaxerxis Memoris Nehem. 5. vers. 14. cap. 13. vers. 6. Ergo Sulpitius à 32. Artaxerxis ad 12. Ochi, annos tantum 22 numerans, Artaxerxi 42. annos imperii tribuit ex rei veritate, & ita interuallum regni anorum 230. facit. Quanquam nullum dubium, vtrumque numerum in Sulpitio vitiatum, & pro sexaginta duos, legendum 42. pro 250. 230.

III. *Ex ignoratione modi numerationis annorum, nostri ratione.* Alii namque Historici annos sumunt completos; alii incompletum annum: alii annos ab aliqua Epocha inchoantes, annos vtriusque termini incompletos annumerant; alii excludunt. Ita Cyrus secundum Herodotum regnauit 29. annos; secundum alios 30. secundum Sulpitium 31. Quis nostrum nouit modum Sulpitianæ numerationis? Si Cyrus incepit anno primo Olympiadis 55. finiente circa Ver, & mortuus est in Autumno, tum potest dici eum regnasse annos 31. si scilicet annos Cyri cum Olympiadicis conferamus, & vtrumque terminum diuisim annis 29. absolutis connumeremus. Ita Herodotus Cambysi tribuit annos 7. menses 5. Eusebius annos 8. Clemens cum Sulpitio 9. Hoc quicquid est apparentis ἀναλογίας hoc medio saluatur. Pari modo Eusebius Artaxerxi Longimano ascribit annos quadraginta, Clemens cum Sulpitio 41. Ctesias 42. absque dissensione. Ita Artaxerxi Memori Clemens tribuit 42. annos; Diodorus 43. absq; contradictione. Arsami Diodorus concedit annos 4. Eusebius 4. absq; pugna.

IV. *Ex omissione Regum vel illegitimorum, vel breui tantum tempore Monarchatum tenentium.* Eusebius, Ctesiam bonam partem secutus, quatuordecim Persicos Reges numerat: Cyrum, Cambysen, Smerdin (secundum Herodotum) vel Sphendadatum (secundum Ctesiam) Darium Hystaspis, Xerxen, Artabanum, Artaxerxen Longimanum, Xerxen secundum, Sogdianum vel Secundianum, Darium Nothum, Artaxerxen Mnemona vel Memora, Ochum, Arsamem vel Arsen, Darium Codomannum. Horum quatuor (Smerdis, Artabanus, Xerxes secundus cũ Sogdiano) breui temporis spacio regnarunt, hinc adeo fit, vt vnus vel alter horum Regum sæpe omittatur. Ita Sulpitius 13. tantum Reges numerat, Artabanum omittens. Alii 12. nonnulli 11. plurimi 10. quatuor illos breuis temporis Reges omittentes. Quo denario numero minor vix dandus est. Si

vero

vero nonnulli scriptorum pauciores numerant, non tamen mox sequitur, tot tantum fuisse. Ita Daniel cap. 12. vers. 2. & sequente quatuor tantum Reges Persici regni suo consilio numerat, cum Esra plures habeat.

V. *Ex diverso initio & fine Persicæ Monarchiæ, & Persicorum Regum.* Sulpitius ait, se in multis exemplaribus vidisse Xerxi tributos 25. annos Imperii. Ea Xerxis Imperium ab eo tempore inchoarunt, quo parens eius Darius Ægyptiacam expeditionem suscepit, filiumque interea, ex Persatum instituto, regno præfecit. Hæc expeditio anno quasi quarto ante mortem Darii suscepta, & ita Xerxes 21. & 25. annos regnare potuit: quatuor cum parente, reliquos solus. Plutarchus Artaxerxi Memori tribuit annos 62. alii 43. si non mendum est in Plutarcho, connumerauit annos regni parentis, qui per 19. annos regnauit. Parens enim huius Artaxerxis Darius Nothus eum mox à principio in consortium regni vocauit propter bella contra Secundianum, & alios proceres obeunda, id quod & Esra innuere videtur cap. 6. v. 14. Ctesias Dario Notho tribuit annos 35. alii 19. Necesse ergo est nos 16. annos imperio parentis sui includere, cum Astronomica veritas, & tempus Peloponnesiaci belli id à nobis exigant. Clemens Alexandrinus annos 235. regno Persico tribuit, inchoat hanc Monarchiam à victoria Cyri ab Astyage, finit non in victoria Alexandri, à Dario reportata, sed in morte Alexandri magni, & ita secundum veritatem. Videatur & Eusebius lib. 8. Euangel. demonstr. & Hippolytus apud Hieronymum suo in caput 9. Danielis commentario. Iulius Africanus, Hieronymus, Eusebius, multique alii hanc Monarchiam faciunt 230. annorum, eam inchoantes à victo Astyage ad deuictum Codomannum, & simul vtriusque termini annos quippe incompletos pro completis annumerantes, quos terminos alii omittunt, & 228. annos absolutos huic regno tribuunt. Funccius, Mercator, Buntingus huic Monarchiæ concedunt annos 208. 207. 206. initium sumentes à tempore captæ Babylonis per Cyrum, finientes in victo Dario vltimo. Tempus deuictæ per Cyrum Babylonis præcise non consignatum est ab Historicis, vt supra vidimus capite quarto, secundi tituli huius libri, ideo facilis hîc error est vnius vel alterius anni. Scaliger cum Caluisio huic regno assignant annos 200. hos inchoantes ab eo tempore, quo Cyrus Monarcha mundi factus est, & Iudæis captiuitatem laxauit, quod factum est aliquot annis demum post victam Babylonem, qua de re supra citato loco fusius.

VI. *Ex Beroaldistarum propria inuidia & negligentia*, quam produnt, dum

1. Authores legitimos cum illegitimis miscent.
2. Authores vitiose citant.
3. Græcæ historiæ lectionem negligunt.
4. Pueriles contradictiones ad inuidiam seculari historiæ conciliandam hinc inde conquirunt.

1. Immiscet Pareus historiæ Herodoti, Thucydidis, Xenophontis historiam Anniano-Merasthenicam, scoriam auro & argento. Annianum enim Merasthenem effictum, in fine huius tituli confirmabitur.

2. Pareus ait, Eusebium Xerxi tribuere annos 19. Imperii cum in Eusebio 20. habeantur. Idem Pareus affirmat, Funccium Xerxi 14. tantum annos in regno asscribere, cum ibidem 20. vt in Eusebio reperiantur. Præterea Scaligero affingit, eum 9. tantum Persicos Reges à Cyro ad Alexandrum numerare, cum Scaliger expresse scribat, ex sacris

tot tantum Persicos Reges numerari. Item Pareus ait: Ctesiam Artaxerxi Memori annos imperii 42. tribuere, verum hos nullibi in Ctesia reperitur. Anni namque 42. qui ibidem habentur, non sunt Artaxerxis Memoris, sed Longimani.

Huic simile & id est, quod Pareus asserit, Ctesiam Ocho, qui Memorem sequitur, tribuere annos 35. qua in parte Pareus Persicos Reges confundit. Darius enim Ochus apud Ctesiam est Darius Nothus. De Ocho, qui secutus est Artaxerxem Memorem, Ctesias nihil habet.

3. Peccant praeterea in Graecam historiam per eiusdem neglectum. Ait Pareus, nullum Graecorum prodere potuisse, quot annos Xerxes regnarit, non legit Diodorum, qui lib. 11. affirmat, Xerxen annos 20. & paulo plus regnasse, & licet Diodorus praecise id non determinasset, ex morte tamen Xerxis, & Darii Hystaspis ab Historicis annotata, id colligeremus. Clades Marathonia cadit in annum 2. Olympiadis 72. absolutum, post quam Darius adhuc 5. annos absolutos vixit, vt testis est Herodotus lib. 3. & 7. Ergo Darius Hystaspis mortuus anno 3. Olympiadis 73. Darium hunc immediate Xerxes sequitur, qui mortuus est anno 4. Olympiadis 78. vt Diodorus loco iam producto refert. Prodiderunt ergo Graeci, quantum temporis Xerxes regnauit, quantum scilicet est inter annum 3. Olympiadis 73. & annum 4. Olympiadis 78. id est, annos 21.

4. Tandem pueriles plane contradictiones ad inuidiam gentilis historiae conciliandam conquirunt. Herodotus Cambysi tribuit 7. annos, 5. menses; Eusebius 8. annos. Smerdis regnauit 7. menses Herodoto; Iosephus lib. 11. antiq. cap. 3. ei annum assignat. Alteri Xerxi Ctesias dat 45. dies; Eusebius 2. menses. Sogdiano Ctesias attribuit menses 6. dies 15. Eusebius cum Sulpitio 7. menses. Hae contradictiones taliter comparatae sunt, vt Beroaldistas in earum citatione merito pudere deberet.

Quarto. Si ex illa apparente ἀσυμφωνίᾳ in exotica regni Persici historia veritas huius Monarchiae labefactanda est, labefactabitur & veritas durationis regni Iudaici & Israelitici, cum in hisce duobus regnis pares, quin imo & maiores contradictiones ad primam faciem inter se pugnantes in sacra historia reperiantur: qua de re supra fuse egimus in vltimo titulo libri prioris capite 4.

Quinto. Locus ex Iosepho, quo Pareus incertitudinem Monarchiae Persicae in fine cap. 2. huius tituli probare conabatur, per violentiam huc trahitur. 1. Namque non dicit Iosephus, Graecos sibi contraria scribere, ratione Persicae Monarchiae. 2. nec illud bona consequentia ex Iosephi verbis colligi potest. 3. quin potius de dissonantia Graecae historiae, *ratione peculiaris temporis*, Iosephus loquitur, eiusque μυθῶν, quo Graeci annales non habuerunt, non autem de tempore à certaminibus Olympiadicis. A primo namque agone Olympiadico historicum seculum apud Graecos exordium sumsit, quo cum Graecos annales confecisse, nemini dubium esse debet. Testantur id Ἄρχοντες Atheniensium, Ἔφοροι Spartanorum, Ἀγωνιςαὶ item cuiusuis Olympici certaminis apud Diodorum, Dionysium Halicarnassensem, & alios, qui haec omnia ex Graecorum annalibus hauserunt.

CAPVT

CAPVT XII.

Soluuntur quinque Beroaldistarum argumenta, quibus supra cap. 3. huius tituli probare conabantur, regnum Persicum angustiore interuallo, quam à Græcis fit, definiendum.

AD *Primum.* Respon. I. Nullum argumento consecutionem inesse. Vt enim non sequitur (ipsis Beroaldistis attestantibus) Daniel cap. 11. vers. 1. à Cyro ad Alexandrum numerat 4. Reges Persicos: Ergo 4. tantum fuerunt. Ita nec hoc: Esra numerat 6. Ergo 6. tantum fuerunt. Daniel enim & Esra sibi non proposuerunt ex professo Monarchiæ Persicæ Reges describere, sed Ecclesiæ res gestas ad hos vel illos Persicorum Regum annos alligare, iccirco Prophetica libertate nonnullos omiserunt.

II. *Nec in eo argumentum consequentiam habet: Esra 6. numerat Reges Persidis: Ergo Persarum regnum 125. vel 130. annos tantum durauit. Annon 6. Reges 200. annorum spacio regnare possunt, si singulis 36. vel 37. annos regni tribuamus.

III. Negamus in Esra & Nehemia 6. tantum Reges numerari. Habetur enim 1. Cyrus. Esræ 4. vers. 5. 2. habetur tacite Cambyses apud Danielem cap. 11. vers. 2. dum exclusiue à Dario ad Xerxen 4. Reges numerat, scilicet Cyrum, Cambysen, Darium Hystaspis, & Xerxen. 3. Darius Hystaspis Esr. 4. vers. 5. qua de re cap. 7. huius tituli. 4. Ahasuerus vel Xerxes Esr. 4. vers. 6. & in libro Esther. 5. Artaxerxes Longimanus Esr. 4. vers. 7. 6. Darius Nothus vers. 24. & seqq. capp. 7. Artaxerxes Memor Esr. 7. vers. 1. & sequentibus. 8. Darius Codomannus Nehe. 12. vers. 22.

IV. Nec hoc silentio prætereundum, quod Pareus habet ex Nehemia cap. 13. vers. 6. *forte* colligi posse Artaxerxen Memorem 32. annos regnasse, quia Nehemias dicit, se anno 32. Artaxastæ *in fine dierum* venisse ad Regem. Qua in parte Pareus insignem verborum tum confusionem, tum diuulsionem committit. Verba Nehemiæ sic habent: *Anno 32. Artaxerxis, Regis Babel redii ad Regem,* ולקץ ימים *& in fine dierum exorata est mihi venia à Rege, redeundi scilicet Hierosolymam.* Hic Pareus 1. verba *(in fine dierum)* refert ad reditum Nehemiæ ad Regem, cum eius discessum à Rege spectent. 2. Non perpendit, quid sibi verba velint לקץ ימים. Ea namque interuallum aliquod interiectum notant inter reditum Nehemiæ ad Regem, & eius abitum ab eodem, *In fine dierum* factum, id est, exacto aliquo tempore, vel, (vt Scaliger) *finiente anno illo 32. quo ad Regem venit.* Erudita plane explicatio. Quando namque vox ימים absolute ponitur, notat annum sæpissime in sacris. Exod. 13. vers. 10. Num. 9. vers. 22. Iudic. 11. vers. 4. 1. Samuel. 1. vers. 3. *A diebus in dies,* id est, בכל שנה ושנה *in omni anno & anno,* vt habetur Esther 9 vers. 21. vel, vt Lucas habet, cap. 2. 41. *κατ' ἔτος quotannis.* Quando voci ימים additur vox קץ notat finem anni, de quo sermo est. Et ita hoc in Nehemiæ loco phrasis cum Scaligero explicanda est, quando Nehemias ait, se anno 32. ad Regem Artaxerxem rediisse: tandem in fine dierum, id est, sub finem illius anni concessionem iterum à Rege, Hierosolymam versus redeundi impetrasse. Illa ergo *φράσις* *(in fine dierum)* nullo

modo extremitatem regni Artaxerxis referri potest, vt Pareus opinatur.

Secundum argumentum, ex paucitate Principum Iuda post Babylonicam captiuitatem desumptum, laborat morbo malæ consequentię. Nulla namq; est cōsequentia, Nehemias c.12.v.47. ante se Zerubabelis, vt Principis populi, meminit. Ergo Nehemias immediare in principatu Zerubabeli successit: vel: Ergo duo tantum Duces à Cyro ad Alexandrum Magnum populo Dei præfuerunt? Præterea negamus, duos tantum Principes populum Dei in Persica Monarchia rexisse. Nehemias enim cap. 5. vers. 15. expressam facit mentionem Principum, qui ante se auaritia ducti, populum prægrauarint. Verum Pareus hic obiicit; *Nehemiam hoc loco loqui de σατραπείᾳ non summi Ducis Zerubabelis, sed inferiorum, id est, præfectorum, inque suæ sententiæ subsidium Scaligerum profert, qui lib. 6. de tempp. emend. pag. 558. hæc habet: Nehemias à Cyro ad Darium vltimum duos tantum Duces ponit, Zerubabelem & seipsum, ita vt, à Cyri excessu ad finem Persicæ Monarchiæ, id est, per annos minimum, 200, duo tantum Duces Iudæorum fuerint, magna temeritate illius Annii, qui sub Philonis nomine alios Duces post Zerubabelem nominat, contra mentem sacrorum librorum.*

. Ad hoc Parei obiectum Respon. 1. Pareum petere principium. Hoc enim ei probandum, Nehemiam cap. 5. vers. 15. de inferioribus Ducibus vel Præfectis loqui. Vocem enim פחה, qua Principes illos indigitat Haggæus cap. 1. vers. 1. Zerubabeli attribuit, vt manifeste videamus, & textus euidentia apud Nehemiam id testetur, eum de Principibus, qui post Zerubabelem populum Dei rexerint, loqui, non inferioribus, sed summis.

2. In adductione Scaligeriani testimonii bonam in Pareo fidem desideramus. Omittit enim sequentia Scaligeri verba, quæ eadem pagina continentur. *Quamuis Nehemias vnius meminit Zerubabelis, qui ante se Dux fuerit: tamen alios plures ante se fuisse manifesto indicat* cap. 15. vers. 5. Quæ verba, priora limitant, & Scaligeri mentem declarant.

3. Si vel maxime Pareo concederemus, duos tantum Principes à Cyro ad Alexandrum populo Dei præfuisse, inde tamen, quod intendit, (id est, decurtationem regni Persici contra Græcos) vix obtinebit. Non enim impossibile, virum, quem Deus vitæ longæuitate donat, per 100. annos & vltra, Reipub. gubernaculis præesse posse.

Tertium argumentum ex Iudæorum testimonio apud Iohannem cap. 2. vers. 20. Pareo est euidentissimum: *Posterius templum 46. annorum spatio exædificatum est.* Iohan. 2. ℣. 20. *Initium factum anno secundo à reditu ex Babylone, vt Esra testatur cap. 3. vers. 8. absolutum anno 6. Darii Nothi. Esr. 6. v. 15. Ergo ex Parei mente, à laxatione captiuitatis per Cyrum ad sextum Darii Nothi nonnisi 47. absoluti anni numerandi.*

Vt hoc argumentum solide refutetur, & Iohanneus locus bene explicetur, tria quasi capita hic ordine notanda veniunt.

I. Variam Iohannei loci, iam citati, apud interpretes reperiri explicationem. 1. Funcciani, & multi alii, qui Iosephum cum Eusebio sequuntur, terminum horum 46. annorum à quo inchoant à reditu Israelitarum ex Babylonico carcere: finiunt in anno sexto Darii Hystaspis. Opinantur enim Darium illum, cuius anno secundo Haggæus & Zacharias propherarunt, & anno sexto structura templi, per longum bene tempus impedita, iterum continuata & absoluta est, tertium esse Persarū Regem, Hystaspis filium. 2. Nonnulli Metasthenicam Persicorum Regum numerationem sequentes (inter quos & Woltherus) horum 46. annorum termi-

num

num à quo faciunt primum Cyri: ad quem secundum Darii Longimani. Sane Metasthenes à primo Cyri ad secundum Darii Longimani 46. annos habet. Scribit enim, Cyrum cum Dario Medo 2. annos coniunctim regnasse, postea Dario mortuo, solum annos adhuc 22. Post Cyrum locat Priscum Artaxerxen Ahassuerum, cui tribuit annos 20. Hunc in Monarchatu apud eundem sequitur Darius Longimanus. Ergo à primo Cyri ad secundum Darii Longimani apud Metasthenem anni 46. 3. Beroaldistæ, & præsertim Pareus, hos annos inchoat à 2. anno reuersionis Iudæorum ex Babylone, quo templi fundamenta iacta, Esr. 3. vers. 8. finit in anno 6. Darii Nothi. Interuallum ergo temporis à Cyri promulgatione de iterum ædificanda domo Domini ad 6. Darii Nothi Beroaldistis tantum est 47. annorum. 4. Alii hosce 46. annos ad aliud plane tempus referunt, ad proxime sc. præcedens, quo Iudæi hæc ad Christum verba protulerunt, hoc sensu: 46. annis (proxime sc. ab hoc tempore elapsis) templum hoc exædificatum est.

II. Inter varias hasce opiniones prima consistere vix videtur.

1. Namque à primo Cyri ad sextum Darii Hystaspis non sunt 46. anni, sed tantum 44. Cyrus enim regnauit per 30. annos: Cambyses annos 7. cum 5. mensibus: Smerdis 7. menses, qui coniunctim additi, annum faciunt. Smerdin secutus est Darius Hystaspis, cuius anni 6. additi, 44. emergunt.

2. Cyrus anno primo sui regni à deuicto Astyage Iudæis libertatem in patriam redeundi concedere non potuit, quia ante 18. annum sui regni Dominus regni Babylonici non fuit. Qua de re consulatur cap. 4. tituli præcedentis.

3. Falsum est, Darium, cuius anno 6. templum absolutum, Darium Hystaspis esse. Fuit enim Darius Nothus, vt supra c. 7. huius tituli ex Esra deductum est.

Secunda opinio fundamentum plane ruinosum, imo & stramineum habet. Hic enim Metasthenes, quem hæc opinio, vt Ducem, sequitur, cum nominibus, & numeratione Persicorum Regum plane effictus est, vt ad calcem huius tituli probabitur. Quid ergo miri, si hæc interpretatio Iohannei loci, cum nullum fundamentum habeat, sua leuitate concidat?

Tertia opinio, quæ Beroaldistarum est, sua quoque nouitate & iniuria laborat, quin imo cœlesti motui, & vnanimi Græcorum Historicorum consensui manifestam vim infert, vt supra cap. 5. huius tituli confirmatum, & manifestis argumentis demonstratum est, à tempore reditus Iudæorum ex Babylone, vsque ad 6. Darii Nothi, annos 100. & vltra elapsos.

Restat ergo quarta, quam omnium optimam dicimus, quia cum tempore omnium optime conuenit, docilique menti sua quadam iucunditate satis facit.

III. Hæc vero vltimæ opinionis bonitas, quo tanto illustrior reddatur, nobisque manifestior fiat, sequentia membra notanda veniunt.

1. Herodem primum, Magnum alias nominatum, sub cuius fine Christus natus est Matth. 2. vers. 1. anno 18. sui regni Hierosolymitanum templum extruere cœpisse. Testatur id Iosephus lib. 15. antiq. cap. 14. cui hac in parte tuto credimus, quia rem factam memorat, in sua pueritia gestam.

2. Et hoc obseruandum, Herodem duplex habere regni initium: prius ab eius electione in Regem Galileæ, Romæ facta, Cn. Domitio Caluino secundùm, & C. Asinio Pollione Coss. anno Vrbis 714. Videatur Iosephus libr. 1. belli cap. 11. libr. 14. antiquit. cap. 26. posterius, ab expugnatione Hierosolymæ, facta triennio post, M. Vipsanio Agrippa, & Canidio Gallo Coss. anno Vrbis 717. vt idem Author attestatur lib. 1. belli. c. 13. & lib. 14. antiq. c. 27. 28.

3. Et hoc silentio non inuoluendum, citatum Historicum annos regni Herodis vsitate numerare à posteriore principio, præsertim cum absolute loquitur. Hoc sensu pugnam Augusti Actiacam conijcit in 7. Herodis annum lib. 1. belli. cap. 14. & lib. 15. antiquit. cap. 7. At pugna Actiaca septennio secuta est Hierosolymorum expugnationem ab Herode factam, quod ex Coss. videmus.

Pugna namque ad Actium commissa, Octauio tertiùm cum M. Valerio Messala Cos. teste Dione lib. 50. & omnibus Historicis. Herodes Hierosolymam expugnauit M. Vipsanio Agrippa, & Canidio Gallo Coss. Inter hæc duo paria Coss. quinque alia paria in fastis reperiuntur. Quando ergo Iosephus ait: Hierosolymitanum templum ab Herode anno 18. sui regni exædificari cœptum, regnum Herodis intelligit à captis Hierosolymis.

Verum obstare videtur alius Iosephi locus lib. 1. belli, cap. 16. in quo initium structuræ templi in 15. Herodis reijcit. Hæc duo Iosephi loca plurimi Historicorum ita conciliant, vt dicant, Iosephum lib. 15. antiquit. cap. 14. initium Herodis sumere ab eius electione in Regem; At lib. 1. belli c. 16. à captis Hierosolymis.

Verum qui talia opinantur, se & alios decipere, & Iosephi, vt & Dionis historiam confundere videntur ex hac ratione. Iosephus enim testis est lib. 15. antiquit. cap. 13. & lib. 1. belli cap. 15. Augustum Imperatorem anno 17. Herodis in Syriam venisse, ibidemque Herodis regno partem finium addidisse, quam Cleopatra Herodi dempserat, & Zenodori ditionem Herodi donasse.

Verum Romana historia apud Dionem Cassium, accuratissimũ huius temporis scriptorem lib. 54. testatur, Augustum in Syriam demum venisse M. Apuleio & P. Sylio Nerua Coss. vel anno Vrbis 734. qui 17. est Herodis, non ab eius electione, sed à captis Hierosolymis. Et quod maius est, conueniunt Iosephus cum Dione in Herodis historia. Ille namque testatur, Augustum Zenodori ditionem non contemnendam, sitam Galilæam inter & Trachonem, Herodi donasse. Idem ait Dio l b. 54. Ἡρώδῃ Ζηνοδώρου τινὸς τετραρχίαν ἐπέτρεψε. Atqui hoc factum anno Vrbis 734. qui, vt dictum, est 17. Herodis à deuicta Hierosolyma. Ex hac collatione Iosephi cum Dione necessario dicendum, Iosephum lib. 1. belli c. 16. in positu annorum Herodis, vel sui oblitũ, vel numerum iniuria temporũ corruptũ, & pro ιε, ιη. ponendũ, qui lapsus decursu tot seculorũ in Iosephum facile irrepere potuit.

4. Nec hoc prætereundum, templum Hierosolymitanũ in duas præcipue partes fuisse distinctum: priorem interiorem, sanctum alias appellatum. Hæc interior templi pars à Zerubabele post captiuitatem exstructa, intacta mansit, neque Herodes hac in parte quid innouare voluit. Posteriorem, exteriorem, atrium alias dictum. Hanc exteriorem templi partem Herodes diruit, & augustiorem excellentioremque fecit ad gratiam Iudæorum sibi conciliandam, ita vt sequentibus tempo-

temporibus templum Herodis nominatum sit, Iosepho teste libro 15. antiq. cap. 14. & lib. 1. belli cap. 16. non quod tertium templum Herodes exædificarit, (id enim contra Haggæum, c. 2. v. 9.) sed quod exteriorem posterioris templi partem magnificentiorem fecerit.

5. Et hoc notandum, Iudæos in Iohanneo loco per templum annis 46. ædificatum, non interiorem, sed exteriorem templi partem respexisse, quæ exterior pars sæpissime absolute Templum nominatur in Euangelica historia. Hæc assertio manifesta fit ex omnibus circumstantiis, præsertim loci. Tum enim temporis Christus cum Iudæis in atrio versabatur, vbi venditores ouium, boum, columbarum, & nummularii sedebant Iohann. 2. versic. 14. Ad hoc exterius templum Iudæi respicientes, id 46. annorum spacio exædificatum dicunt, non quod Herodes per 46. annos regnarit (vt Pareus per malam consequentiam colligit) sed quod ab initio structuræ ad præsens illud tempus 46. anni elapsi fuerint.

6. Et id animaduertendum, colloquium Christi cum Iudæis Ioh. 2. in Paschate factum, anno primi ministerii Christi, qui cum 15. Tiberii Imperatoris conuenit. Luc. 3. v 1.

7. Tandem id, quod intendimus, elicimus probamusque à 18. Herodis, quo exteriorem templi partem augustiorem extruere cœpit ad primum ministerii Christi 46. annos elapsos. Posterior namque pars anni 15. Tiberii (cum primo anno ministerii Christi, & primo Paschate conueniens) Coss. habuit Rubellum & Fusium geminos, qui fuit annus vrbis 782. ineuns à vere. Qua de re nullum apud Historicos litigium. 18. Herodis est vrbis 735. (annus enim Herodis primus ab expugnatione Hierosolymæ fuit vrbis 717. vt supra commemoratum) qui subtractus à 781. absolutis, interuallum subministrat 46. annorum à 18. Herodis, ad primum ministerii Christi.

Ex quibus omnibus non sine firmitate, & iucunda quadam connexione colligimus, Iudæos ad nullum aliud tempus nisi ad proxime præteritum à 18. Herodis vsque respexisse, cum interuallum temporis, & res, in interuallo illo temporis gestæ, exactissime conueniat: & consequenter Beroaldistas Iudæorum verba minus recte interpretari, quin imo cœlesti motui magnam vim inferre, dum ab anno secundo reditus Iudæorum ex Babylone ad sextum Darii Nothi tantum 46. annos numerant.

Verum obiicitur nobis à Pareo Iosephi locus lib. 15. antiq. c. 14. in quo scribit, templum Herodis 9. annorum spacio exædificatum, inde contra nos colligit, Iudæos de Herodiana templi exornatione in Iohan. 2. capite loqui non posse. Huic Iosephi loco alium opponimus ex lib 20. antiq. cap. 8. *Iam absolutum erat templi ædificium, populus igitur cum videret esse in octo circiter 18000. opificum solitorum hactenus in templo ex operarum mercedibus victum quærere, nolensque sacram pecuniam repositam habere, ne quando præda Romanis fieret, suasit Regi, vt orientalem restauraret porticum.* Quæ hoc in loco Iosephus scribit, ea ipse vidit. Gesta namque anno secundo Gessii Flori, Syriæ Præsidis, anno 12. Neronis paulò ante initia belli, vt ipse Iosephus testatur sequente capite libri iam citati.

Ex hoc Iosephi loco Pareus intelligit templi structuram ad 12. Neronis vsque continuatam. Prior ergo Iosephi locus ex lib. 15. capite 14. omnino limitandus est, & dicendum, Iosephum ibidem de perfectione rudis structuræ loqui, quam postea plenior perfectio & exornatio subsecuta sit. Ea tempore Christi nondum absoluta erat, ideo verbum ᾠκοδομήθη,

quo Idæi vtuntur, non notat absolutum terminum, sed interualli ad præsens illud tempus durationem.

QVARTVM Beroaldistarum argumentum, quo probare conantur, regnum Persicum contra Græcorum Historicorum narrationem decurtandum, desumebatur ex generatione & longæuitate Esræ, vt cap. 3. huius tituli videre est. Verum hoc argumentum infirmum est. Non enim sequitur: Esra seipsum nominat Seraiæ filium Esr. 7. v. 1. Ergo à Seraia immediate genitus. Consecutionis infirmitatem probamus. 1. Asaria nominatur filius Meraioth Esr. 7. v. 3. & tamen inter Asariam & Meraioth sex Pötifices intercesserunt, vt videre est, 1. Chron. 6. v. 7. & seqq. 2. Seraia genuit Iehozadak. 1. Chron. 7. v. 15. (quem alii falsò Esram esse opinantur) Iehozadak genuit Iehosuam primum, eumque summum Pontificem post captiuitatem. Esr. 5. v. 2. Nehem. 12. v. 26. Hic autem Iehosua longe ante tempora Esræ vixit. Hic enim demum temporibus Artaxerxis Memoris inclaruit. Vnde colligimus, Esram à Seraia immediate non generatum esse. 3. Quis nostrum credet, Esram tempore exterminii templi Salomonici in captiuitatem abductum? Abductus autem cum reliquis fuisset, si immediata generatione Seraiæ filius fuisset, quia Seraia cum vrbis vastitate occiditur 2. Reg. 25. v. 18. 21. Ierem. 52. v 24. 27. Dicimus ergo Esram ad minimum vel nepotem, vel abnepotem Seraiæ fuisse. Quod autem Esra se filium Seraiæ nominat, id ex vsitatissimo scripturæ more facit, vbi in genealogiis successionis enumeratio ob breuitatem mutilate sæpe proponitur, & aliquis filius huius vel illius nominatur, cum tamen interdum quartus vel sextus sit ab eodem. Exemplum rei manifestum habemus in Matthæo cap. 1. v. 8. Voluit autem Esra se statim Seraiæ subnectere, quia hic ratione Pontificatus clarus erat, quippe ante captiuitatem Hierosolymis viuens. Parens vero Esræ, vel etiam auus in captiuitate, adeoque in obscuritate latitarunt: ideo Esra maioris perspicuitatis gratia se Seraiæ filium, id est, ex Pontificali linea, & Seraiæ prosapia generarum esse dicit.

QVINTVM tandem argumentum, supra circa finem tituli tertii productum, eadem laborat infirmitate. 1. Namque non videmus, quomodo ex loco Haggæi capite secundo versiculo tertio, probari possit, anno secundo Darii Nothi quosdam fuisse superstites, qui Salomonicum templum viderunt. Prophetica enim locutio apud Haggæum non est θετικὴ sed ἐρωτηματική. *Quis inter vos, qui vidit domum istam in gloria sua priore, & qualem videtis eam nunc? Nonne ad illam quasi nihil in oculis vestris?* Sensus verborum est: *Estne quis inter vos reliquus, qui gloriam prioris Salomonicæ domus vidit, & si quis est, cumque præsente domo, & eiusdem gloria confert, nonne videtur hæc contempta plane & nihili respectu prioris?* Ex hac prophetica interrogatione num firmiter erui possit, eiusmodi homines anno secundo Darii Nothi fuisse superstites, valde dubitamus. In Esra quidem cap. 3. v. 12. θετικῶς dicitur, multos Seniorum priorem domum vidisse, cumque fundamentis posterioris conferentes, acerbe fleuisse. Sed distinguantur tempora, & conciliabuntur scripturæ loca.

Ea namque, quæ Esra ibidem describit, gesta anno 2. à reditu Israelitarum ex Babylone Esr. 3. v. 8. viuente adhuc Cyro. Hoc tempore multos fuisse superstites, qui prius templum viderunt, extra controuersiam est, cum à πανωλεθρίᾳ templi ad annum secundum reditus ex captiuitate anni 60. tantũ elapsi sint. Verum Haggæus longe post hæc tempora prophetauit

tauit sub Dario Notho annis 100. & vltra, post Israelitarum ex Babylone reuersionem. 2. A templi Salomonici conflagratione ad secundum Darij Nothi ex rei veritate 166. anni elapsi sunt. Quod si quidam cum temporis ad 180. ætatis annum peruenerunt, prius templum cum discretione videre & Haggæum prophetantem audire potuerunt. Et sane nonnullos tum temporis ad tantum ætatis fastigium venisse, nullum existimemus esse miraculum, præsertim si longæuitatem populorum illius loci cõsiderauerimus. Qua de re supra pluribus actum cap. 10. huius Tituli.

Concludimus ergo Græcam historiam in Persica Monarchia definienda verissimam esse, quippe cum cœlesti motu conuenientem: & proinde hebdomadas Danielis cum anno solutæ per Cyrum captiuitatis immediate minime coniungendas, sed hiatum faciendum à Cyri temporibus ad initium hebdomadum, quem quia scriptura nobis clare non manifestauit, necessario statuendum, nos ex sola Sacra historia interuallum annorum à condito orbe ad primum annum æræ Christianæ habere non posse. Quod hoc titulo demonstrandum nobis proponebamus.

CAPVT XIII.

Nonnulla de vndecimo Iosephi Antiquitatum libro proferuntur.

IOSEPHVS, Iudæus genere, è linea Sacerdotali oriundus, temporibus Neronis, Vespasiani & Titi Rom. Impp. viuens, conscripsit inter alia libros 20. Antiquitatum seu ἀρχαιολογίας à mundi initio ad sua vsque tempora. Inter hos libros vndecimus historiam tractat à reditu Iudæorum ex Babylonica captiuitate ad Alexandrum Magnum. In hoc autem libro multa sunt, quæ humanam cotrectionem merentur, quæque librum hunc in veritate suspectum reddunt.

1. In vltimo capite libri præcedentis Darium, cuius Daniel cap. 5. vers. vlt. & cap. 9. v. 1. meminit, ait fuisse Cyri cognatum, filium Astyagis. Verum nulla subnixus ratione id ponit, & tamen plurimos suæ opinionis habet assertores, cum in rei veritate Darius ille ante Cyrum in Babylone regnarit. Qua de re alibi.

2. Ahasuerum, quem Esra habet cap. 4. v. 6. In suo Persicorum Regum catalogo, plane omittit, vel ex Ahasuero & Artaxerxe vnum Regem facit. Quem Iosephi, vt & libri tertii Esræ, vel potius Anti-Esræ errorem, vt communem hodie, iam supra notauimus cap. 7. huius tituli.

3. Ex Artaxerxe, cuius Esra meminit, cap. 4. v. 7 & seqq. Cambysen facit. Qua in parte in historiæ fidem, & Regum Persicorum ordinem apud Esram peccat. Videatur caput iam citatum huius tituli.

4. Ait, Cambysen per sexennium tantum regnasse, cum vltra septennium regnarit.

5. Ex Dario, cuius anno secundo Haggæus & Zacharias prophetarunt, Darium Hystaspis facit (quem errorem veteres Historici & Chronologi, & hodie maior eorundem pars sequitur) cum Darius hic, Darius Nothus fuerit, vt capite iam citato probatum est.

6. Scribit cap. 4. sui libri cum 3. & 4. capp. libri 3. Esræ, Darium Hystaspis initio regni sui vouisse ædificationem Hierosolymorum, quo die regnum

regnum acciperet. Verum hoc contra Esram est, qui 5. & 6. capp. non modo huius voti non meminit, verum & contraria scribit. Iudæi namque aduersatiis, & quæsitoribus suis respondentes, nullam huius historiæ, vt & voti Darii mentionem faciunt, nec ipse Darius in sua epistola, quam Esra cap. 6. habet, hoc votum adducit: quin imo tertius liber Esræ cap. 3. vers. 4. cap. 4. versic. 58 ex Zerubabele temporibus Darii Hystaspis νεανίσκον, id est, adolescentem facit per impudentem leuitatem, cum Cyri iam temporibus vt Dux cum populo Dei ex captiuitate sit egressus, vt hac in parte mendacem merito memorem esse oportuerit. Qui error & Funccium mouit, vt ex hoc Dario Darium Medum fecerit, verum contra tertii libri Esræ & Iosephi mentem.

7. Inquit Iosephus, templi ædificium intra septennium fuisse absolutum, & hoc contra Esram est, qui annis 4. à secundo Darii ad eius sextum templi structuram absolutam ait c. 6. v. 15.

8. Affirmat anno 9. regni Darii Leuitas sacrificia χαριστήρια Deo obtulisse pro templi exædificatione, & hoc contra Esram, qui cap. 6. v. 16. & seqq. testatur, anno sexto Darii templi inaugurationem factam, vt hîc merito deprehendere possimus in Iosepho vitium esse, iniuria temporum in Iosephum introductum & pro 9 6. legendum.

9. Ex Artaxerxe, cuius anno 7. Esra in Iudæam profectus est Esræ 7. & anno 20. Nehemias Neh. 1. v. 1. Xerxen facit. Omnino male, & contra Esræ & Nehemiæ fidem. Hic enim 32. anni regni huius Regis meminit capite 13. v. 6. Atqui Xerxes per 21. annos tantum regnauit, attestante historica fide. Quomodo ergo hic Artaxerxes Esiæ & Nehemiæ Xerxes esse potuit? præsertim cum Nehemias ad vltima Persicæ Monarchiæ tempora vixerit, vt supra sub finem cap. 7. in hoc titulo notatum. A Xerxis vero regimine ad vltima huius Monarchiæ tempora anni 150. & vltra elapsi sunt.

10. Ait, mœnia Hierosolymorum 28. anno Xerxis absoluta. Quibus in verbis triplicem errorem committit. 1. Ex Artaxerxe Xerxen facit, qui error iam refutatus. 2. Anni 28. Xerxis meminit, cum 21. tantum regnarit. 3. In Nehemiam peccat, qui cap. 5. v. 14. & cap. 13. v. 6. testatur, mœnia vrbis anno demum 32. Artaxerxis absoluta.

11. Ex Ahasuero, de quo liber Esther multa habet, Artaxerxen facit Longimanum, huncq; alio nomine Cyrum vocat. Qua in parte Iosephus quid ponit, quod duplicem probationem desiderat. 1. merito ei probandum, Ahasuerum libri Esther, esse Artaxerxen Longimanum. Hic Iosephi positus causam postea præbuit hominibus ad fictionem natis, Regem Persicum fingere, cuius nomen Ahasuero Artaxerxi, quanquam & in Græco exemplari libri Esther pro Ahasueri, Artaxerxis nomen reperiatur, verum ex scriptionis vitiositate, ita vt nihil hîc præsidii humana fictio habeat. 2. Et hoc Iosepho probandum, Artaxerxen Longimanum alio nomine Cyrum nominatum.

12. Ab hoc Artaxerxe cap. 7. sui libri mox transit ad Artaxerxen Memora, omisso Dario Notho: tum mox ad Darium vltimum venit, omissis intermediis Regibus, Ocho & Arse. Quæ omissio sequentium errorum magna fuit ansa & occasio.

Caueamus ergo nobis, ex hoc 11. Iosephi libro veritatem Persicæ Monarchiæ, rerumque in eadem gestarum petere, quin potius cum iudicio hunc librum legentes, quæ cum Sacra scriptura conueniunt, recipiamus,

mus, quæ minus, cum bona pace reiiciamus, neque nos ipsos in huius libri veritate asserenda fatigemus.

Clausulæ loco & hoc circa finem huius capitis obseruandum est, male-sanos Iudæos interuallũ regni Persici varie turbasse ex mera erga Christianos inuidia, ne beneficio Angelicarum hebdomadum apud Danielem nos contra eos pugnare possimus. Hinc adeo factum vt Iudaico temporis computo, temporibus Constantini Magni fabrefacto, quoq; adhuc hodie Iudæi vtuntur à conditu posterioris templi, vel à reuersione Iudæorum ex Babylonica captiuitate ad מנין שטרות, id est, æram contractuum, (de qua vltimo capite tituli primi huius libri) interuallum tantum temporis reperiatur 40. annorum. Qua in parte interuallum regni Persici 22. tantum annorum faciunt. Alexander enim Magnus anno 6. ante suam mortem Darium, Persarum Regem vicit, annoq; 12. post Alexandri mortem hæc æra cõtractuum demum cœpit, vt supra citato capite probatum. Quæ Iudaica interualli Persicæ Monarchiæ decurtatio, & deprauatio plane stupenda est, vt merito videas, Iudæos per execrandam maleuolentiam cœlesti motui, quin imo & Sacræ scripturæ manifestam vim intulisse, & adhuc inferre in eum solummodo finem, vt nobis ægre facerent. Quæ male-sana Persicæ Monarchiæ decurtatio coniecturam nobis non contemnendam subministrat, nos ex Iudæorum libris seriem Ducum Israelitarum post captiuitatem ad Herodis Magni tempora, seriem item Pontificum, eorumque tempora habere non posse: & cõsequenter doctos viros in huius rei inquisitione laudabilem quidem operam impendere, verum optatum operæ finem vix assecuturos. Notoria namque Iudæorum malitia est in occultatione earum rerum, quæ nobis vsui contra eos esse possent. Interea tamen & id obseruemus, Iosephum lib. 10. Antiqq. cap. vltimo, à Pontificatu Iehosuæ primi post captiuitatem Pontificis vsque ad Regem Antiochum Eupatora 15. Pontifices numerare, iisque interuallum temporis annorum 414. tribuere. Hic Antiochus regnare cœpit anno 149. æræ contractuum. Additis 18. annis ad finem Persicæ Monarchiæ fiunt 167. qui à 414. subtracti, residuum faciunt annorum 247. Iosephus ergo ipse interuallum Persici regni vltra 200. annos contra suos populares extendit.

CAPVT XIV.

Annianus Metasthenes, vt fictus, refutatur.

IOHANNES Annius Viterbiensis, Monachus, & Scholasticæ Theologiæ Professor vixit temporibus Sixti IV. circa annum Christianũ 1480. Hic Annius suo in Apocalypsin commentario Sixto Quarto pollicitus est omnium Ecclesiarum orbis reformationem & obedientiam, sub Romano Pontifice mille annis duraturam, & Cæsari victoriam de Turcis. Verum exitus hominis spiritum & somnia manifestauit. Idem hic Annius cõmentariis illustrauit varios Historicos, Berosum, Manethonem, Archilochum & alios antiquitatis quidem laude (si nomen spectes) celebres, verum in rei veritate plane nullos, vtpote effictos. Inter alios & Metasthenem habet, quem multi (inter quos & Woltherus noster) adeo venerantur, vt opinentur, se certius interuallum regni Persici ex Metasthene, quam ex Ptolemeo, Herodoto, Thucydide, Xenophonte, Diodoro Siculo, Eusebio & aliis probatissimis historicis habere posse. Verum hunc

Autho-

Authorem vel ab ipso Annio, vel alio ante se excogitatum, multa probant.

I. Vitiosa Nominis etymologia. Μεγασθένης Historicus à Iosepho, Strabone, Eusebio, & multis aliis Historicis sæpe citatur. Scripsit τὰ ἰνδικὰ, vel de rebus Indicis per aliquot libros. Eo namque locicum Dionysio missus fuit à Ptolemeo Philadelpho, vbi per longum bene tempus commoratus est, referente Plinio lib. 6. cap. 17. Annius ex Megasthene fecit Metasthenem, insueta Nominis combinatione. Quod enim Annius in sua, super hunc Metasthenem, præfatione opinatur, aliũ fuisse Megasthenem, alium Metasthenem, illum Græcum, Historicum & Laicum; hũc Persam, Chronographum & Sacerdotem, id infantiam & ruditatem sapit. Gloriatur enim hic Metasthenes, se temporibus Arsis, & Darii Codomanni, vltimorum Persicorum Regum vixisse. Si id verum, & hic diuersus est à Megasthene, Iosephus, Clemens Alexandrinus, Eusebius, Diodorus Siculus, Dionysius Halicarnassensis, aliique, qui diligentissima fide veteres Historicos conquisiuerunt, aliqualem eius mentionem fecissent, præsertim cum ex Annii commento, Metasthenes Megasthene nobilior fuerit. Verum Anniani Metasthenis nomen, vniuersæ Antiquitati incognitum: Megasthenis autem frequens & celebre.

II. Huius Metasthenis cum scriptura disconuenientia, eaque varia.

1. Hic Metasthenes Reges Babylonicos post Sardanapalum cum Assyriacis confundit. Hoc enim ordine Assyriacos Reges enumerat. Phulbelochus, Phul Assar, Salmanassar, Sennacherib, Assarhaddon, Merodach, Ben Merodach, Nabugdonosor primus, Nabugdonosor Magnus. Verum ex sacris constat, tum temporis regnum Assyriacum à Babylonico diuersum fuisse, diuersosque Reges habuisse, vt id supra à nobis Tit. 2. huius libri cap. 5. probatum est. Quæ res & Funccium mouit, contra hunc Metasthenem calamum stringend, in suo commentario ad annum Mundi 3217. qui tandem in eam sententiam descendit, Annianum Metasthenem non modo mutilum, verum in multis quoque locis errare, cum historia Sacra in temporibus non conuenire, neque sibipsi in quibusdam locis bene constare.

2. Omittit Metasthenes Baal Adan, Merodachi parentem, quem scriptura vt Regem Babyloniæ ante Merodachum introducit 2. Reg 20. v. 12. Esa. 39. v. 1.

3. Ante Merodachum Assarhaddonem, Sennacheribi filium Metasthenes locat, & ita Merodachum à Sennacheribi morte toto decennio diuellit, cum ex citatis Sacræ scripturæ locis colligamus, Merodachum Sennacheribi temporibus iam in Babylone regnasse. Funccianum autem emplastrum, quod Metasthenico huic vulneri applicat, plane putidum est, vt probauimus loco iam citato c. 5. Tit. 2. in primo Argumento.

4. Scriptura à Sennacheribi morte, vel Assarhaddonis initio ad initium Nebucadnezaris annos 107. habet, qui hoc modo ex scriptura eruuntur. Sennacherib à filiis gladio percussus est anno 14. Ezechiæ: Ezechias regnauit 29. annos, demptis 14. remanent 15. Manasses post parentem annos 55. regno præfuit: Ammon 2. Iosias 31. Iosiam sequitur Ioahas per 3. menses: Ioahas Ioiakim, cuius annus 4. regni est primus Nebucadnezaris in scriptura Ierem. 25. 1. Verum Annianus Metasthenes ab Assarhaddone ad initium Nebucadnezaris Magni annos 118. habet. Tribuit enim Assarhaddoni in regno annos 10. Merodacho 52. Ben Merodacho 21. Nebucadnezari primo 35. qui anni inter se collecti 118, producunt. Ex Metasthenica

ergo

ergo supputatione Sennacherib, Assarhaddonis parens anno quasi tertio vel quarto Ezechiæ fuisset mortuus, & Salmanassar, Sennacheribi anteceſſor, longe ante tempora Ezechiæ regnasset. Quod omne contra ſcripturam eſt. Ea namq; teſtatur, & Salmanaſſarem & Sennacheribum Ezechiæ σύγχρονον fuiſſe, quia Salmanaſſar anno 6. Ezechiæ Samariam cepit, & regnum Iſraeliticum captiuum abduxit 2. Reg. 18. v. 10. & ſeqq. & Sennacherib anno 14 Ezechiæ Hieroſolymam infeſtauit, eodem cap. v. 13.

III. Huius Metaſthenis contra Ptolemeum, Aſtronomorum Solem pugna, eaq; gemina.

1. Ptolemeus in ſuis μεγ. συν. libris trium Babyloniæ Regum meminit, Nabonazaris, Merodachi & Nabopollaſſaris: Nabonazarem & Nabopollaſſarem nugiuendus Annii Metaſthenes non habet. Quod ſi quis Metaſthenicæ fictioni remedium ferre velit, & dicere, Salmanaſſarem eſſe Nebucadnezarem, & Nabopollaſſarem eſſe Nebucadnezarem Magnum, (id quod Funcciani volunt, vt vidimus Tit. 2. huius libri) huic remedio id contra præparamus, ſi vel maxime id fictoribus iſtis concedamus, Metaſthenicam tamen annorum Babyl. Regum computationem cum Ptolemaica non conuenire, id quod ipſe Funccius bene obſeruauit. Ptolemeus enim à primo Nabonazareo ad primum Nabopollaſſaris annos 122. habet, quod interuallum irrefragabile, quia ad cœleſtes motus alligatum. Contra ſpurius ille Metaſthenes à primo Salmanaſſaris ad primum Nebucadnezaris Magni annos 142. numerat. Tribuit enim Salmanaſſari annos 17. Sennacheribo 7. Aſſarhaddoni 10. Merodacho 52. Ben-Merodacho 21. Nabugdonoſori primo 35. Qui numeri inter ſe additi 142. annos efficiunt, totis 20. annis à Ptolemei ſupputatione differentes. Ptolemaicam ergo, quippe potiorem, retinentes, Metaſthenicam vt fictam reiiciamus.

2. Ptolemeus duorum Perſicorum Regum meminit, ſub quorum regimine cæleſtes Eclipſes ab Aſtronomis, circa illud tempus viuentibus, in Ægypto ſunt obſeruatæ, Cambyſis ſc. & Darii, qui poſt Cambyſen regnauit, qui omnium conſenſu Darius Hyſtaſpis eſt. Hos duos famoſos Reges Annianus Metaſthenes non habet. Ex qua omiſſione eius fictionem palpabiliter deprehendimus.

IV. Peccat idem ille fictor in verum Beroſum, verum Megaſthenem, & Diodorum Siculum.

In Beroſum quidem, cuius fragmentum Ioſephus habet lib. 10. antiq. c. 12. & lib. 1. in App. 1. Si enim cum Ptolemeo Nebucadnezaris parentem, Nabopollaſſarem nominat. At ficticius Metaſthenes ex Nabopollaſſare Nebucadnezarem primum facit. Quæ fictio ſupra Tit. 2. huius libri cap. 6. attacta eſt. 2. Pari modo compilator ille ait: Beroſum ſuam hiſtoriam in Sardanapalo finire. At verus Beroſus apud Ioſephum citatis locis Nebucadnezaris & ſucceſſorum meminit, immo ſuam hiſtoriam ad Alexandri Magni tempora continuauit.

In Megaſthenem celebratiſſimum rerum Indicarum ſcriptorem, qui apud Euſebium lib. 4. præpar. Euang. c. 4. cum Beroſo, apud Ioſephum lib. 1. in Appionem, alios Chaldæorum Reges à Nebucadnezare numerat, quam Annianus ille Metaſthenes.

In Diodorum Siculum. Hic enim lib. 2. Biblioth. Sardanapalum, triceſimum facit à Nino. Efficitus contra Metaſthenes à Nino ad Sardanapalum longe plures habet. Idem Metaſthenes Medicos Reges ab Arbaze ad Aſtyagen ex Cteſia apud Diodorum lib. 2. ſuffuratus eſt.

R V. Inhu-

V. Inhumanus est in Græcos Historicos, quibus etiam caliginem Viterbiensis nugator offundit, quasi illi Græca, id est, ficta fide historiam Persicam conscripsetint, cum Catalogus Persicorum Regum, eorumq; intetuallum apud Græcos cum cœlesti motu exactissime conueniat, vt vidimus c.5. huius Tit. Eandem inhumanitatem committit Annius sub in Metasthenem commenr. qui magna impudentia Eusebio, Clementi Alexandrino, Tatiano, Africano grandem dicam scribit, quasi illi priuatas Græcorum opiniones secuti, contra publicam fidem Persicos Reges, eorumq; tempora notarint: qua in parte propriam fictionem aliis bonis Viris imputat. Sed quid Ptolemæo Annius faciet? Siccine & ille in notandis Regibus Babylonicis & Persicis priuatas opiniones secutus est? Pudeat Annium fictæ istius amentiæ.

VI. Impudens est in fingendis Regibus Persicis, Prisco Artaxerxe Assuero, Dario Longimano, & aliis, qui nunquam in rerum natura fuere.

VII. Materies & infantia scriptionis somnia ociosi hominis prodit. Vnus idemq; scriptor & fictor est, q Annianum Berosum, Manathonem, Metasthenem, Philonem & alios effinxit. Arguit id dictio vbiq; similis, eodemq; sermone continuatus historiæ tenor, idq vel puero manifestum fieret, si cum mica tantum iudicii omnes illos fictores, quos Annius fictis cōmentariis auxit, legeret. Vnicum indiciū hîc adduxisse sufficiat. Annianus Metasthenes regno Persico annos 191. tribuit. Attribuit.n. Cyto cum Dario annos 2. Cyro soli post Darii mortem annos 22 Prisco Artaxerxi Assuero annos 20. Dario Longimano annos 37. Dario Notho annos 19. Magno Artaxerxi Dario Meneon annos 55. Artaxerxi Ocho annos 26. Arsi annos 4. Dario vltimo annos 6. Hi anni collecti 191 annos faciūt, demptis duobus, quos Cyrum cum Dario regnasse Annius fingit, sunt 189. Totidem annos Pontifices post reditū ex captiuitate Babylonica vixisse fingit Annianus Philo, q cum Metasthene in fictione plane idē est. Iehosuæ.n. concedit annos 36. Ioakim in absentia patris 8. [illegible] Iehosuæ ex Persia reduci 20. iterū Ioakim 42. Eliasibo 21. Ioadæ 23. Ionathan 23 Ioadduæ 10. q numeri inter se collecti, itidem 189. annos [illegible] ducunt, quasi Iaddua eo ipso anno in Iudæa mortuus sit, quo Darius Codomannus ab Alexandro victus est. Quæ fictio plus est quam puerilis, & tamen multi in ficta hac concordantia Chronologicæ veritatis fundamentum reponunt.

IIX. Prodit infantiam ruditatis in Nominum mutationibus. Vnam vidimus in primo probationis Argumento. Ita nullum dubium Metasthenicum fictorē Megasthenis τὰ ἰνδικὰ (ea namq; verus Megasthenes conscripsit) mutasse in *iudicia*, mira μεταμορφώσει, ferula dignissima. Alias nugacissimas etymologias ex ficticio Annii Beroso producere possemus, quæ vomitum prolicerent, & risum excitarēt, verum eas legentiū iudicio cōmittimus.

IX. Sibiipsi contraria scribit. Ait: Berosum claudere suam historiā in Tonosconcolero, quē Græci Sardanapalum vocent. Verū Annianus Berosus historiā suā claudit in Ascatade, quē 18. Assyriorū Regē facit, multis seculis Sardanapalo veteriorem. Ita mendax sui hac in parte immemor fuit.

X. Hodiernum seculum exactissima sua perspicacitate effícti huius Metasthenis ἀπαθείας iam ante nos deprehendit, Scaliger in suis de tempp. emend. libris. Caluisius in Chron. sua Isagoge. Beroaldus lib. 3. Chronici c.6. Temporarius li.3. Chronol. demonst. p 192. Tilemannus in philologico discursu parte 1. p.89. Ludou. Viues, Goropius, Blondus: & quid multis? Totus Heroum cœtus, qui familiam in literis ducunt.

Statua-

Statuamus ergo, in ficticiis Annii nugiuendi Autoribus, & inter hos Metasthene, nil aliud esse quam tabernam mendaciorum Deo Lemnio vel Neptuno consecrandam: simulque nobis caueamus ex Anniano Metasthene veritatem Regum Assyriacorum post Sardanapalum ad Cyrum; tempus item, & Catalogum Persicorum Regum firmare. Id enim qui faciunt, non χρονόλογοι sed χρονολῃρόλογοι, nominandi, qui fascino huius præstigiatoris capti & dementati se prostituunt, & alios decipiunt, mendaciumq; pro fundamento veritatis habent. Quod clausulæ loco circa hunc Titulum erat admonendum.

TITVLVS QVARTVS.

Argvmentvm.

Priores duo Tituli, finis ratione, fuerunt ἀνασκευαστικοὶ, in quibus contra Funccianos & Beroaldistas, falsamque eorundem antiquissimarum gentilium Epocharum ad annos Mundi, alligationem pugnauimus: sequitur Titulus vltimus, isque κατασκευαστικὸς, in quo, præmissis aliquot hypothesibus, vera alligatio exterarum Epocharum, Olympiadicæ, Vrbis, Nabonazareæ ad annos Mundi, & præsertim ad annum excidii templi Salomonici proferenda, suisque argumentis confirmanda est.

Capvt I.

Præmittuntur hypotheses, quæ veræ alligationi viam sternunt.

I. *Merodach scriptura, est Merdakempad Ptolemæi.*

Hæc hypothesis declaranda, declarata confirmanda est. Scriptura mentionem facit Merodachi, Regis Babyloniorum, qui Ezechiæ, Regis Iuda, temporibus regnauit, eique gratulatoriam, ob victoriam de Sennacheribo, Assyriorum Rege, & recuperatam valetudinem, legationem misit. In Hebræo nominatur מְראֹדַךְ Esa. 39. v. 1. in 2. Reg. 20. v. 12. מ mutatum est in ב, בְּראֹדַךְ. Simili modo Ptolemeus Regis Babylonici meminit lib. 4. μεγ. συντ. capp. 6. 7. 8. 9. quem in Græco Μαρδοκέμπαδον appellat, annoque 27. Nabonazareo regnare cœpisse ibidem attestatur. Hunc Μαρδοκέμπαδον Ptolemæi, Merodach Scripturæ esse aliquot argumentis firmari potest.

1. Ex nominis conuenientia. מראדך ratione variationis punctorum legitur & מְראֹדַךְ vt in scriptura, & מְרדַךְ eliso א, vt in Ptolemeo. Nominatur hic Merodach in scriptura filius בַּלְאֲדָן Esa. 39. v. 1. 2. Reg. 20. 12. v. pro quo Ptolemeus alias duas voculas addit. I vel כַּם & פַּר.

2. Ex loco regni. Merodach in scriptura est Rex Babel: idem Merdakempad apud Ptolemeum.

3. Ex tempore. Tot fere anni numerantur in sacris à Merodach ad Nebucadnezarem, quot Ptolemeus habet. Qua de re nonnulla attigimus cap. 5. Tituli præcedentis.

4. Ex consensu totius Historici & Chronologici cœtus. Nullus enim Historicorum & Chronologorum veterum & recentiorum est, qui id vnquam negarit, an Beroaldistæ id negent, adhuc in obscuro est. Verum si id faciunt, manifestam vim veritati inferunt.

II. *De annis Nabonazarais anni ad minimum 27. ad 15. Ezechiæ, Regis Iuda, numerandi sunt.*

Hæc hypothesis hoc nititur fundamento. Merodach, vt plenarius Rex, iam regnat Babylone anno 15. Ezechiæ. 2. Reg. 18. v. 13. c. 20. v. 6. 12. Esa. 36. v. 1. c. 38. v. 5. c. 39. v. 1. Incepit autem Merodach in Babylone regnare anno 27. Nabonaz. teste Ptolemeo loco citato. Pauciores ergo anni Nabonazarei quam 27 ad 15. Ezechiæ numerãdi non sunt. Hac autem hypothesi nil certi definimus: potuerunt enim aliquanto plures fuisse, si Merodach, Babyloniæ Rex, aliquot annis ante 15. Ezechiæ, vt omnino verisimile, regnare cœpit. Qua de re in sequentibus. Errat ergo 1. Funccius, qui 16. Nabonazareum cum 15. Ezechiæ connectit, cum multo plures anni Nabonazarei ad 15. Ezechiæ elapsi sint. Quæ hic à Funccianis obiiciuntur de duplici initio regni Merodachi, ea supra refutata sunt c. 5. Tit. 2. huius libri. 2. Beroaldistæ, qui Merodachum 80. fere annis Ezechia priorem faciunt, cum huius σύγχρον@ fuerit.

III. *De annis Nabonazareis anni ad minimum 153. ad Salomonici templi euersionem numerandi sunt.*

Hæc hypothesis partim ex priore: partim ex scriptura firmamentum habet. In priore namq; hypothesi firmatum, annos ad minimum 27 Nabonazareos ad 15. Ezechiæ numerandos; Atqui à 15. Ezechiæ ad exterminium templi Salomonici anni 125. cum 6. mensibus in sacris numerantur. Ezechias enim post hæc tempora adhuc 15. annos regnauit 2. Reg. 20. v. 6. Esa. 38. v. 5. Manasses 55. 2. Reg. 21. v. 1. 2. Chron. 33. v. 1. Ammon 2. 2. Reg. 21. v. 19. 2. Chron. 33. v. 21. Iosias 31. 2. Reg. 22. v. 1. 2. Chron. 34. v. 1. Ioahas 3. menses. 2. Reg 23. v. 31 2. Chron. 36. v. 2. Ioiakim annos 11. 2. Reg. 23. v. 36. 2. Chron. 36. v. 5. Iechonia 3. menses, 10. dies, 2. Reg. 24. v. 8. 2. Chron. 36. v. 9. Zedekias 11. annos 2. Reg. 24. v. 18. 2. Chron. 26. v. 11. Hi anni inter se additi, 125. annos cum 6. mensibus & 10. diebus producunt, qui annis 27. Nabonazareis additi 153. annos producunt, quot ad minimum de annis Nabonazareis ad excidium prioris templi numerandi sunt. Errat ergo Funccius, & omnes ii, qui Funccium hac in parte sequuntur, Regii templi euersionem in annum 141. Nabonazareum coniicientes.

IV. *Non plures etiam anni Nabonazarei, quam 160. ad excidium prioris templi numerari possunt.*

Hæc hypothesis hoc nititur stabilimento. Solutio Babylonicæ captiuitatis, viuente adhuc Cyro, facta est. Ergo ante annum 219. Nabonazareũ. Hic enim fuit emortualis Cyri, cum 225 Nabonaz. sit septimus Cambysis apud Ptolemeum lib. 5 μεγ. συν. cap. 14. Ad hos 160. addantur anni 59, quot ab excidio templi ad reditum Iudæorum ex Babylone elapsi erant (vt id cap. 2. Tit. 2. huius libri cõfirmatum dedimus) prodeunt 219. anni Nabonazarei, quorum vltimo Cyrus mortuus est. Ex hac ergo hypothesi colligimus, Salomonicum templum ante 160. & post 153. Nabonazareum à Nebucadnezare euersum esse. Peccat ergo Pareus, dum exterminium huius templi longo interuallo post 219. Nabonazareum factum fingit. Nam Cyrum vixisse asserit anno circiter 300. Nabonazareo. Ex Pareana ergo supputatione Salomonicũ templum desolatũ esset anno quasi 240. Nabonaz.

V. *Annus desolationis Dominici templi est Sabbatharius.*

Hanc hypothesin iam supra confirmauimus cap. penult. Tit. vlt. lib. prioris ex Ieremia c. 34. v. 8. vbi simul Codomannus refutatus, qui opinatur, annum illum excidii fuisse annum magnum דרור Iobeleum.

VI. *Anni*

VI. *Anni Sabbatharii in sequentibus temporibus ratione legitimæ successionis non turbati.*

Confirmauimus supra 1. Deum annos Sabbatharios à mundo ad Mosaicam de obseruandis annis Sabbathariis sanctionem non turbasse, & consequenter annum Sabbatharium Moysis primum in eiusmodi annũ mundi locãdum qui p 7. diuisus absorbeatur. Videatur c.4. Tit.3. libri prioris. 2. Et id ꝓbauimus, annos Sabbatharios à ptimo Mosaico, ad excidium prioris templi (qui & ipse sabbathicus fuit) in populo Dei cõstanti serie continuatos. Vide cap. vlt. Tit.4. prioris libri. Idem de sequente tempore esto iudicium, Iudæos à tempore excidii ptioris templi ad nostra vsq; tempora, Sabbathicos annos interrupta serie obseruasse, quin imo diuinitus illam seriem conseruatam. Probatur 1. à Minore. Feriæ in hebdomade nõ sunt turbatæ. Ergo multo minus anni Sabbatharii. In feriis enim hebdomadum citior & faciliot lapsus est & intertuptio. Antecedens à nemine negari opinor. Constans enim est Doctorum sententia, diem septimum septimanæ, qui nobis adhuc iu vsu, eundem esse cum illo septimo die, quo Deus ab opere creationis quieuisse legitur. Et ratio manifesta est. Quî enim id, cui Deus ipse peculiari modo benedixit, quodq; sanctificauit Gen. 2. v. 3. & μνημόσυνον esse debebat septimi diei à mundi initio. Exod. 20. v. 11. de suo ordine, absque læsione diuinæ sanctionis turbari potuisset? 2. In ipsa Babylonica captiuitate Iudæi agros habuerunt, plantarunt vineas, messuerunt, vuas collegerunr Ier. 29. v. 5. & consequenter materies eis fuit sat commoda obseruandorum annorum Sabbathicorum. Et si vel maxime occasionem nõ habuissenr, legitimę successionis Sabbathicorum annorum obliuisci minime potuissen', cum Babylonicum exilium vltra hominis memoriam non durauerit. 3. Iudæi tenacissimi sunt externorum cultuum. Nullo ergo modo verisimile, eos veram Sabbathicorum annorum seriem per negligentiam turbasse. In Nehemia sane cap. 10. v. 31. sese execratione & iuramento constrinxerunt ad obseruationem septimi anni, intellige iusto statutoque tempore. Et hodie Iudæi exactè notunt verum Sabbathicorum annorum tempus, licet per tot secula nullam habuerint maretiam & occasionem eos obseruandi. Huc pertinent Iosephi verba lib. 1. belli Iudaici cap. 2. τὸ ἀρχὸν ἔτος καθ᾽ ἑπταετίαν ἀργεῖται παρὰ ἰουδαίοις ὁμοίως ταῖς ἑβδομάδων ἡμέραις, id est, *feriatus annus septimo quouis anno redeunte à Iudæis feriatus habetur exemplo septimi diei in hebdomade.* 4. Ipsi anni Sabbatharii, quorum in sacris & alibi post Babylonicam captiuitatem mentio fit, restãtur, annos Sabbathicos de sua sede nunquam turbatos, id quod per Inductionem ad finem cap. 3. huius libri demonstrabitur.

VII. *Aera Alexandrea vel anni Græcorum inceperunt anno 436. Nabonazaræo.*

Cur æræ Alexandreæ hoc in loco mentionem faciamus, fit ob euidẽtem huius cum æra Nabonazarea colligationem. Æræ namque Alexandreæ in sacris fit mentio, simul & cum annis Sabbathariis colligata est: Vnde annorum Nabonazateorum cum Sabbathariis connexionem desumemus. Cœpit autem æra Alexandrea 12. annis post Alexandri M. mortem ab eo tempore, ex quo primum ad Seleuci familiam Syriç regnum deuenit. Alexander Magnus vero mortuus est anno 424. Nabonazareo, teste Ptolemeo lib. 3. μεγ συν. c. 8. Ergo ptimus Alexãdreus in annum Nabonazareum 436. cadit. Vide caput vltimum Tituli primi, huius libri.

IIX. *Annus Græcorum 149. ab Autumno initium sumens, est Sabbatharius.*

Hypothesis hæc firmitatem suam habet in sacris 1. Maccab. 6. v. 49. 53.

Ibidem enim scribitur, illum annum, quo Antiochus Eupator Hierosolymam obsedit, Sabbathicum fuisse. Fuit annus 150. iniens à Vere v. 20. vel 149. adhuc currens, si ab Autumno initium anni fiat, vt fit 2. Maccab. 13. v. 1. Supra namq; capite vltimo citati Tituli dictum, priorem librum Maccabæorum Alexandreorum annorum initium à Vere: posteriorem vero ab Autumno sumere. Pari modo annus 177. Græcorum, quo Simon Maccabeus dolo generi sui Ptolemei interfectus est in hyeme, 1 Maccab. 16. v. 14. 16. fuit Sabbatharius, teste Iosepho lib. 1. belli. cap. 2. & lib. 13. antiqq. cap. 15.

IX. *Anni Nabonazarei* 585. & 613. *sunt Sabbatharii.*

Hæc hypothesis ex duabus præcedentibus fluit. Annus enim primus Græcorum est 436. vt VII. hypothesis habet. Ergo 149. Græcorum est 585. Nabonazareus, & 177 Græcorum est 613 Nabonazareus, quod & puero ex numerorum collectione notum est. Atqui anni Græcorum 149. & 177. fuerunt Sabbatharii, vt præcedenti hypothesi firmatum est. Ergo & anni Nabonazarei 585. & 613. sunt Sabbatharii, id quod per se manifestum, operosiore probatione non eget.

X. *Quilibet anni Sabbathici cum Nabonazareis firmiter colligantur, si dato aliquo anno Nabonazareo, cum Sabbathario connectēdo, 3. addantur, & summa per 7. diuidatur cum absorptione.*

Bonitas huius hypotheseos ex Arithmetica fluit demonstratione, hocque nititur problemate: *Dato anno Sabbathico eundem cum Nabonazareo:* & contra: *dato anno Nabonazareo eundem cum Sabbathario colligare.* Progressus singulari illo nititur principio, præcedenti hypothesi dato, annos Nabonazareos 585. & 613. conuenire cum Sabbathariis. Diuidatur annus 585. Nabonazareus per 7. characterem annorum Sabbathicorum, remanent 4. Pari modo annus Nabonazareus 613. per 7. diuisus, in residuo 4 relinquit. Atqui nihil remanere bebebat, si primus annus Nabonazareus in Sabbatharium incidisset. Vnde per apodicticam firmitatem inferimus, primum annum Nabonazareum conuenire cum anno 4. à celebrato anno Sabbathario, cuius rei index est 4. post diuisionem remanens. Vnde consequens in connexione anni Nabonazarei cum Sabbathario, ad illum 3. addendum, tum datum annum Nabonazareum per 7. diuidendum. Quod artificium plane est manuductorium ad certitudinem mutuę variarum Epocharum connexionis inuestigandam Addatur 3. ad annos Nabonazareos 585. & 613 qui per 7. diuisi nihil relinquunt.

XI. *Annus excidii Salomonici templi, quia Sabbathicus, cum einsmodi Nabonazareo anno conglutinandus, qui 3. addito, & per 7. diuiso, nihil relinquat.*

Excellens plane hæc est hypothesis, cuius beneficio omnes illas alligationes ad Lydium quasi lapidem examinare possumus, num hic vel ille annus Nabonazareus ad annum aliquem Sabbatharium recte alligatus sit. Funccius, & qui eum sequuntur, annum 141. Nabonazareum cum πανωλεθρίᾳ prioris templi connectunt, addito 3 fiunt 144. qui per 7. diuisi 4. relinquunt. Verum numerus ille absorberi debebat. Vnde colligimus, Funccianos vitiosam annorum Nabonazareorum ad Sabbatharios habere alligationem.

CAPVT

CAPVT II.

Vera alligatio ostenditur.

BEneficio ergo præmissarum ὑποθέσεων nos intra cancellos 153. & 160. anni Nabonazarei, contineamus & 3. ad quemlibet annum addito, tum per 7. diuiso, veram alligationem anni Nabonazaræi ad annū excidii templi venemur. Annus enim Nabonazaræus inter 153. & 160. qui 3. addito per 7. diuisus nihil relinquit, verus & genuinus erit annus ἐρημώσεως Regii templi. Adde 3. ad 153. Nabonazaræum, fiunt 156. diuide per 7. remanebit 2. in 154. Nabonazaræo 3. in 155. 4. in 156. 5. in 157. 6. anno Nabonazaræo 158. addatur 3. fiunt 161. qui per 7. diuisus exactè absorbetur. Vnde colligimus, annum Nabonazaræum 158. legitimum esse excidii templi Salomonici. Hac connexione data, facile est reliquas duas Epochas; Olympiadicam & Vrbis ad annum, fatalem Dominico templo, alligare. Hæ namq; gentiles Epochæ inter se à nobis alligatæ sunt c. 5. Tit. 1. huius libri. Annus primus Olympiadis octauæ, vel 29. Olympiadicus est primus Nabonazaræus. Additis 28. Olympiadicis absolutis ad 158. Nabonazareos, fiunt 186. anni Olympiadici, quorum vltimus conuenit cum excidio templi. Pari ratione annus Vrbis Varronianus septimus, est primus Nabonazaræus. Additis annis 6. absolutis ad 158. Nabonazaræos, fiunt 164. Vltimus est annus legitimus exeidii templi. Hæc alligatio anno Mundi, quo exterminium prioris templi factum, applicanda est.

Confirmauimus cap. 4. Tit. vlt. prioris libri, annum excidii templi à Mundo esse 3360. cum per 7. diuisus absorbeatur. Huic anno Mundi conglutinandi sunt annus secundus Olympiadis 47. finiens, vel 186. Olympiadicus: 164. Vrbis Varronianus: 158. Nabonazaræus. Vnde inferimus, in confectione Chronologici Systematis initium æræ Olympiadicæ locandū in 3174. à Mundo. Subtractis enim 186. annis Olympiadicis absolutis ab anno Mundi 3360. remanet annus Mundi 3174. qui nobis initium est æræ Iphiteę. Pari modo, Varronianum initium annorum Vrbis connectendum est cum anno Mundi 3197. Subtractis enim 163. annis absolutis ab anno Mundi 3360. remanet 3197. annus Mundi, qui nobis initium subministrat ærę Romanæ, vel annorum Vrbis. Simili via, initium annorum Nabonazaræorum conglutinandum est cum anno Mundi 3203. Subtrahantur enim 157. anni Nabonazarei pleni, ab anno Mundi 3360. remanet annus Mundi 3203. conueniens cum primo Nabonazaræo.

CAPVT III.

Ostensa alligatio aliquot argumentis confirmatur

I. Quæcunq, alligatio certa & euidente methodo nititur, ea pro legitima merito habenda.

Data alligatio annorum: Olympiadici, Nabonazaræi ad annum exterminii templi Dominici certa & euidente methodo nititur.

Ergo pro legitima habenda.

Maior per se est euidens. Minorem firmant duo præcedentia capita. Hac enim methodo & alligatione nihil euidentius, cum absque coactione ex naturali quadam serie fluat.

II. Ea alligatio, quæ docili menti cum mira iucunditate plene satisfacit, vt genuina agnoscenda.

Præsens nostra alligatio docili menti cum mira iucunditate plene satisfacit.

Ergo vt genuina agnoscenda.

Inueniuntur quidem distortæ mentes, quæ nescio quid vitii in hac alligatione esse, ore calamoq; vociferantur. Verum ex particularibus Historiæ difficultatibus vniuersalem hanc, eamq; Chronologicam alligationem infirmare velle, meræ est ἀπαιδευσίας.

III. Ea concatenatio, cui nihil firmi in rei veritate opponi potest, vt vera & solida amplectenda.

Nostra concatenationi nihil firmi in rei veritate opponi potest.

Ergo vt vera & solida amplectenda.

Minorem firmat ipsa experientia. In hodiernum enim vsq; diem nullus inuentus est ex numero doctorum & bonorum virorum, qui aliquid firmi huic alligationi opponere potuisset. Particulares enim Historiæ difficultates tantæ non sunt, vt auream vnionem dissoluere possint.

IV. Eam conglutinationem, quam Veteres iusta ratione sunt amplexi, & nos amplectamur.

Datam conglutinationem veteres iusta ratione sunt amplexi.

Ergo & nos eam amplectamur.

Videmus enim Eusebium in Chronico, cum anno excidii templi Salomonici conglutinasse annum secundum Olympiadis 47. finientem, vel tertium ineuntem. Πανολεθρία enim Vrbis in media Æstate facta 2. Reg. 25. ℣. 8. Ier. 39. ℣. 2. c. 52. ℣. 6. 12. cum annus secundus Olympiadis 47. finiretur, & sequens cum plenilunio, solstitio æstiuo proximo, inchoaretur. Eusebium secuti sunt alii multi in hoc studio clari: Hieronymus, Prosper, Beda, Vigorniensis, Hermannus Contractus, Schafnaburgensis, & alii. Immerito ergo nostra alligatio, quam Scaliger non tam primus inuenit, quam in Antiquitate inuentam, firmis characteribus confirmauit, nouitatis accusatur à sciolis & inuidis hominibus, cum veteres sancte sequatur. Æra vero Nabonazaræa annis 28. solidis minor æra Olympiadica, inde subtractis 28. à 186. remanent 158. qui numerus Æram Nabonazaræam indigitat.

Huic nostro argumento opponi posset Clemens Alexandrinus, Eusebio vetetior, qui lib. 1. strom. ait: Hierosolymam à Nebucadnezare desolatam anno primo Olympiadis 48. Verum nostrum Chronologicum artificium, 1. cap. datum, monstrat, Clementem triennio, à vero Eusebii positu aberrare. Quod si coniecturæ locus, dicendum, Clementem dubio procul annum primum Olympiadis 47. habuisse, eumq; cum primo obsidionis, vel nono Zedekiæ (qui primus obsidionis fuit, 2. Reg. 25. ℣. 1. Ier. 39. ℣. 1. cap. 52. ℣. 4.) connectere voluisse. Qua in parte Clementi cum Eusebio plane pleneq; conuenit, præsertim cum idem Clemens annum Olympiadicum datum cum anno 2. Apriis, Regis Aegyptiaci connectat, qui annus nobis est nonus Zedekiæ. Quæ connexio ex tabula, sub finem Tituli 2. addita, manifesta est.

V. Ea connexio, quæ per suauissimum consensum sacram Historiam cum prophana vnit, præ aliis eligenda.

Præsens nostra connexio per suauissimum consensum sacram historiam cum prophana vnit.

Ergo præ aliis eligenda.

1. namq;

1. namq; vi nostræ supputationis Ptolemæus cum scriptura optime concordat,& Merodach 6 annis ante 15. Ezechiæ in Babylone regnare cœpit,cum 15. Ezechiæ nobis sit 32. Nabonazaris. Atqui Merodach anno 27. Nabonazaræo cœpit. Vnde colligimus, 1. Merodachi cum anno Ezechiæ 9. conuenire, illumq; anno 6. sui regni huic Ezechiæ magnificam illam legationem,cuius sacræ literæ meminere,misisse.

2. Nabopollassar fit veterior Nebucadnezare,vt verus Berosus apud Iosephū li.1.in App. cum Ptolemæo volunt. Nabopollassar enim anno 123. Nabonazaræo regnare cœpit,vt Ptolemæus habet lib.5.c 14. Ex nostra ergo supputatione ab initio Nabopollassaris ad excidium templi anni 36. elapsi. Quæ deductio & id confirmat,Nabopollassarem Ptolemæi & Berosi, non esse Nebucadnezarem Scripturæ. Qua de re supra c.6. Tit.2. huius libri pluribus actum.

3. Pharao-Necho Rex Ægypti posterior fit Nabopollassare,& prior Nebucadnezare,vt scriptura vult,quæ hunc Ægypti Regem Iosiæ iam temporibus regnasse testatur 2. Reg.23. ý.29. 2. Chron.35. v.30. cum Nebucadnezar anno 4. Ioiakimi demum regnare cœperit. Ier.25.v.1.

4. Clades, à Cyaxare Medo Niniuitis illata, per nostram alligationem præcedit annum 4. Zedekiæ Regis Iuda, vt Ierem. cap.50.v.18.c.51. v. 59. innuit.

5. Nebucadnezar Tyrum obsidere potuit regnante in ea Ithobalo, Tyriorum Rege,teste Iosepho ex Phœnicum annalibus lib. 10. Antiq.c 12. & lib.1. in App. Gramm. Qui plura volet de hac, historiæ profanæ cum sacra,conuenientia legat c.6. Tit.iam citati.

VI. Ea alligatio, quæ non contemnendum in Scriptura sacra fundamentum habet, præ omnibus aliis magnificanda.

Nostra hac alligatio non contemnendum in scriptura sacra fundamentum habet.
Ergo præ omnibus aliis magnificanda.

Assumptum probatur dupliciter.

1. Ex Anno Exodi. Primus dies Vernalis Nouilunii anni Exodi fuit feria 5. vt probatum c.3. libri prioris. Ab hoc anno Exodi ad annum excidii templi Salomonici decurrerunt anni 907. Ab Exodo enim ad initium structuræ templi anni 480, 1. Regum 6. vers. 1. Templum stetit 427. annis, de qua supputatione iam supra actum capit. 6. tertii; & cap. 4. quarti Tituli prioris libri. Si iam cum anno excidii templi 907. ab Exodo tres gentium Epochæ: Olympiadica, Vrbis, Nabonazaræa eo,quo nos fecimus, modo alligentur, & beneficio Astronomicæ scientiæ per ascensum,nouilunium paschale anni Exodi inuestigetur, deprehendemus, illud nouilunium expresse in feriam 5. seu diem 2 cadere. Qua indagatione nihil magnificentius,nihil solidius. Quin imo & id inueniemus, Vernale æquinoctium anni Exodi cum paschali Nouilunio suauissima quadam vnione in illam ipsam feriam cadere. Quod supputationis negotium,fusius confirmandum, Astronomis committimus. Eorum enim est, nos hac in parte iuuare, nostrāque alligationem cœlestibus supputationibus confirmare. Et ô vtinam confirmata, sensum quendam iucunditatis & ruboris hominibus in hoc obstinato & excœcato seculo instillaret.

2. Ex Ezechielis loco cap.1.v.1. Hic enim testatur, se anno 30 anno 5. post Iechoniæ spontaneam in Babylonē abductionem ad fluuium Chebar in Babylone sedisse, ibidéq; visiones quasdā vidisse. Qualis hic an.30. sit, nō conuenit interpretibus. Nonnulli volunt, Prophetā loqui de anno 30. suæ ætatis.

æraris. Verum hæc opinio plane Iudaica, id est, puerilis est, & præter exemplum Sacræ Scripturæ introducta. Alii annos incipiunt ab inuentione Mosaicæ legis, facta anno 18. Iosiæ, 2. Reg. 22. ỳ. 3. 8. Sane à 18. Iosiæ ad quintum Zedekiæ, vel à deportato Iechonia sunt 30. anni. Iosias enim, qui per 31. annos regnauit, post 18. adhuc 13. annos regnauit. Ioahas per 3. menses. Ioiakim annos 11. Iechonia per 3. menses: additis annis 5. ad quintum post deportatum Iechoniam, fiunt anni quasi 30. Verum hæc opinio merum principium petit. Probandum enim eis est, Ezechielem ab inuentione Legis in exteris locis Æram fixisse. Inueniuntur, qui existiment, 30. illum Ezechielis annum esse 30. à Iobelæo. Verum reclamat supputatio. Quintus enim annus à deportato Iechonia est 3354. Mundi. Anno 3332. annus Iobelæus actus, quod ex diuisione per 49. liquet. Ergo à celebrato Iobelæo ad quintum post deportatum Iechoniam anni tantum 22. elapsi cum 10. Zedekiæ vel à deportato Iechonia sit 27. à Iobelæo Ezech. 29. vers. 17. Nos opinamur, Ezechielem per hunc 30. annum, alicuius Regis annum intelligere, sub quo tum temporis viuebat. In sacris enim simile exemplum occurrit, vbi expresso anno regni, nomen Regis supprimitur. Nehemias enim cap 1. vers. 1. facit mentionem anni 20. Qualis hic annus 20. sit, Nehemias seipse explicat cap. 2. vers. 1. se per annum 20. Artaxerxis annum in regimine intelligere. Viuebat autem tum temporis Ezechiel in Babylonia ad fluuium Chebar. Nullum ergo dubium nobis esse debet, Ezechielem annum 30. regni, Regis Babylonici intelligere. Non fuit autem annus 30. Nebucadnezaris. Annus enim primus huius Regis, est quartus Ioiakimi in scriptura Ierem. 25. vers. 1. à quo ad quintum à deportato Iechonia, vel Zedekiæ anni tantum sunt 13. Vnde colligimus, Ezechielem alium Regem Babyloniæ, Nebucadnezare vetustiorem, intellexisse. Hic autem Rex nullus alius esse potest, quam Nabopollassar, parens Nebucadnezaris, qui filium in Syriam misit ad occupanda nonnulla loca, teste vero Beroso lib. 1. in Appionem Gramm. Parens interea in Babylone mansit. Ab eo autem tempore, quo Nebucadnezar in Syriam venit, scriptura annos regni Nebucadnezaris numerat, cum eius parens per multos bene annos adhuc Babyloniæ viueret. Instituamus iam supputationem. Nabopollassar Nebucadnezaris parēs incepit regnare anno 123. Nabonazaris, quià quintus illius est huius 127. apud Ptolemæum lib. 5 μεγ. συν. c. 14. Ergo illius 30. est 152. Nabonazaræus: Hic quintus est ab abducto Iechonia, à quo ad exterminium Vrbis anni 6. qui additi, 158. Nabonazaræos faciunt ad excidium templi, Quod hoc loco declarandum erat.

Verum hic obiici posset, Berosum, apud Iosephum citato loco, Nabopollassari annos tantum 29. in regno tribuere. Hoc obiectum leuis est momenti: responderi namq; potest 1. Berosum annos completos huius Regis numerasse omissis incompletis. Ita Nebucadnezari tribuit annos 43. cū in sacris ex initio EphilMerodachi colligatur, eum per 43. annos, & 7. menses fere regnasse. Dies enim 27. mensis 12. anni 37. post deportationem Iechoniæ est initium regni EphilMerodachi 2. Regum 25. vers. 27. Ierem. 52. vers. 31. Annus autem deportationis Iechoniæ est octauus Nebucadnezaris iniens 2. Regum 24. vers. 12. adde 7. annos ad 37. prodibunt 44. 2. Et hoc responderi poterit, Chaldæos ab hoc Nabopollassare æram quandam inchoasse, qua Propheta in Babylone viuens, vti voluit.

VII. Ea alligatio, quæ iustam Sabbathicorum annorum ab excidio templi Salomonici

monici ad hæc vsq. tempora seriem constantissima lege seruat, omnibus aliis merito anteferenda.

Nostra alligatio iustam Sabbathicorum annorum ab excidio templi Salomonici ad hæc vsq. tempora seriem constantissima lege seruat.

Ergo omnibus aliis merito anteferenda.

Assumptum per Inductionem probamus. Annus excidii templi Salomonici fuit Sabbatharius, vt probatum c.5. Tit. vltimi prioris libri. Hic annus excidii cum anno 158. Nabonazaræo à nobis conglutinatur. Annus Græcorum vel Alexandreus 149. est Sabbatharius, teste hypothesi IIX. Hic annus conuenit cum anno 585. Nabonazaręo, vt habet IX. hypothesis. Subtrahantur à 585. Nabonazaræis anni 158. remanent 427. qui per 7. diuisi absorbentur. Pari modo annus 177. Alexandreus est Sabbatharius, vt habet IIX. hypothesis. Subtrahatur à 177. Alexandreo 149. remanent 28. qui per 7. diuisi, exacte absorbentur. Ita Iosephus testis est annum captæ ab Herode Hierosolymæ fuisse Sabbathicum, lib. 14. Antiqq. cap. 28. hic autem fuit annus tertius Olympiadis 185. vel 739. Olympiadicus, cum 711. Nabonazaræo conueniens, à quo demptis 158. Nabonazaræis, remanent 553. qui per 7. absorbentur. Ita autor est Matthæus Parisiensis in Anglicana sua historia pagina 148. annum Æræ Christianæ 1189. Iudæis fuisse Sabbatharium. Annus, qui præcessit posteriorem Hierosolymæ euersionem, fuit Sabbatharius, & annus Æræ Christianæ 69. vt sequente capite firmabitur. Hic subtractus à 1189. relinquit 1120. qui per 7. diuisi euanescunt. Et hodiernum Iudaicum Calendarium attestatur, annum æræ Christianorum 1602. fuisse Sabbatharium. Subtractis 1189. à 1602. remanent 413. qui per 7. cum absorptione diuiduntur. Hæc adducta exempla nostrum Argumentum, nostræq; alligationis bonitatem, simul & VI. nostram hypothesin, cap. 1. prolatam, mirifice confirmant, nostramq; mentem mira iucunditate perfundunt. Nam vltima à primis pendent, prima cum mediis & vltimis adamantino nexu inter se cohærent: Quod hoc capite probandum erat.

CAPVT IV.

De alligatione annorum Olympiadicorum, Vrbis, Alexandreorum, & Æræ Christianæ ad annos Sabbatharios.

HÆc σκέψις non quidem est primaria nostri instituti, qui nobis propofueramus antiquissimas gentilium Epochas cum anno exterminii tēpli prioris connectere, quod &, cum Deo, præstitimus: Quia tamen hæc connexio ob veram applicationem annorũ æra Christianę ad annos Mundi suscepta est, non modo vtile, verum & necessarium est, nominatas hasce Epochas cum annis Sabbathariis breuiter alligare. Anni anni autem Nabonazaræi cum Sabbathariis iam alligati sunt hypothesi X. c. 1. huius Tit. vnde connexio annorum Olympiadicorum, Vrbis & Alexandreorum ad Sabbatharios fluit.

Annus exterminii templi Salomonici, qui Sabbatharius est, est annus Olympiadicus 186. qui per 7. diuisus, 4. relinquit. Vnde colligimus, annum primum Olympiadicum in quartum à celebrato Sabbathico cadere, & consequenter in annis Olympiadicis cũ Sabbathariis conferendis 3. ad-

dendus

dendus & numerus per 7. diuidendus. Si enim absorbeatur, veram alligationem factam deprehendemus. Addantur 3. ad 186. Olympiadicum, fiunt 189. qui numerus per 7. diuisus nihil relinquit.

Ita annus 149. Græcorum itidem fuit Sabbatharius, conueniens cum anno primo Olympiadis 154. scilicet Olympiadico 613. addantur 3. fiunt 616. qui per 7. diuisi euanescunt. Ita restatur Iosephus lib. 14. Antiqq. cap. 28. Herodem Hierosolymam expugnasse anno Sabbathario, Olympiade 185. Experiamur per hoc artificium, num Iosephus veram Olympiaden posuerit, & quorus annus datæ Olympiadis fuerit? Annus primus Olympiadis 185. est annus Olympiadicus 737. addito 3. fiunt 740. qui, per 7. diuisi, 5. relinquunt. Atqui numerus absorberi debebat, vnde per hanc excellentem & vere auream manuductionem colligimus, fuisse annum tertium Olympiadis nominatæ, sc. Olympiadicum 739. qui 3. addito, per 7. cum absorptione diuiditur.

Pari modo, annus Vrbis 164. cum excidio templi prioris conuenit. Diuidantur hi anni per 7. remanet 3. Vnde concludimus, annum primum Vrbis incidere in annum quintum à celebrato Sabbathario, (Nam per retrogressionem instituitur numeratio in annorum Sabbathicorum inuestigatione hoc modo: $\frac{1234567}{7654321}$) & consequenter in anno Vrbis dato 4. est addendus, tum annus 7. diuidendus, si cum Sabbathario conuenire debeat. Addatur 4. ad 164. Vrbis, fiunt 168. qui per 7. diuisi absorbentur.

Hac manuductione dissidium Chronologorum componamus. Annus primus Alexandreus nonnullis est annus 441. aliis 442. multis 443. Vrbis. Videamus beneficio huius artificii, vter annus Vrbis ex hisce tribus datis cum primo Alexandreo conueniat. Hæc diffidentia per annum Alexandreum 149. componi potest, hic enim Sabbatharius fuit. Si primus Alexandreus nonnullis est 441. aliis 442. multis 443. ergo 149. Alexandreus erit vel 590. vel 591. vel 592. Vrbis. Videamus, vter annus cum Sabbathario conueniat. Ad 590. addatur 4. & summa per 7. diuidatur, remanebit 6. Ad 591. addatur 4. tum summa per 7. diuisa absorbetur. Vnde colligimus, annum 591. Vrbis cum 149. Alexandreo, & cōsequenter 1. Alexandreum cum 442. Vrbis Varroniano, & nullo alio connectendum. Ita Iosephus restis est, citato loco, Hierosolymæ expugnationem, ab Herode I. factam, cadere in consulatum M. Agrippæ, & Canidii Galli, qui annus Vrbis Varronianus est 717. Veritas rei hac nostra methodo nititur. Si namq; ad annum Vrbis datum 4. addatur, & summa per 7. diuidatur, anni Vrbis positi euanescunt: vnde veritas scriptionis Iosephi hac in parte æstimanda est.

Hoc artificio anni quoq; Alexandrei cum Sabbathariis concatenantur, & concatenatio vt vera confirmatur. Annus 149. Alexandreus est Sabbatharius, reste IIX. hypothesi, diuidatur numerus per 7. remanet. 2. Vnde concludimus, annum 1. Alexandreum cadere in annum 6. semitæ, & consequenter Alexandreis ad annos Sabbatharios applicandis, 5. addendum, summamq; per 7. cum absorptione diuidendam. Adde 5. ad 149. Alexand. fiunt 154. qui numerus per 7. diuisus absorbetur. Ita Iosephus restis est, annum Alexandreum 177. quo Simon Maccabæus dolo generi sui Ptolomæi interfectus est, fuisse Sabbathicum, lib. 13. Antiqq. c. 15. & lib. 1. belli c. 2. Videamus an verum sit ex methodo iam data. Addantur 5. ad 177. fiunt 182. abiiciantur omnia septenaria, nihil remanebit. Ergo Iosephus hîc vera scripsit, & historiam cum tempore congrue colligauit.

Simili plane via anni æræ Christia. ad Sabbatharios alligari possunt. Annus

Annus 1189. æræ Christianæ est Sabbatharius, teste Matthæo Parisiensi: hic annus per 7. diuisus, 6. relinquit. Ita annus 1602. Christianus itidem Sabbathicus est, teste Iudæorum Calendario, qui numerus per 7. diuisus, & ipse 6. relinquit. Ex hac supputatione hanc desumimus collectionem, annum 1. æræ Christianæ cum anno 2. à Sabbathico conuenire, & consequenter ad inuestigandos annos Sabbathicos in annis æræ Christianæ, ad hos vnitatē addendam, summamq; per 7. cum numeri absorptione diuidendam. Addatur vnitas ad annos 1189. & 1602. fiunt 1190. 1603. qui per 7. diuisi euanescūt. Annus, præcedens posteriorem templi euersionem, fuit Sabbatharius. Necesse ergo est, in talem æræ Christianæ annum cadat, qui per 7. (si vnitas addatur) exacte diuidi possit. Adde ad 69. annum æræ Christianæ vnitatem, fiunt 70. qui numerus per 7. absorbetur. Ergo annus, præcedens posteriorem templi desolationem, Christianus est 69. ipse vero annus euersionis 70. Vnde audacter affirmare possumus, omnes eos falsam habere & defendere alligationem, qui exterminium posterioris templi vel in 71. vel in 72. annum æræ Christianæ coniiciunt, cuius rei ratio vel ex hac sola manuductione oculariter iuuenruti proponi potest.

CAPVT V.

De vera alligatione Æræ Christianæ ad Æram annorum Mundi.

STupenda & admirāda plane est Chronologorum varietas in applicatione æræ Christianæ ad annos à Mundo: vix enim ista varietas Catalogo consignari potest, & longum bene Catalogum istius varietatis B. noster Chemnitius habet lib. 1. harm. Euang. cap. 8. Causa rei triplex est præcipue. 1. Varia numeratio annorum à Mundo ad excidium prioris templi, dum alii annum Mundi 1656. alii 1657. currentem Diluuii faciunt: 2. nonnulli Abrahamum anno 70. parentis sui; alii 130 genitum opinantur. 3. Ita dissidium est in termino à quo 430. annorum Ægyptiacæ seruitutis, de quibus Exod. 12. ỳ. 40. Gal. 3. ỳ. 17. 4. Sunt, qui multo plures annos ab Exodo ad initium structuræ prioris templi numerent, quam 480. cōtra expressum definirum numerum 1. Reg. 6. v. 1. 5. Inueniuntur, qui annos Regum Iuda & Israelis non recte inter se connectant, de quo dissidio pluribus actum libro priore, distinctis in capitibus, vbi simul monstratum, quot anni à Mundo ad πυρολεθρίαν prioris templi ex rei veritate numerandi sint. 6. Huc pertinet falsa Græcorum in annis Patriarcharum ante & post Diluuium numeratio in Genesios 5. & 11. capp. dum annos illos contra Mosaicū positum, vltra mille extendunt. Hinc adeo fit, vt Græci à Mundo ad Messiæ natiuitatem annos vltra 5000. numerent. Qua de re supra pluribus actum.

2. Erronea alligatio antiquissimarum gentilium Epocharum: Olympiadicæ, Vrbis, Nabonazareæ ad annos conditus Mundi. Cum enim Scriptura in anno exterminii templi Salomonici Chronologicam annorum telam abrumpat, merito desudandum, vt cum isto excidii anno, & consequenter annis Mundi tres nominatæ gentilium Epochæ connectantur, quod tamen à multis minus recte factum est, præsertum à Funccianis. Qua de re in Tit. 2. huius libri pluribus egimus.

3. Tumultuaria & absq; ratione facta connexio Epocharum inter se, quæ præcipitantia & confusio ex neglectu, quin imo & inscitia Chronologi-

S

logicorum Characterum oritur. Hanc præcipitantem & tumultuariam confusionem applicationis æræ Christianæ ad annos Mundi euitare possumus, si nonnullos Chronologicos characteres obseruemus, eosque præcipue binos.

Prior est, Chronologica æræ Christianæ ad annos Olympiadicos, Vrbis, Nabonazaræos & Sabbathicos alligatio, de qua capite præcedente. Hæc alligatio illorum Chronologorum dissidium componit, qui vno vel altero anno inter se in alligatione annorum Olympiadicorum, Vrbis, Nabonazaræorum ad æram Christianam dissident. Alii namq; volunt, Christianæ æræ initium cadere in secundum; alii in tertium; nonnulli in quartum annum Olympiadis 194. vel 774. 775. 776. Olympiadicos: in 751 752. 753. 754. Vrbis Varronianum: in 746. 747. 748. Nabonazaræum. Hoc paucorum annorum dissidium beneficio nostræ manuductionis optime conciliari, annusq; primus æræ Christianæ cum vero Olympiadico, Vrbis, Nabonazaræo firmiter connecti potest. Diximus enim capite præced. annum 1. æræ Christianæ cadere in secundum à celebrato Sabbathario: & hoc addidimus, 1. annum Olympiadicum, vt & primum Nabonazaræum in quartum à celebrato Sabbathico: primum vero Vrbis in quintum semitæ cadere. Differentia ergo annorum Olympiadicorum & Nabonazaræorum ratione æræ Christianæ, ad Sabbatharios annos applicatæ, est vnitas: annorum vero Vrbis binarius. In annis ergo Olympiadicis & Nabonazaræis datis, vnitas; in annis Vrbis binarius addendus, qui annus per 7. absorbetur, verus annus est, cum primo æræ Christianæ conueniens. Beneficio ergo huius artificii hoc modo progredimur. Aut annus 774. aut 775. aut 776. Olympiadicus est 1. æræ Christianæ. Atqui non est annus 774. 775. quia hi duo numeri, vnitate addita, per 7. diuisionem non absorbentur. Restat ergo 776. Olympiadicus, qui, vnitate addita, per 7. diuisus euanescit. Porro: aut annus 746. aut 747. aut 748. Nabonazaræus est 1. æræ Christianæ. Atqui non est 746. neq; 747. quia vnitate addita per 7. non absorbentur. Ergo 748. Nabonazaræus verus annus est, cum 1. æræ Christianæ conueniens, quia per vnitatis additionem, perq; 7. diuisionem absorbetur. Præterea, aut 751. aut 752. aut 753. aut 754. annus Vrbis Varronianus conuenit 1. æræ Christianæ. Verum 751. 752. 753. non conuenit, quia per 2. additionem, & 7. diuisionem absorberi non possunt. Ergo annus vrbis 754. verus annus Vrbis est, cum primo æræ Christianæ conueniens, quia 2. addito, & per 7. diuiso, nihil relinquit.

Huius ergo colligationis beneficio elicimus, initium æræ Christianę ab anno excidii templi Salomonici annis 590. ex rei veritate distare. Annũ enim Olympiadicum 186. Vrbis 164. Nabonazareum 158. cum exterminio prioris templi conuenire supra probatum, qui subtracti à 776. 754. 748. relinquunt 590. Atqui annus excidii templi est Mundi 3360. additis 590. fit annus Mundi 3950. in quem 1. æræ Christianę annus locandus est.

Posterior character, est æræ Christianæ ad Olympiadicam, Vrbis, Nabonazaream per Cycles ☉ & ☽ applicatio. Hæc omnium est magnificentissima, illudq; dissidium componit, quo Chronologi multis inter se annis dissident. Cyclus ☉ est reuolutio 28. annorum, quibus elapsis omnes feriæ in hebdomade in orbem redeunt. Causa istius reuolutionis feriarum partim est vnitas, post dierum anni per 7. diuisionem remanens: partim dies bissextus, quarto quouis anno absoluto intercalatus. Annus enim Iulianus, non intercalatus, est dierum 365. qui per 7. diuisi, vnitatem relinquunt.

quunt. In anno autem intercalari feria mutatur, transitque v. g. de prima in tertiam. Hic saltus causa est turbationis feriarum in hebdomade. Hæc feriarum ἀνωμαλία si septies accidat, id est, si dies bissextilis septies repetatur, omnes feriæ in hebdomade in orbem redeunt, nouumq; Cyclum faciunt, id quod ex sequente schemate videre est.



Ex his colligitur, hunc Cyclum non excogitatum ad motum solis venandum, sed Dominicalem literam inuestigandam, & saltum illum feriarum in anno Iuliano notandum, absque quo si esset, Cycli huius tantus non foret vsus. Atqui iam maximus est. Feria namque hebdomadis data, & ad diem mensis in anno Iuliano applicata, annum illum à sex reliquis, vel antecedentibus, vel consequentibus huius Cycli beneficio distinguere possumus. Exempla huius rei plurima occurrunt in Ecclesiastica historia, in qua res gestæ ad ferias & dies mensium applicatæ sunt. Hic positus bono Chronologo genuinus Character est, cuius ductu tempus examinare & venari potest. Si veram temporis assignationem factam inuenit, magnam Historiæ fidem addit, vt lector de eius veritate minime dubitare possit.

Cyclus ☽ est reuolutio 19. annorum, quibus finitis Nouilunia & Plenilunia fere ad idem tempus redeunt, cumque solari motu, & Tropico anno conueniunt. Græcis hic Cyclus nominatur ἐννεαδεκαέτηρις decemnouennalis: vulgo numerus aureus, ob insignem eius vtilitatem in notandis mobilibus festis anni, & motibus Lunæ. Aurea est huius Cycli vtilitas. Nudus enim eius positus 1. annum aliquem à reliquis 18. distinguit. 2. terminum paschalem constituit. 3. fundamentum est confectionis totius Calendarii, cuius prima cura est verum Paschatis terminum constituere, ex quo postea reliqua festa ordinantur.

Hi duo Cycli inter se colligati, annum aliquem à 532. reliquis distinguunt & signant. Cycli namque v. g. primus ⊙, & primus ☽ non redeunt nisi 532. annis elapsis. Quilibet ergo magnam horum Cyclorum vtilitatem in signandis annis animaduertit: quin imo horum Cyclorum beneficio variæ Epochæ inter se nexu plane indissolubili concatenari & conglutinari possunt. Et omnibus Chronologis humani sua sores sumus, vt in confectionibus Systematum Chronologicorum aureos hosce characteres adhi-

S 2 beant,

beant, eorumque beneficio Epochas inter se connectant. Qua in parte saluberrima frena habebunt in temperanda alligatione, quam sæpe absque omni ratione à plurimis Chronologis fieri, magno cum dolore experimur.

His prælibatis, ipsam connexionem suscipiamus: Qua in re aliquo fundamento nobis opus est, cui sequentem structuram supponamus. Fundamentum vero nobis esto Censorini locus, supra citatus cap. 5. Tituli primi huius libri. Ait Censorinus: se librum suum scripsisse anno Olympiadico 1014. Vrbis 991. Nabonazaræo 986. Hos annos exterarum Epocharum Chronologi coniiciunt in annum Æræ Christianæ vel 237. vel 238. vel 239. Baronius in annum 240. Bellum hoc felicissime componi potest beneficio Cyclorum ☉ & ☽, quinimo & solo Cyclo ☉. Testatur enim idem Censorinus, annum Nabonazaræum 986. incepisse ex ante diem 7. Calend. Iulii, siue 25. Iunii, id quod ex methodo, superius cap. 4. Titul. 1. huius libri, verum esse deprehendimus. Annus autem primus Nabonazareus cœpit feria quarta, seu die ☿ in Meridie, vt id ante nos Astronomi firmiter demonstrarunt. Inde concludimus, annum Nabonazaræum 986. cœpisse feria secunda, seu die ☽. Anni namque Nabonazaræi 985. absoluti per 365. dies multiplicati constituunt dies 359525. his si addantur 3. & omnia 7. abiiciantur per diuisionem, remanebit vnitas: vnde constat, primum diem anni 986. Nabonazaræi incidisse in feriam secundam. Hæc autem secunda feria fuit 25. Iunii. Beneficio huius characteris inuestigare possumus, in quemnam Æræ Christianæ annum ex datis, annus 986. Nabonazaræus initii ratione cadat. Quod negotium ex solo Cyclo ☉ eruitur, qui mihi præbet literam Dominicalem. Primus annus Æræ Christianæ omnium consensu habet Cyclum ☉ 10. quia præsens 1613. habet Cyclum 26. Vnde coniicimus, ad inuestigandum annum Cycli ☉ in annis Æræ Christianæ, 9. addendum, illumque annum per 28. diuidendum, quod remanet, dat mihi annum Cycli solaris, quo datus annus Æræ Christianæ decurrat.

Annus ergo Æræ Christianæ 237. decurrit Cyclo ☉ 22. annus 238. Cyclo ☉ 23. annus 239. ☉ 24. & 240. Cyclo ☉ 25. Ex hac necessaria inuestigatione annus 986. Nabonazaræus ad annum aliquem Æræ Christianæ ex positis firmissime applicari potest. Annus 22 Cycli ☉ dat mihi literam Dominicalem A. ergo 25. Iunii debet habere literam B. si annus ille Nabonazaræus initii ratione in annum Æræ Christianæ 237. cadat. Verum non habet B. sed A. Ergo annus hic Æræ Christianæ non est genuinus cum anno Nabonazaræo 986. conueniens.

Ita annus 239. Æræ Christianæ Cyclum ☉ 24. habet, qui nobis exhibet literam Dominicalem F. Ergo 25. Iunii debebat habere G. si genuinus esset annus, cum 986. Nabonazaræo coincidens. Verum 25. Iunii non habet G. annus ergo Nabonazaræus, sæpe nominatus, quoad principium non cadit in annum Æræ Christianæ 239. Simile sit iudicium de anno Æræ Christianæ 240. decurrente Cyclo ☉ 25. qui habet literam Dominicalem post 24 Februarii E. ergo 25. Iunii debebat habere F. atqui non habet F. sed A.

Vnde concludimus contra Baronium, annum Æræ Christianæ 240 non conuenire cum 986. Nabonazaræo. Sumamus ergo annum 238. habentem Cyclum ☉ 23. literam Dominicalem G. Ergo necesse est 25. Iunii, vt secundam feriam, habere A. & habet sane.

Vnde

Vnde ἀνάδοσιν inferimus annum Nabonazaræum 986. incepiſſe 25. Iunii, anno Æræ Chriſtianæ 238. & nullo alio. Et qui hoc charactere deſtituitur, is nunquam feliciter exteras Epochas ad annos Æræ Chriſtianæ alligabit. Huic Cyclo ☉ addamus & Cyclum ☽ in anno Æræ Chriſtianæ 238. qui fuit 11. quia præſens 1613. habet Cyclum ☽ 18. ergo primus Æræ Chriſt. habebit Cyclum ☽ 2. Vnde conſequitur, nemine plane contradicente, annum Æræ Chriſtianæ 238. Cyclo ☽ 11. decurrere. Ergo annus Nabonazaræus 986. priore ſui parte habebit Cyclum ☉ 23. ☽ 11. His Cyclis ☉ & ☽ in anno 986. Nabonazaræo inuentis, venemur Cyclos in primo anno Nabonazaræo, id vt cum ratione ſuſcipiatur, notandum, annum primum Nabonazaræum cœpiſſe 26. Februarii: 986. 25. Iunii, teſte Cenſorino.

Ergo anni Nabonazaræi ad Iulianum annum applicati, Cenſorini temporibus per dimidium annum & vltra in præcedentem Iulianum retrogreſſi fuerunt, quo fit, vt in indagatione Cyclorum ☉ & ☽ in anno 986. Nabonazaræo vnitas abiicienda ſit, vt hæc anticipatio annorum Nabonazaræorum legitime conſtituatur. Hinc ita progredimur. Annus Nabonazaræus 986. 25. Iunii incipiens, priore ſui parte habet Cyclum ☉ 23. quoto Cyclo incipiet primus? Diuide 986. annos per 28. remanebunt 6. Abiecta vnitate, remanet 5. Atqui debebant eſſe 23. ſi primus annus Nabonazaræus Cyclo primo incepiſſet, ſed quia 5. tantũ remanent, hinc colligimus, de Cyclo ☉, 18. annos iam elapſos fuiſſe, & conſequenter primum Nabonazaræum anno 19. Cycli ☉ incepiſſe. Simili modo in Cyclo ☽ eruendo progredimur.

Annus Nabonazaræus 986. priore parte decurrit Cyclo ☽ 11. quoto primus? Diuide 986. annos per 19. remanent 17. abiecta vnitate fiunt 16. Atqui tantum debebant eſſe 11. ſi primus Nabonazaræus in primum Cycli ☽ incidiſſet. Addo ad 11. integrum Cyclum ☽, fiunt 30. ſubtraho 16. à 30. remanent 14. Hinc concludo per Arithmeticam ἀπόδειξιν, 14. annos iam elapſos fuiſſe de Cyclo ☽, & conſequenter primum Nabonazaręum incidere in Cyclum ☽ 15. Cyclus ergo ☉ 18. ☽ 14. eſt character inueſtigationis Cyclorum in annis Nabonazaræis prioribus 228. ſi ſcilicet anno Nabonazaręo dato ad eruendũ Cyclum ☉ 18. ad venandum Cyclum ☽ 14. addantur, & ſumma per 28. & 19. diuidatur, id quod ex diuiſione remanebit, monſtrabit mihi Cyclum ☉ & ☽ in anno Nabonazaræo dato. Verbi gratia: Quoto Cyclo ☉ & ☽ currit annus 123. Nabonazaręus, quo Nabopollaſſar in Babylone regnare cœpit, teſte Ptolemęo lib. 5 μεγ. συν. cap. 14. In Cyclo ☉ eruendo adde 18. fiunt 141. hunc numerum diuide per 28. remanebit vnitas. Annus ergo 123. Nabonazaręus cœpit Cyclo ☉ primo. In Cyclo ☽ inquirendo addo 14. fiunt 137. diuido per 19. remanent 4. Ergo pręnominatus annus Nabonazaręus cœpit Cyclo ☽ quarto.

Hęc methodus ad 228. annum Nabonazaręum perdurat. Quia namque annus hic vltimo Decembris incipit, & ita in annum pręcedentem regreſſus eſt (qui regreſſus ad 1688. Nabonazareum durat) fit, vt in annis Nabonazarę is à 228. ad 1686. ad Cyclum ☉ venandum, vnitate abiecta, 17. tantum addantur: ad Cyclum ☽ 13. tum annus datus per 28. & 19. diuidatur, numerus remanens dabit mihi ☉ & ☽ Cyclos. Verbi gratia: Scire deſidero, quoto Cyclo ☉ & ☽ annus Nabonazaręus 748. priore ſui parte decur-

decurrat. Addo in Cyclo ☉ inuestigando ad annum datum 17. fiunt 765. qui diuisi per 28. relinquunt 9. In Cyclo ☽ eruendo, anno dato addantur 13. fiunt 761. qui per 19. diuisi, vnitatem relinquunt. Ergo annus 748. Nabonazaræus incipit Cyclo ☉ 9. ☽ 1. Incipit autem 23. Augusti in vero Calendario Iuliano: 22. Augusti in tum temporis viriato. Ergo idem annus Nabonazaræus post quinque quasi menses à Calendis Ianuarii sequentis anni assumit Cyclum ☉ 10. ☽ 2. Atqui primus annus æræ Christianæ decurrit Cyclo ☉ 10. ☽ 2. vt id supra probatum, & nemo repugnat. Ergo necesse est annum Nabonazaræum 748. posteriore sui parte cum primo anno æræ Christianæ conuenire. Si namque error esset, foret annorum 532. (Hi duo namque Cycli inter se iuncti, non redeunt nisi 532. annis absolutis.) Atqui hoc neminem asserturum existimo, qui micam rationis habet. Ex hoc ergo artificio elicimus, ex anno Nabonazaræo 748. ad mediam noctem, quæ incipit Calendis Ianuarii anno primo æræ Christianæ elapsos fuisse dies 130. horas 12. & 11. Tybi anni Nabonazaræi 748. conuenire cum Calend. Ian. primi anni æræ Christianæ.

Hac indagatione data, non difficile est in Epocha Olympiadica, & Vrbis verum Cyclum ☉ & ☽ inuenire, eum easdem cum primo anno æræ Christianæ connectere. Primus annus Nabonazaræus incidit in 29. Olympiadicum, dimidia sui parte & plus elapsum. Atqui primus Nabonazaræus habet Cyclum ☉ 19. ☽ 15. Ergo primus Olympiadicus cœpit Cyclo ☉ 18. ☽ 5. qui Cycli dimidia sui parte iam elapsi erant. Quiliber enim Olympiadicus cum duobus annis æræ Christianæ, & ita cum duobus diuersis ☉ & ☽ Cyclis participat. In eruendo ergo Cyclo ☉ & ☽ in annis Olympiadicis ratione prioris partis ad Cyclum ☉ 17. ad ☽ 4. addenda (semper enim in inueniendo Cyclo numerus, vnitate minor, quam primus illius Epochæ annus habet ad methodum Cycli est addendus) tum numerus per 28. & 19. diuidendus: quod remanet, dabit ☉ & ☽ Cyclos in quolibet anno Olympiadico. Hoc fundamento posito, verus annus Olympiadicus cum primo æræ Christianæ omnium firmissime connecti potest. Annus enim Olympiadicus in hæc vsque tempora cadens, qui posteriore sui parte Cyclum ☉ habet 10. ☽ 2. genuinus est annus cum primo æræ Christianæ conueniens. Sume annum Olympiadicum 776. adde 17. fiunt 793. anni, diuide per 28. remanent 9. adde item 4. fiunt 780. diuide per 19. remanebit vnitas. Ergo annus hic Olympiadicus priore sui parte cadit in eiusmodi annum, qui Cyclum ☉ 9. ☽ 1. habet: posteriore, qui habet Cyclum ☉ 10. ☽ 2. Verum his Cyclis primum annum æræ Christianæ incipere, supra demonstratum est. Necesse ergo est annum Olympiadicum 776. siue annum quartum Olympiadis 194. posteriore parte cum primo anno Æræ Christianæ conuenire. Si namque error subesset, esset is 532. annorum, quem nullus Historicorum & Chronologorum admittet.

Primus annus Vrbis Varronianus cadit in finem anni 23. Olympiadici, vel initium anni 24. Hic annus Olympiadicus conuenit cum Cyclo ☉ 13. ☽ 9. quod experieris, si iam ex tradita methodo ad Cyclum ☉ venandum 17. ad ☽ 4. addideris, & annum datum per 28. & 19. diuiseris. Adde 17. ad 24. habebis 41. qui diuisi per 28. relinquunt 13. Adde 4. ad 24. habebis 28. diuide per 19. remanebunt 9. Vnde concludimus, primum annum Vrbis Varronianum, cum 24. Olympiadico conuenientem, cadere in Cyclum ☉ 13. ☽ 9. & consequenter ad annũ Vrbis datum,

tum, cuius Cyclos desideramus, ad Cyclum ☉ inquirendum 12. ☽ 8. addenda, tum summã per 28. & 19. diuidendam. Verbi gratia si quispiam scire expeteret, quoto Cyclo ☉ & ☽ annus Vrbis 754. inceperit? Ex methodo iam proposita ad Cyclum ☉ venandum addat 12. fiunt 766. quæ diuisa per 28. relinquunt 10. ad ☽ venandum addat 8. fiunt 762. quæ diuisa per 19. relinquunt 2. Annus ergo Vrbis 774. Varronianus decurrit Cyclis ☉ 10. ☽ 2. Hos autem Cyclos primus quoque æræ Christianæ annus habet. Sequitur ergo per irrefutabilem demonstrationem, annum Vrbis datum, & à Calendis Ianuarii numeratum, cum primo anno æræ Christianæ conuenire. Quod hoc capite clausulæ loco demonstrandum nobis proponebamus. Vnde & id consectarium profluit, verum & genuinum interuallum ab excidio templi Salomonici ad primũ æræ Christianę annum, 590. annorum esse, primumque æræ Christianæ cum 3950. conuenire; quod negotium iam supra in hoc capite est propositum.

CAPVT VI.

Cyclorum in annis Mundi, inuestigatio.

PRimus æræ Christianæ annus nobis cadit in annum Mundi 3950. ineuntẽ à Cal. Ian. Ad inuestigãdos ergo annos Mundi in annis æræ Christianę, anno æræ Christianæ dato anni absoluti 3949. à Mũdo addẽdi sunt: quod ex additione resultat, dat verum annum à Mundo. V.C. Annus æræ Christianæ 1614. quotus est à Mundo? Additis 3949. fiunt anni 5563. à Mundo. Venemur & Cyclos in primo anno à Mundo. Primus annus æræ Christianæ est 3950. decurrens Cyclis ☉ 10. ☽ 2. Quotum Cyclum ☉ & ☽ habebit primus Mundi annus? Adhibito Arithmetico artificio, & Astronomica scientia inueniemus, primũ, à prima rerum origine, annum à Calendis Ianuarii inchoatum, incidere in Cyclum ☉ 9. ☽ 5. Artificium hoc modo peragitur. Annus Mundi 3950. diuidatur per 28. remanet 2. Atqui 10. esse debebat, si primus Mundi annus Cyclo ☉ primo incepisset. Subtracto 2. à 10. manet 8. Vnde colligimus, annum primum Mundi in Cyclum ☉ 9. cadere. Simili modo annus Mundi 3950. per 19. diuisus relinquit 17. Atqui 2. esse debebat, si primus annus à conditu Mundi Cyclo ☽ 1. cœpisset. Additis 19. annis, vel toto ☽ Cyclo ad 2. fiunt 21. à quibus subtractis 17. relinquunt 4. Vnde demonstramus, primum Mundi in Cyclum ☽ 5. cadere ex Astronomica hypothesi, licet ante primum Mundi annum nullus alius annus decurrerit. In inuestigatione ergo Cycli ☉ in aliquo Mundi anno 8. addendus, in Cyclo ☽ 4. numerusque per 28. & 19. diuidendus. Residuum exhibebit mihi Cyclos anni Mundi. V.C. Annus excidii prioris templi est annus Mundi 3360. Ad Cyclum ☉ venandum adde 8. fiunt 3368. diuide per 28. remanent 8. Ad Cyclum ☽ adde 4. fiunt 3364. diuide per 19. remanet vnitas. Annus ergo πανολεθρίας Salomonici templi decurrit Cyclis ☉ 8. ☽ 1. Pari via: Annus primus æræ Christianæ nobis est annus Mundi 3950. Ad Cyclum ☉ inquirendum adde 8. fiunt 3958. diuide per 28. remanent 10. Ad ☽ Cyclum indagandum adde 4. fiunt 3954. diuiso hoc anno per 19. relinquitur 2. Quos Cyclos primus æræ Christianæ annus habet. Desinamus ergo tandem in Chronologia nugari, veraque cum ratione & irrefutabili Methodo mutuos Epocharum annos beneficio cœlestium

motuum & Chronologicorum characterum inter se connectamus. Hoc enim pharmacum vere probatorium erit contra animi titubationem & irrationalem præcipitantiam in connectendis mutuis inter se Epochis; tum ad innumera Chronologorum dissidia inter se concilianda. Particulares autem Historiæ difficultates, vniuersalem temporum alligationem infringere minime possunt.

Tantum in hac Chronologica πραγματεία explicandum & confirmandum nobis proposuimus, quod & cum DEO feliciter absoluimus, cui sit laus, honos, gloria, seculis nullo fine terminandis.



DVÆ



DVÆ DECADES

NOBILIORVM CHRONOLOGICO-HISTORICARVM OBSERVATIONVM APPENDICIS LOCO DVOBVS HISCE LIBRIS PROPTER MELIOrem eorundem illustrationem, ab Autore adiectarum.

PRIORIS DECADIS

PRIMA OBSERVATIO.

DE VERIS FRAGMENTIS BEROSI ET MEgasthenis quo ad Babylonicos Reges à Nebucadnezare ad Cyrum, primum Persarum Regem.

B*Erosus* Chaldaicarum rerum Scriptor, Beli Sacerdos, paulo post tēpora Alexandri M. vixit, cui ob diuinas prædictiones Athenienses publice in Gymnasio statuam inaurata lingua statuere, teste Plinio lib. 7. c. 37. Descripsit Chaldaicam Historiam in tribus libris, teste Tatiano: βήρωσσος τὴν χαλδαίων ἱστορίαν ἐν τρισὶ βιβλίοις κατατάξας. Hi libri temporis iniuria magno Chaldaicæ Historiæ detrimento interiere. Nobile fragmentum diuinitus nobis relictum & conseruatum est apud Iosephum lib. 10. Orig. c. 11. & libro priore in Appionem, item apud Eusebium lib. 9. præparationis Euangelicæ. cap. 4.

Ἀκούσας δ' ὁ πατὴρ αὐτοῦ Ναβοπολλάσαρος, ὅτι ὁ τεταγμένος σατράπης ἔν τε Αἰγύπτῳ καὶ τοῖς περὶ τὴν Συρίαν τὴν κοίλην, καὶ τὴν Φοινίκην τόποις ἀποστάτης γέγονεν, οὐ δυνάμενος ἔτι κακοπαθεῖν, συστήσας τῷ υἱῷ Ναβουχοδονοσόρῳ ὄντι ἔτι ἐν ἡλικίᾳ μέρη τινὰ τῆς δυνάμεως, ἐξέπεμψεν ἐπ' αὐτόν.

Συμμίξας δὲ Ναβουχοδονόσορος τῷ ἀποστάτῃ, καὶ παραταξάμενος, αὐτοῦ τε ἐκυρίευσε, καὶ τὴν χώραν ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν ἐποίησε.

CVm audiuisset Parens eius (*Nebucadnezaris*) *Nabopollassarus* satrapam Ægypti & Cœlesyriæ Phœniciæque locis præfectum, rebellionem fecisse, nec ipse iam labores ferre posset, tradita filio Nabuchodonosoro adhuc ætate vigenti parte copiarum, ad eum misit.

Nabuchodonosor autem cum rebelli prælio congressus victor euasit, & regionem denuo sub eius potestatem redegit.

Acci-

Accidit autem circa illud tempus, vt morbo correptus eius patre Nabopollassarus in Babylonicorum vrbe vitam finiret, cum regnasset *annos viginti nouem*.

Cuius obitu haud multo post cognito Nabuchodonosorus compositis Ægypti, reliquæq; regionis rebus, captiuisq; Iudæis & Phœnicibus & Syris, & Ægyptiarum gentium commendatis quibusdam amicorum, qui eos cum copiis reliquisque facultatibus reportarent, ipse cum paucis per solitudinem itinere facto, Babylonem venit.

Administrabantur tum res Babylone à Chaldæis, seruabaturque regnum ab illorum optimo. Hunc ille statum nactus, & patrio imperio per totum potitus, captiuos adiit, eisque Colonias in opportunissimis Babyloniæ locis assignauit. Ipse ex manubiis fanum Beli, & reliqua magnifice exornauit, & veteri vrbi alteram extrinsecus adiunxit: ac ne deinceps possent hostes, si forte vrbem obsiderent, auerso flumine eam aggredi, vrbem, tum interiorem, tum exteriorem, triplici muro cinxit, hanc ex cocto lapide, illam ex eodem, addito etiam bitumine. Ita vrbe egregie murata, portisque auguste exornatis, extruxit præter patrium palatium, alterum illi contiguum, altitudine operisque magnificentia præstans, quæ omnia enatrare, longum fuerit. Illud insigne est, quod tam ingens, tamque superbum opus, diebus quindecim perfectum est. In hoc palatio lapideas moles excelsas extruxit, aspectu montibus simillimas, & omni genere arborum consitas, & hortos illos pensiles appellatos, ædificauit in gratiam vxoris suæ, quod ea in Mediæ locis nutrita, montanum aspectum desideraret. Igitur *Nabuchodonosorus* postquam, quem diximus, mu-

Τῷ δὲ πατρὶ αὐτοῦ συνέβη Ναβοπολλασάρῳ κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἀρρωστήσαντι ἐν τῇ Βαβυλωνίων πόλει μεταλλάξαι τὸν βίον ἔτη βεβασιλευκότι εἰκοσιεννέα.

Αἰσθόμενος δὲ μετ᾽ οὐ πολὺ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν Ναβουχοδονόσορος, καταστήσας τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον πράγματα καὶ τὴν λοιπὴν χώραν, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους Ἰουδαίων τε καὶ Φοινίκων καὶ Σύρων καὶ τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἐθνῶν συντάξας τισὶ τῶν φίλων μετὰ τῆς δυνάμεως, καὶ τῆς λοιπῆς ὠφελείας ἀνακομίζειν εἰς τὴν Βαβυλωνίαν, αὐτὸς ὁρμήσας ὀλιγοστὸς παρεγένετο διὰ τῆς ἐρήμου εἰς Βαβυλῶνα.

Καταλαβὼν δὲ τὰ πράγματα διοικούμενα ὑπὸ Χαλδαίων, καὶ διατηρουμένην τὴν βασιλείαν ὑπὸ τοῦ βελτίστου αὐτῶν, κυριεύσας ἐξ ὁλοκλήρου τῆς πατρικῆς ἀρχῆς, τοῖς μὲν αἰχμαλώτοις παραγενομένοις, συνέταξεν αὐτοῖς ἀποικίας ἐν τοῖς ἐπιτηδειοτάτοις τῆς Βαβυλωνίας τόποις ἀποδεῖξαι. αὐτὸς δὲ ἀπὸ τῶν ἐκ τοῦ πολέμου λαφύρων, τό τε Βήλου ἱερὸν καὶ τὰ λοιπὰ κοσμήσας φιλοτίμως, τήν τε ὑπάρξασαν ἐξ ἀρχῆς πόλιν καὶ ἑτέραν ἔξωθεν προσχαρισάμενος καὶ ἀναγκάσας πρὸς τὸ μηκέτι δύνασθαι τοὺς πολιορκοῦντας, τὸν ποταμὸν ἀναστρέφοντας ἐπὶ τὴν πόλιν κατασκευάζειν, περιεβάλετο τρεῖς μὲν τῆς ἔνδον πόλεως περιβόλους, τρεῖς δὲ τῆς ἔξω τούτων, τοὺς μὲν ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ ἀσφάλτου, τοὺς δὲ ἐξ αὐτῆς πλίνθου. Καὶ τειχίσας ἀξιολόγως τὴν πόλιν καὶ τοὺς πυλῶνας κοσμήσας ἱεροπρεπῶς προσκατεσκεύασε τοῖς πατρικοῖς βασιλείοις ἕτερα βασίλεια ἐχόμενα ἐκείνων ὑπεραίροντα ἀνάστημα, καὶ τὴν πολλὴν πολυτέλειαν, μακρὰ δ᾽ ἴσως ἔσται ἐάν τις ἐξηγῆται. Πλὴν ὄντα γε ὑπερβολὴν ὡς μεγάλα καὶ ὑπερήφανα συνετελέσθη ἡμέραις δεκαπέντε. Ἐν δὲ τοῖς βασιλείοις τούτοις ἀναλήμματα λίθινα ὑψηλὰ ἀνοικοδομήσας καὶ τὴν ὄψιν ἀποδοὺς ὁμοιοτάτην τοῖς ὄρεσι καταφυτεύσας δένδρεσι παντοδαποῖς ἐξειργάσατο. Καὶ κατασκευάσας τὸν καλούμενον κρεμαστὸν παράδεισον, διὰ τὸ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἐπιθυμεῖν τῆς ὀρείας διαθέσεως ὡς τεθραμμένην ἐν τοῖς κατὰ Μηδίαν τόποις. Μετὰ τὸ ἄρξασθαι τοῦ προειρημένου τεί-

rum

χοῦ ἐμπεσὼν εἰς ἀῤῥωστίαν μετηλλάξατο τὸν βίον, βεβασιλευκὼς ἔτη τεσσαράκοντα τρία. Τῆς δὲ βασιλείας κύριος ἐγένετο ὁ υἱὸς αὐτοῦ Εὐιλμαράδουχος, οὗτος προστὰς τῶν πραγμάτων ἀνόμως καὶ ἀσελγῶς, ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ τοῦ τὴν ἀδελφὴν ἔχοντος αὐτοῦ Νηριγλισοοροόρου ἀνῃρέθη, βασιλεύσας ἔτη δύο. Μετὰ δὲ τὸ ἀναιρεθῆναι τοῦτον διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν ὁ ἐπιβουλεύσας αὐτῷ Νηριγλισσόορος ἐβασίλευσεν ἔτη τέσσαρα. Τούτου υἱὸς Λαβοροσσοάρχοδος ἐκυρίευσε μὲν τῆς βασιλείας παῖς ὢν μῆνας ἐννέα, ἐπιβουλευθεὶς δὲ διὰ τὸ πολλὰ ἐμφαίνειν κακοήθη, ὑπὸ τῶν φίλων ἀπετυμπανίσθη. Ἀπολομένου δὲ τούτου, συνελθόντες οἱ ἐπιβουλεύσαντες αὐτῷ, κοινῇ τὴν βασιλείαν περιέθηκαν Ναβοννήδῳ τινὶ τῶν ἐκ Βαβυλῶνος, ὄντι ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπισυστάσεως. Ἐπὶ τούτου τὰ περὶ τὸν ποταμὸν τείχη τῆς Βαβυλωνίων πόλεως ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ ἀσφάλτου κατεκοσμήθη. οὔσης δὲ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐν τῷ ἑπτακαιδεκάτῳ ἔτει, προεξεληλυθὼς Κῦρος ἐκ τῆς Περσίδος μετὰ δυνάμεως πολλῆς καὶ καταστρεψάμενος τὴν λοιπὴν Ἀσίαν πᾶσαν ὥρμησεν ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίας.

Αἰσθόμενος δὲ Ναβόννηδος τὴν ἔφοδον αὐτοῦ, ἀπαντήσας μετὰ τῆς δυνάμεως καὶ παραταξάμενος, ἡττηθεὶς τῇ μάχῃ καὶ φυγὼν ὀλιγοστὸς, συνεκλείσθη εἰς τὴν Βορσιππηνῶν πόλιν. Κῦρος δὲ Βαβυλῶνα καταλαβόμενος καὶ συντάξας τὰ ἔξω τῆς πόλεως τείχη κατασκάψαι, διὰ τὸ λίαν αὐτῷ πραγματικὴν καὶ δυσάλωτον φανῆναι τὴν πόλιν, ἀνέζευξεν ἐπὶ Βόρσιππον, ἐκπολιορκήσων τὸν Ναβόννηδον.

Τοῦ δὲ Ναβοννήδου οὐχ ὑπομείναντος τὴν πολιορκίαν, ἀλλ᾽ ἐγχειρίσαντος αὐτὸν πρότερον, χρησάμενος Κῦρος φιλανθρώπως, καὶ δοὺς οἰκητήριον αὐτῷ Καρμανίαν, ἐξέπεμψεν ἐκ τῆς Βαβυλωνίας. Ναβόννηδος μὲν οὖν τὸ λοιπὸν τοῦ χρόνου διαγενόμενος ἐν ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ, κατέστρεψε τὸν βίον.

tum inchoauit, in animi infirmitatem incidens, vitam finiuit, *cum regnaſſet annos quadraginta tres.* Ei ſucceſſit ipſius Filius *Euilmerodachus*, is cum ſcelerate & laſciue imperio præeſſet, inſidiis oppreſſus eſt à ſuæ ſororis marito *Neriglißororo*, poſtquam regnauit *annos duos.* Ei ſucceſſit idē, qui eum oppreſſerat *Neriglißororus*, regnauitque *annos quatuor.* Huius filius *Laboroſoarchodus* regnum puer obtinuit *menſes nouem*, & quia prauæ indolis ſpecimina multa edebat, ab amicis oppreſſus inſidiis, per cruciatum interfectus eſt. Hoc ſublato, qui eum oppreſſerant, conueniunt, & communi ſententia regnum tradunt *Nabonnedo* cuidam *Babylonico*, eiuſdem factionis homini. Sub hoc vrbis Babyloniorum muri fluuio circumdati cocto lapide, & bitumine exornati ſunt. Hoc *regni annum agente decimum ſeptimum*, *Cyrus* ex Perſide profectus cum magnis copiis, vaſtata reliqua omni Aſia, Babyloniam adoritur.

Eius aduentu cognito *Nabonnedus*, ei cum copiis obuiam procedit, & prælio congreſſus vincitur, cumque paucis fuga elapſus in Borſippennotum vrbem ſe includit. Cyrus Babylone capta, mandatoque vt exteriora vrbis mœnia, quoniam ei nimis operoſa, & difficilis expugnatu viſa fuiſſet vrbs, diruerentur, ad Borſippum ire contendit, Nabonnedum oppugnaturus.

Cumque Nabonnedus obſidionem non ferens deditionem feciſſet, Cyrus, eum benigne acceptum, dataque ad habitandum Carmania, ex Babylonia dimittit, & Nabonnedus quidem in illa regione reliquū vitæ tranſegit.

M*Egaſthenes* paulò ante Beroſum floruit. Scripſit τὰ ἰνδικὰ teſtib. Strabone, Solino, Ioſepho, Euſebio, Athenæo, Hieronymo & aliis.

Et huius præſtantiſſimi Scriptoris Hiſtoria interiit. Fragmentum cū producto Beroſi fragmento relictum nobis eſt apud *Euſebium* lib. 9. præparationis Euangelicæ cap. 4. quod ſic habet:

Mega-

MEgasthenes ait, Nabucodrosorum Hercule fortiorem fuisse, vniuersamque Libyam caeteramque Asiam vsque ad Armenios domuisse. Illas vero cum in potestatem redegisset, partem illarum ad dexteram Ponti inhabitasse. Postea vero cum in regnum rediisset, referunt Chaldaei eum diuino furore correptum, hunc in modum clamasse: Ego Nabucodrosorus, ô Babylonii, futuram vobis praenuncio calamitatē, quam neque Belus, meus progenitor, neque Regina Beltis auertere vllo modo valent.

Venit Persa Semiasinus (vel mulus) qui vestris in pugna sociis geniis vtens, seruitutem inducet. Cuius causa erit *Medus* Assyriorum gloria. Vtinam ipsum priusquam dederint Ciues, Charybdis quędam aut mare suscipiens radicitus absumsisset, aut alio itinere arrepto, in solitudinem delatus fuisset, vbi neque vrbes, neque via hominum, ferae autem pascuum habent, & volucres vagantur, in petris & cauernis solus errans, & ego, antequam haec mente percipiam, finem meliorem adipiscat.

Haec ille vaticinatus statim disparuit. Ipsius autē filius *Euilmalurouchus* regnauit. Hunc vero *Nerigl isares*, affinis eius, interfecit, filiumque *Labassoarascum* reliquit. Hoc autem violenta morte interemto, *Nabonnidochum* declarant regem ad se nil pertinentem. Huic vero Cyrus, capta Babylone, Carmaniae principatum dono dedit.

Μεγασθένης δέ φησι, Ναβουκοδρόσορον Ἡρακλέος ἀλκιμώτερον γεγονότα ἐπί τε Λιβύην καὶ Ἰβηρίην στρατεῦσαι. Ταύτας δὲ χειρωσάμενον, ἀποδασμὸν αὐτέων εἰς τὰ δεξιὰ τοῦ πόντου κατοικίσαι. Μετὰ δὲ λέγεται πρὸς Χαλδαίων, ὡς ἀναβὰς ἐπὶ τὰ βασιλήϊα κατασχεθείη θεία ὅτεια δὴ φθεγξάμενος δὲ εἶπε οὕτως: ἐγὼ Ναβουχοδρόσορος, ὦ Βαβυλώνιοι, τὴν μέλλουσαν ὑμῖν προαγγέλλω συμφορήν, ἣν οὔτε Βῆλος, ἐμὸς πρόγονος, οὔτε βασίλεια Βῆλτις ἀποτρέψαι μοίρας πεῖσαι σθένουσι.

Ἥξει Πέρσης ἡμίονος τοῖσι ὑμετέροισι δαίμοσι χρεώμενος συμμάχοισι, ἐπάξει δὲ δουλοσύνην. Οὗ δὴ συναίτιος ἔσται Μήδης, τὸ Ἀσσύριον αὔχημα. Ὡς εἴθε μιν πρόσθεν, ἢ δοῦναι τοὺς πολίτας χάρυβδίν τινα ἢ θάλασσαν εἰσδεξαμένην ἀϊστῶσαι πρόρριζον, ἤ μιν ἄλλας ὁδοὺς στραφέντα φέρεσθαι διὰ τῆς ἐρήμου, ἵνα οὔτε ἄστεα, οὔτε πάτος ἀνθρώπων, θῆρες δὲ νομὸν ἔχουσι, καὶ ὄρνιθες πλάζονται, ἔν τε πέτρῃσι καὶ χαράδρῃσι μοῦνον ἀλώμενον, ἐμέ τε, πρὶν ἐς νόον βαλέσθαι ταῦτα, τέλεος ἀμείνονος κυρῆσαι.

Ὁ μὲν θεσπίσας παραχρῆμα ἠφάνιστο. Τοῦ δὲ καὶ παῖς Εὐιλμαλούρουχος ἐβασίλευσε. Τὸν δ' ὁ κηδεστὴς ἀποκτείνας Νηριγλισάρης λεῖπε παῖδα Λαβασσοάρασκον. Τούτου δὲ ἀποθανόντος βιαίῳ μόρῳ, Ναβοννίδοχον ἀποδεικνύουσι βασιλέα, προσήκοντά οἱ οὐδέν. Τῷ δὲ Κῦρος, ἑλὼν Βαβυλῶνα, Καρμανίης ἡγεμονίην δωρέεται.

OBSERVATIO SECVNDA.

Explicatio nominum Regum Babylonicorum, quorum in productis fragmentis mentio facta.

I. N*Abopollassar*. Effertur varie hoc nomē, tum apud Graecos, tū Latinos. Ptolemaeus Ναβοπολλάσαρος li. 5. μεγάλης συντάξεως, c. 14. Iosephus Ναβουλλάσαρος cum duplici λ, & vnico σ, vel contra Ναβουλάσσαρος cum vnico λ, & duplici σ. Ptolemaei appellatio ex tribus constat appellationibus 1. נְבוֹ 2. בֵל

(idolis

idolis Babyloniorum. Esai. 46. 1. Ier. 50. 2. c. 51. 44. Daniel. 14. 5.) Hinc נְבוֹכַל vel Chaldaice נבוכל & contracte נבל vel נבול. Alii pro voce בל substituunt פול, נבופול. 3. Tertia vox est לאצר vel ראצר vel communiter נאצר, (à נצר *opem tulit, iuuit*) In Hebræo namque & Chaldaico loquendi vsu, tres illæ literæ, ל, ר, נ, commutantur. Ita *Nabonnedus* apud Berosum est *Labynetus* apud Herodotum. Ita פסנתרין apud Danielem cap. 3. 5. est פסל à פסלתרין Vnde Græcum ψαλτήριον, Germanicum Psalter.

II. *Nabuchodonosor*, Ναβουχοδονόσορος vt apud Iosephum legitur, vel, vt apud Megasthenem, Ναβουκοδρόσορος leui literarum permutatione. Nomen ex tribus compositum. 1. ex נבו. 2. ex syllaba כד. 3. ex nomine נאצר vel ראצר.

III. *Euilmerodach*, Ευιλμαράδουχος vt est apud Iosephum, vel Ευιλμαλούρουχος vt apud Megasthenem in Eusebio legitur. Quanquam prior lectio sit conuenientior. Nomen ex duobus compositum. 1. Ex אויל 2. מרדך est. אויל est à אול in Kal quidem inusitato. In Niphal נואל, quod significat cupidum esse faciendi simul multa, quod proprie stultorum est. Ideo interpretes plerumque verterunt: *Stultus factus est.* Num. 12. 11. *Ne quæso imponas nobis peccatum* (vel peccati pœnam.) אשר נואלנו *quo stulte egimus*, damit wir närrisch gethan / ὅτι ἠγνοήσαμεν. Ier. 5. 4. *dicebam ego vtique* רלים *tenues isti* נואלו *stulte agunt*. Der arme hauff ist vnuerstendig. cap. 50. 36. *Gladius* אל־הבדים *ad diuinos vel diuinatores eius* (Babylonis) vber jhre Weissager ונאלו *& stulti fient*, daß sie zu Narren werden.

Hinc nomen אויל literarū μεταθέσει à נואל deductum, *stultus, temerarius, affectator*, qui suis affectibus & cupiditatibus indulget, sine DEO, Deique timore viuens. Prou. 10. 8. *Sapiens corde assumit præcepta:* ואויל *stultus* (ἄστεγος) *vero labiis vapulabit*, der aber ein Narren Maul hat / wirdt geschlagen. Ierem. 4. 22. *Quoniam* אויל *stultus populus meus* Mein Volck ist toll. Ose. 9. 7. *Propheta* אויל *stultus*. Cum iod Paragogico, Zach. 11. 15. *Accipe tibi vas Pastoris* אוילי *stulti* vel *dementis* (ἀπείρου, ἄφρονος) Nim zu dir die gerecht eines törichten Hirten. In plurali אוילים Psal. 107. 17. Prou. 1. 7. *Stulti eruditionem spernunt* (ἀσεβεῖς, ἄφρονες) Die Ruchlosen verachten Weißheit vnd Zucht. Esai. 19. 11. אך אוילים *Enimuero stulti* (sunt) *Principes Zoan.* μωροὶ ἔσονται. Die Fürsten zu Zoan sind thoren. c. 35. 8. *Etiam stulti non errabunt.* daß auch die thoren nicht jrren mögen. In fœminino אולת *stulta*, concrete, & abstracte, *stulticia*, passim in Prouerbiis Salomonis. מרדך sine א 2. Reg. 25. 27. Ierem. 50. 2. c. 52. 31. vel מראדך cum א. Esai. 39. 1. vel ברארך. 2. Reg. 20. 12. nomen fuit commune multis Regibus Babylonicis, ita vt hoc nomine Idolum quoque Babylonicum appellatum sit. Et Regnum Babylonicum *Merodacia*, item *Amordacia* apud Ptolemæum. Est autem מרדך à Chaldaico מר vel מרא *Dominus*. Dan. 2. 47. c. 4. 16. & דך *confregit*, quasi dicas, *Dominus confringens*, id est, imperium & potestatem habens. Dictus ergo fuit Nebucadnezaris filius אויל־מרדך ein Närrischer Merodach / propter stultam animi impotentiam, qua in regimine vsus est. Explicauit nobis hoc optime verus Berosus apud Iosephum priore in Appionem. Scribit enim hunc Euilmerodachum ἀνόμως καὶ ἀσελγῶς sine lege per meram lasciuiam regnasse, ideo & à Neriglissororo suæ sororis marito interfectum esse.

IV. *Neriglissoror, Neriglissoorus, Neriglissares* Νηριγλισσορόορος, Νηριγλισσόορος, Νηριγλισσάρης. Nomen ex tribus compositum 1. à נרגל nomine Idoli Νηργέλ quod Cuthæi in Samaria coluerūt, 2. Reg. 17. 30. 2. à שר à שרר *stabiliuit, confirmauit* 3. ab אצר *reposuit, conseruauit, recondidit*, quasi dicas, *Confirmatorem & Conser-*

Conseruatorem Idoli Nergal. Ex duabus vltimis שראצר compositum est nomen alretius filii Sennacheribi, Assyriorum Regis 2. Reg. 19. 37. Esai. 37. 38. Vnus isque primus ex Principibus seu Ducibus Regis Babylonici, qui 11. Anno Zedekiæ vrbem Hierosolymam expugnarunt, in eamq; ingressi sunt, nominatur נרגל שראצר Ier. 39. 3. Quia vero Berosus & Megasthenes testantur Neriglissoorum Euilmerodachi κηδεστὴν vel affinem fuisse, eiusque sororem matrimonio sibi copulasse, coniicimus inde Neriglissorum, qui post interfectum Euilmerodachum Babylonico regno præfuit, illum *Nergalscharetzer* fuisse cuius Ieremias meminit, eumq; primo loco ponit. Nam ab expugnata vrbe Hierosolyma vsque ad interfectum Euilmerodachum anni intercesserunt *vigintiocto* ex Berosi numeratione. Quod si tempore occupationis Hierosolymæ fuisset vir triginta annorum vel quadraginta, tempore interfecti Euilmerodachi habuisset annos quinquaginta octo, vel sexaginta octo. Quia vero Idolum Nergal est Assyriaco-Samaritanum, & deinde ipsa terminatio nominis שראצר Assyriaca, inde colligimus Neriglissorum, Euilmerodachi affinem, hominem Assyriaci sanguinis fuisse, regnumque Babylonicum rutotio rantum nomine vsq; ad adultam ætatem Laboroarchodi (sui quidem filii, vxoris tamen ratione Babylonici eiusque Regii sanguinis, & ita hæreditarii in regno Successoris) occupasse.

V. *Laborosoardochus* vel *Laborosoarchodus* λαβοροσοάρδοχος, vel λαβοροσάοχοδος vel λαβασσοάρασκ☉. Vox composita 1. Ex לבו de qua ante egimus. 2. ex צר 3. ex דך vel per literarum μετάθεσιν כד quasi *Leboresardach*. Eædem voces sunt, quæ in voce *Nebo-cad-nezar*, nisi quod voces sint transpositæ & literæ ו in ל, ר in נ commutatæ.

VI. *Nabonnidus*, *Nabonnidochus*, Ναβόννηδ☉. Ναβοννίδοχ☉., vox composita. 1. ex נבו de qua supra. 2. נית Chaldaica particula. Quod si legatur Ναβοννίδοχ☉., adiicienda est particula דך. Hic Nabonnidus apud Herodotum nominatur Labynetus Λαβύνητος à לבו & נית, נ in ל, mutato. Quis hic *Nabonnidus* fuerit, inferius in peculiari Obseruatione contemplabimur.

OBSERVATIO III.

Iosephi diuersitas numerationis annorum Babylonicorum Regum, qui in producto Berosi fragmento enumerantur.

I. IOsephus hoc Berosi fragmentum bis citat lib. 10. Antiquit. c. 12. & libro priore in Appionem, eodem quidem sensu quoad historiam vtrobique remanente, verum non sine diuersitate numerationis annorum.

Priore namque in Appionem annos hoc modo locat:

	ANNI.	MENSES.
Nabulassar	29.	
Nebucadnezar	42.	
Euilmerodach	2.	
Neriglissorot	4.	
Laborosoardochus		9.
Nabonnidus	17.	
Summa	95.	9.

Demtis

Demtis annis 29. Nabulaſſaris remanent anni 67. Menſes 9. à primo Nebucadnezaris ad 17. Nabonnidi abſolutum.

Libro vero 10. Antiquit. cap. 12. anni horum Regum hoc modo numerantur.

	ANNI	MENSES
Nabulaſſar	21.	
Nebucadnezar	43.	
Euilmerodach	18.	
Nerigliſſor	40.	
Laboroſardach		9.
Nabonnidus ex quo Ioſephus ibidem Balthaſarem facit	17.	
Summa	139.	9.

Subtractis annis 21. Nabulaſſaris, remanent anni 118. à primo Nebucadnezaris ad 17. Nabonnidi.

II. Hanc poſteriorem numerationem vitioſam eſſe, ex ſacris deprehendimus. Anni namq; 70. Babylonicæ captiuitatis repugnant. Quod ſi vel maxime anni illi captiuitatis ab exterminio dominicę vrbis (qui fuit 18. Nebucadnezaris abſolutus, 19. iniens 2. Reg. 25. 8. Ier. 52. 12. & 29.) numerentur, 100. anni remanent. Poſterior ergo numeratio corrigenda ex priore, & prior poſteriori præponenda. Sane in annis 40. Nerigliſſoris manifeſtum vitium eſt, ex priore numeratione mutandum in 4. Quę vitia & σφάλματα in eiuſmodi numerationibus facillime in Autores irrepere potuerunt.

Ita Nabulaſſari lib. 10. Originum, tribuit εἴκοσι ἓν, legendum εἴκοσι ἑπτά. Quanquam & Euſebius lib. 10. ἀποδείξεως εὐαγγελικῆς corruptum Ioſephi locum ſecutus ſit.

OBSERVATIO IV.

Propter quas cauſas à veri Beroſi & Megaſthenis fragmentis ratione Chaldaicorum Regum non ſit recedendum.

Cauſa ſunt quatuor.

I. Horum Autorum priſca quam antiquitus habuerunt Autoritas, de qua in prima obſeruatione, paucula produximus.

II. Horum autorum iucunda inter ſe harmonia. Conſpirant enim ſuauiſſime in nominibus Chaldaicorum Regum à Nebucadnezare, ad Cyrum.

III. Horum Autorum ſuauis cum Herodoto conuenientia. Teſtis hic eſt lib. 1. c. 188. Cyrum exercitum duxiſſe aduerſus *Labynitum* Aſſyrię imperium habentem. Idem teſtatur & Beroſus & Megaſthenes. Quanquam Herodotus in Genealogia illius Labyniti paululum ibidem aberret, cum eundem παῖδα filium vel nepotem vocat Nitocris vxoris Labyneti prioris, quem nos Nebucadnezarem eſſe opinamur. Hic Herodoti error ex Beroſo & Megaſthene facile corrigitur.

IV. Horum Autorum admiranda cum Sacra Scriptura congruentia.

I. Conueniunt, quoad tempus regni Nebucadnezaris. Scriptura Nebucadnezari tribuit annos quadraginta tres regni abſolutos.

Annus enim 37. abducti Iechoniæ est primus Euilmerodachi 2. Reg. 25.27. Ierem. 52.31. Atqui Iechonias Babylonem abductus est An... Nebucadnezaris absoluto. Ierem. 52. 28. octauo currente 2. Reg. 24.1... Hi numeri inter se additi 43. efficiunt annos, quot Scriptura Nebucadnezari in regno tribuit. Idem facit verus Berosus apud Iosephum.

2. Quoad magnitudinem & amplitudinem regni Nebucadnezaris de quo & Berosus cum Megasthene.

3. Quoad instaurationem Vrbis Babylonicæ. Daniel. 4.30. quæ regni & amplitudo & Vrbis instauratio ad amussim cum Beroso & Megasthene conuenit.

4. Quo ad Nebucadnezaris furorem diuinitus ipsi inflictum. Dan. 4.33.

5. Quoad nomen filii Nebucadnezaris, quem Scriptura Euilmerodachum fuisse dicit. Idem & Berosus cum Megasthene.

6. Quoad stultam animi impotentiam in Euilmerodacho. Qua de re supra in Secunda Obseruatione egimus.

7. Quoad interfectum Belthasarem. Nominum enim diuersitas apud Danielem, Berosum & Megasthenem personarum vel Babylonicorum Regum diuersitatem constituere nulla necessitate potest. Vsitatissimum enim fuit Babyloniis mutare nomina, vt in Daniele & eius sociis videre est. Dan. 1.7. Sed de *Belthasare* & *Nabonnido* infra suo loco.

8. Quoad *Darium*, quem communibus suffragiis in Babyloniorum Regem electum, testatur Daniel. c. 6.1 c. 9.1. Consentit verus Berosus apud Iosephum, & Megasthenes apud Eusebium.

9. Quo ad absentiam Babylonici Regis ab vrbe eo tempore, quo vrbs expugnata, quam absentiam confirmat Ieremias cap. 51.31. Consentit Berosus.

10. Quoad *Cyrum*, qui & Scripturæ, & Beroso, & Megastheni & omnibus Historicis est Babylonis expugnator.

OBSERVATIO V.

De causis, propter quas maxima Chronologorum pars à genuinis Berosi & Megasthenis fragmentis discessum faciat, eaque vel plane seponat, vel mutilet, deque variis correctionis & mutilationis modis.

I. *Causa discessus & mutilationis hæ sunt præcipue.*

I. Opinantur plurimi Chronologorum, producta Berosi & Megasthenis fragmenta pugnare contra Ieremiam cap. 27.7. *Seruient ei* (Nebucadnezari) *omnes gentes, & filio eius, & filio filii eius, donec veniat tempus terræ eius.* Ex hoc Ieremiæ loco colligunt. 1. Tres tantum Babylonicos Reges à Nebucadnezare ad Cyrum numerandos, *Nebucadnezarem, Euilmerodachum, Balthasarem*, quos ipsa scriptura habet. 2. Tertium esse filium Euilmerodachi, nepotem Nebucadnezaris. Cum vero Berosi & Megasthenis fragmenta 1. quinque Reges numerent à Nebucadnezare inclusiue, ad Cyrum exclusiue. 2. nullumque Regem post Euilmerodachum habeant, qui esset Euilmerodachi filius, Nebucadnezaris ex filio, nepos, inde colligunt, Berosum & Megasthenem, cum Iere-

mia

mia non conuenire, & propterea eorum fragmenta vel plane seponenda, vel corrigenda & mutilanda.

II. Pugnare in Danielem, qui vnum Babyloniorum Regem post *Nebucadnezarem* & Euilmerodachum nominat Belthasarem. Berosum vero cum Megasthene nullam huius Belrhasaris mentionem facere.

III. Pugnare in Herodorum, qui lib. 1. c. 188. vltimum Babyloniorum Regem (contra quem Cyrus expeditionem suscepit) fuisse scribit filium *Nitocris* & prioris *Labynitis* Babylonici Regis. Megasthenes contra scribit, vltimum Babyloniorum Regem fuisse MENVM, nulla sanguinis propinquitate *Babylonicis* Regibus iunctum.

IV. Pugnare inter se ipsa fragmenta. *Berosi* namque fragmentum vltimum *Babyloniorum* Regem facit *Babylonium*. Megasthenis fragmentum, *Medum*.

V. Pugnare in tempus, in scriptura definitum. Cum enim in Scriptura interuallum Iudaicæ captiuitatis definitum sit septuaginta annorum spatio. Ierem. 25. v. 11. & 12. c. 29. 10. Daniel. 9. 2. 2. Chron. 36. 21. Est. 1. 1. monstrant multi Chronologorum, illud temporis interuallum cum *Berosi* annorum supputatione non conuenire. Interuallum annorum in correcta *Berosi* numeratione, apud Iosephum priore in Appionem est 66. annorum 9. mensium à primo *Nebucadnezaris* ad vltimum vltimi *Babyloniorum* Regis annum, vt vidimus in 3. Obseruatione. Sin ergo 70. anni Iudaicæ captiuitatis 1. vel maxime inchoentur à 4. Ioiakim Regis Iuda, vel primo *Nebucadnezaris* Ier. 25. 1. (quod *Beroaldus* facit) restarent duo absoluti anni. 2. Sin à spontanea Iechoniæ deportatione, facta anno *Nebucadnezaris* septimo finiente, octauo ineunte. 2. Reg. 24. 12. Ierem. 52. 28. restarent anni fere decem. 3. Sin à totali Vrbis conflagratione facta anno 18. *Nebucadnezaris* finiente, 19. ineunte, 2. Reg. 25. 8. Ierem. 52. v. 12. 29. restarent anni viginti absoluti. Magnus sane hiatus interualli.

VI. In specie vero *Temporarius* Megasthenem vanitatis accusat, producens locum ex Strabone lib. 2. Geograph. nobis pag. 65. Διαφερόντως δ' ἀπιστεῖν ἄξιον δηιμάχῳ τε καὶ μεγασθένει. οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ τοὺς ἐνωτοκοίτας καὶ τοὺς ἀστόμους καὶ ἄρρινας ἱστοροῦντες, μονοφθάλμους τε καὶ μακροσκελεῖς καὶ ὀπισθοδακτύλους, ἀνεκαίνισαν δὲ καὶ τὴν ὁμηρικὴν τῶν πυγμαίων γερανομαχίαν, τρισπιθάμους εἰπόντες. οὗτοι δὲ καὶ τοὺς χρυσωρύχους μύρμηκας, καὶ πᾶνας σφηνοκεφάλους, ὄφεις τε, καὶ βοῦς καὶ ἐλάφους σὺν κέρασι καταπίνοντας. περὶ ὧν ἕτερος τὸν ἕτερον ἐλέγχει. *Eximie Deimacho & Megasthenis fides abroganda est. Hi sunt qui homines in aure cubantes, & oris & naris expertes, scriptis commendant: simul & monoculos & tibiis proceros & digitis retro inuersis. Innouarunt etiam Pygmæorum aduersus grues decantata pridem ab Homero prælia, trium etiam palmorum homines aiunt. Isti præterea formicas aurum effodientes, & Panas cuneato capite, serpentes qui boues & ceruos vna cum cornibus deglutiant: de quibus vnus alterum redarguit.*

VII. Propter has causas 1. multi Chronologorum à *Berosi* & Megasthenis fragmentis plane recedunt. 2. Alii, & quidem quam plurimi & nomina & numerum *Babylonicorum* Regum, numerum item annorum regni mutilant, truncant, corrigunt, pro lubitu, adeo, vt vix duo in numeratione concordes reperiantur. Hinc tanta numerationis diuersitas horum *Babylonicorum* Regum, apud Chronologos ab Eusebii ad nostra vsque tempora.

I. *Eusebius* in Chronico nullum definitum annorum numerum ponit, sed indefinite sic scribit: *Mortuo Nabuchodonosore, Babyloniorum Rege, suscepit im-*

perium Euitmerodach, cui successit frater eius Balthasar, sub quo Daniel eam Scripturam, quæ in pariete apparuerat, interpretatus est, significantem imperium Chaldæorũ in Medos & Persas transferendum. Post Balthasarem neminem præterea habet, sed statim Babylonis expugnationem per Cyrum subiungit.

II. *Sulpitius Seuerus*, Episcopus Bituricensis Scriptor elegantissimus, qui temporibus Hieronymi vixit, inter alia duos Sacrę Historiæ libros cõscripsit. In posteriore libro hanc à Nebucadnezare Babylonicorum Regum seriem habet. Scribit, Nebucadnezarem post deuictum Zedekiam Iudæ Regem regnasse annis 26. Est autem Zedekias deuictus anno 18. Nebucadnezaris. Tribuit ergo Seuerus

	ANNI.
Nebucadnezari	44.
Euilmerodacho	12.
Balthasari	14.
Dario Medo	18.
Summa	88
Demtis annis 18. remanent	70.

Hæc Babylonicorum Regum tempora *Seuerus* inuenit in quodam interpolato per ætatem libello sine autoris nomine, vt ipse ibidem testatur: Autor ergo istius libelli 1. annos 70. Captiuitatis inchoat à deuicto Zedekia, vel desolata Vrbe, anno 18. Nebucadnezaris. 2. Annos duos Euilmerodachi apud Iosephum priore in Appionem mutat in 2, 3. Labosoardochum cum Neriglissotore coniungit, & ex 4. annis 9. mensibus 14 annos facit. 4. id singulare est, quod Dario Medo 18. annos regni tribuit. Qua in parte manifeste cum vero *Beroso* apud Iosephum conspirat, & Darium Medum apud Danielem, *Berosi* & Megasthenis Nabonnidum Medum esse fatetur. Hoc antiquitatis vestigium Annianis opponendum, qui duos tantum annos Darium Medum regnasse, cum otioso Monacho somniant, & quidem coniunctim cum Cyro.

III. *Annianus Metasthenes* seriem à Nebucadnezare ad Cyrum hoc modo locat:

	ANNI.
Nebucadnezar magnus	45.
Almilinus Euilmerodach	30.
Filius huius primus Regassar	3.
Secundus Lab-Assar-dach	6.
Tertius Balt-Assar-	5.
Summa	89.

Demtis 18. annis Nebucadnezaris vsque ad Hierosolymę deuastationem remanent anni 71.

IV. Quia vero numerus hic maior est interuallo 70. annorum captiuitatis, ideo *Funccius*, & plerique Funcciani Annianum Metasthenem hac in parte quidem sequuntur, verum Nebucadnezari 43. tantum annos regni tribuunt. Qua in parte Scripturam & verum *Berosum* sequuntur. Quanquam errent. 1. quod terminum à quo 70. annorum captiuitatis inchoent à Dominicæ Vrbis vastatione. 2. quod à vero *Beroso* in temporis interuallo discedant.

V. *Buntin-*

V. Buntingus ex Gerhardo Mercatore Reges & annorum seriem hoc modo numerant:

	Anni	Menses.
Nebucadnezar	43.	
Euilmerodach	23.	
Nighssor	4.	
Labassardach		9.
Nabonidus	17.	
Summa	87.	9.

Demptis 18. annis Nebucadnezaris vsq; ad dominicæ Vrbis exterminium (à quo Buntingus Annos 70. Captiuitatis inchoat) remanent anni 69. menses 9. id est, anni 70. Sequitur quidem Buntingus verum Berosum, sed in annis Euilmerodachi definiendis plane vacillat. Iosephus lib. 10. Antiquit. cap. 12. Euilmerodacho tribuit annos 18. Buntingus cum Mercatore 28. faciunt. Idem Iosephus priore in Appionem Euilmerodacho dat annos tantum duos. Hunc numerum, Buntingus, cum Mercatore iterum corrigunt, & ex duobus 23. faciunt. Vt autem hosce annos 23. cum 28. concilient, volunt Euilmerodachum 5. annos cum patre regnasse, qui à Iosepho lib. 10. Antiquit. cap. 12. separatim, priore vero in Appionem inclusiue numerentur. Verum eiusmodi hæsitantes correctiones nullo nituntur fundamento.

VI. Beroaldus numerum & Babylonicorum Regum & annorum regni mutilat. Numerat enim tres tantum Babylonicos Reges à Nebucadnezar ad Cyrum lib. 3. Chronic. capit. 6. hac serie, ordinis & temporis ratione,

	Anni.
Nebucadnezar	45.
Euilmerodach	15.
Balthasar	10.
Summa	70.

Annos namq; 70. Captiuitatis statim à primo Nebucadnezaris anno Beroaldus incipit.

Hanc Beroaldicam Sententiam ratione numeri Babylonicorum Regum defendũt hodie plurimi Theologorum, quanquam in termino à quo 70. annorum captiuitatis ab ipso dissentiant.

VII. Laurentius Codomannus in suis annalibus hunc habet positum.

	Anni.
Nebucadnezar	43.
Euilmerodach	30.
Belschazar	14.
Summa	87.

In hac numeratione *Codomannus* 1. cum Beroaldo sentit, quoad numerum Babylonicorum Regum 2. dissentit à Beroaldo tum quo ad annos regiminis, tum quo ad terminum à quo 70. annorum desolationis. 3. cum Metasthene in eo totus est, quod duos alios Reges, quorum Metasthenes ante Belthasarem meminit, *Regassarum* & *Labassardach*

(quorum illi tres, huic sex annos regiminis tribuit) regno Balthasaris includit, eosque fratres Balthasaris fuisse scribit, ætate Balthasare maiores. Qua in parte vero Beroso & Megasthenі contradicit, & aliud fingit, quod nullum plane fundamentum habet.

IIX. *Temporarius* horum annorum seriem hoc modo locat:

	Anni.
Nebucadnezari tribuit	44.
Euilmerodacho	18.
Niriglossotori	11.
Balthasari	17.
Summa . . .	90.

Subtractis octodecim annis Nebucadnezaris, vsque ad dominici templi conflagrationem supersunt septuaginta duo anni. Opinatur enim Temporarius, *Babylonem* anno quasi 70. captiuitatis à Cyro expugnatam, & laxationem captiuitatis in illis belli tumultibus biennium vsque dilatam.

IX. *Bucholzerus* in Chronologico suo Indice, hanc habet annorum numerationem.

	Anni	Menses.
Nebucadnezar	44.	
Euilmerodach	28. circiter.	
Niriglissorot	4.	
Labosardach		9.
Balthasar	17.	
Summa . . .	93.	

Detractis annis 18. de Nebucadnezaris regno, restant anni 75. 9. menses. Liquet autem ex Euilmerodachi annorum positu Bucholzerum annos 4. Niriglissororis, cum 9. mensibus Labosardachi, annis Euilmerodachi inclusisse. Restant ergo anni 71. circiter.

X. *Clemens Schubertus*, Ecclesiastes Spirensis in Chronologicis suis scrupulis *Babylonicos* hosce Reges cum annis hoc modo locat.

	Anni.
Nebucadnezar	45.
Euilmerodach	30.
Regassat	4.
Labassardach	9.
Summa . . .	88.

Subtractis 18. annis Nebucadnezaris ad templi desolationem remanent anni 70.

Et quis multiformem illam varietatem enumerare potis est? Quot Chronologi, tot fere repetiuntur discrepantiæ numerationis Regum *Babylonicorum* à Nebucadnezare ad Cyrum.

Causæ discrepantiæ sunt 1. Secessus à veris & genuinis *Berosi* & *Megasthenis* fragmentis. 2. Discrepantia opinionum ratione termini à quo LXX. annorum *Babylonicæ* captiuitatis. Nonnulli eosdem inchoant à 1. Nebucadnezaris, 4. Ioiakimi Ier. 25. 1. Inter hos est *Beroaldus*. Alii à spontanea Iechoniæ transmigratione, anno 8. Nebucadnezaris ineunte.

Hunc-

Hunc terminum amplectitur flos Chronologorum hodierno ſeculo. Multi annos LXX. captiuitatis numerare incipiunt, a totali Vrbis deſolatione & Salomonici templi conflagratione, anno 18. Nebucadnezaris finiente, 19. ineunte.

Inueterata autem opinio eſt omnium fere Chronologorum vltimum vltimi Babyloniorum Regis annum conuenire debere cum ſeptuageſimo vel vltimo anno Iudaicæ captiuitatis, quaſi Cyrus ſtatim eo ipſo anno quo Babylonem expugnauit Iudæis captiuitatem laxarit. Cum tamen nec minimum hac de re veſtigium in probato aliquo hiſtorico reperiatur.

OBSERVATIO VI.

In qua reſpondetur ad Cauſas illas, propter quas Chronologi à propoſitis Beroſi & Megaſthenis fragmentis ſeceſſum faciunt.

AD *Primam Cauſam* ex Ierem. 27. v. 7. id reſpondemus.

I. hunc Ieremiæ locum euidenter non probare, tres tantum Babylonicos Reges à Nebucadnezare ad Cyrum numerandos, cum ibidem nulla Cyri fiat mentio.

II. Ieremias numerare voluit Reges *naturales* & *hæreditarios* è regio ſanguine progenitos. Hoc modo Ieremiæ cum Beroſo & Megaſthene optime conuenit. Licet enim hi non tres, ſed quinq; Babylonicos Reges à Nebucadnezare ad Cyrum numerent, duo tamen eorum non fuerunt Hæreditarii Reges è regio ſanguine oriundi. *Nerigliſſor* enim Nebucadnezaris gener, Euilmerodachi affinis, Euilmerodacho interfecto Regnum occupauit 1. illegitime per Tyrannidem. 2. Tutorio tantum nomine regnum adminiſtrauit, donec Balthaſar adhuc minorennis ad pubertatis annos perueniret. Vltimum quoque Babyloniorum Regem Nabonnidum Ieremias numerare noluit, quia & ipſe Hæreditarius Rex non fuit. Fuit enim ſemine & ſanguine MEDVS teſte Daniele c. 9. v. 1.

Ideo idem Propheta ſcribit in Belthaſare Rege, Babylonicum regnum ratione Regiæ proſapiæ abſolutum c. 5. v. 26. Et Megaſthenes apud Euſebium teſtatur, Babylonios Nabonnidum in Regem elegiſſe οὐδὲν προσήκοντα nullo ſanguine, nulla ve affinitate vel propinquitate prioribus Babylonicis Regibus iunctum.

III. Phraſis Ieremiæ (בְּנוֹ וּבֶן־בְּנוֹ & *filio filii*) cum Beroſi & Megaſthenis hiſtoria facile quoque conciliatur, modo forent mentes conciliationis auidæ. Vox בן generalis vtrumque ſœpe ſexum comprehendit apud Ebræos, vt apud Latinos vox liberi. Ita ſolenne eſt ſcripturæ filios filiorum appellare indiſcretim nepotes tam ex filiis, quam filiabus. *Zedekias* nominatur בן ſeu filius *Iechoniæ* 1. Chron. 3. 16. cum tamen fuerit filius Iehoiakimi fratris Zedekiæ 2. Reg. 24. v. 17. *Zerubabel* nominatur filius *Sealthielis*. Hag. 1. 1. Matth. 1. 12. & paſſim alibi, cum tamen *Phadai*, fratris Sealthielis filius fuerit, primo Chron. tertio, verſ. decimo nono. *Schealtiel* nominatur filius *Iechoniæ*, 1. Chronic. 3. v. 17. cum filius *Neri* fuerit ex poſteritate Nathanis. Lucæ 3. verſ. 27. Eiuſmodi exempla ex ſacris quam plurima produci poſſent, ſi neceſſe foret. Cum ergo Beroſus cum Megaſthene ſcribant Laboroſoardochum fuiſſe nepotem Nebucadnezaris ex filia, ſororis

ris Euilmerodachi filium, nulla nos cogit necessitas, hæc fragmenta falsitatis insimulare, vocemque בר strictissime pro filio filii (non filiæ) sumere, cum generica & indefinita vocis בר in Sacris acceptio, vel Tyroni sanctæ linguæ nota sit. Ne ergo inhumani, imo & ingrati in Berosi & Megasthenis fragmenta reperiamur, cum debita humanitate, gratitudine & discretione, (quam Scriptura hac in parte facile admittit) Berosum & Megasthenem cum Ieremia conciliemus.

Ad *Secundam Causam* hæc apponimus: Apparentem illam nominum diuersitatem, nullo modo nos cogere, vt Berosum & Megasthenem cum Daniele committamus. Quid enim vsitatius est Historicis vna & altera appellatione, vnum eundemq; Regem notare.

Ad *Tertiam Causam* respondemus, maiorem hac in parte fidem Beroso habendam, quam Herodoto, cum ille Chaldæus, imo Beli in Babylone Sacerdos fuerit, & ita exactiorem noticiam habuerit Babylonicorum Regum.

Ad *Quartam Causam* id addimus, eam plane futilem, non vrgentem esse. Nabonnidus siue Labynetus Beroso est Babylonius vel natiuitate, vel conuersatione. Nam vel à parente Medo in Babylone natus, vel à pueritia in Babylonia educatus. Megastheni est Medus semine vel origine, מזרע מדי *ἐκ γένους μηδικοῦ* vt habet Daniel c. 9. v. 1.

Quinta Causa videtur quidem esse prægnans & vrgens, verum debita discretione nodus soluendus est, ne temere annorum positum in Beroso mutilemus. Probauimus in posteriore libro Titulo 2. capit. 2. annos 70. captiuitatis à spontanea Iechoniæ deportatione inchoandos, quę facta est anno 7. Nebucadnezaris absoluto, octauo ineunte 2. Regum 25. v. 12. Iere. 52. v. 28.

Hoc præsupposito, interuallum temporis à 7. Nebucadnezaris ad 17. Nabonnidi Medi 60. tantum annorum est. Quod si *Sulpitium Seuerum* sequamur, & ex *duobus annis* (quos Berosus apud Iosephum *Euilmerodacho* in regno tribuit) *duodecim* faciamus, omnis difficultas foret sublata.

Interea velim & hoc obseruetur. 1. Incertum, num Cyrus anno statim 17. Nabonnidi Medi Babylonem expugnarit.

Id enim in Beroso non habetur. Sic enim scribit: Cyrum anno 17. Nabonnidi ex Perside profectum, reliquam omnem Asiam vastasse, tum Babyloniam aggressum. Herodotus ita scribit lib. 1. cap. 177. *Cum Cyrus continentem vniuersam* (*τὰ πάντα τῆς ἠπείρου ὑποχείρια*) *sua ditionis fecisset, Assyriis bellum intulit.* Siccine hæc vno statim anno à Cyro peracta? 2. Quantis præterea cum difficultatibus Babylonis obsidio & expugnatio cōiuncta fuerit, testantur Historici. Omnino ergo vero simile Cyrum vnum vel alterum annum in obsidenda & expugnanda Babylone (ciuitate secundum Herodotum ὀνομαστοτάτου καὶ ἰσχυροτάτου) insumpsisse. 3. Incertum, num Cyrus eo statim anno, cum Babylonē expugnasset, Iudæis captiuitatem laxarit. Berosus sane testis est, Cyrum post Babylonis expugnationem, ad *Borsippum* locum munitissimum (quo Nabonnidus Medus confugerat) se contulisse, ibidemq; Nabonnidum obsidione cinxisse.

ANNI	MENSES.
36	
12	
4	9
17	
69	9

Strabo lib. 15. cum Solino cap. 62. & 65. testes sunt, Cyrum post Babylonis expugnationem in Indiam profectum Capissam Vrbem ad Indum fluuium sitam, & alia Indiæ loca sibi subiugasse. Quid si postea Babylonem reuer-

reuersus fuisset? 4. Quid si Deus terminum 70. annorum captiuitatis, vi suæ misericordiæ vno & altero anno decurrasset?

Hæc & similia qui considerat, deprehendet, debilem plane collectionem esse, si quis hoc modo argumentetur: *Apud Berosum interuallum temporis à 7. Nebucadnezaris ad 17. Nabonnidi Medi toto decennio minus est interuallo 70. annorum captiuitatis. Numerus ergo apud Berosum vitiosus est, & consequenter totum ipsius fragmentum, apud Iosephum priore in Appionem, vel corrigendum, vel plane reiiciendum.*

Sexto, ad Strabonis locum à Temporario productum respondemus.

1. Strabo ibidem loquitur de Indiæ scriptoribus, & dicit, eos ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ *vt plurimũ falsa loqui.* Si ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ. Ergo non semper. Megasthenis vero fragmentum, de quo nobis sermo, non est de rebus Indicis, sed Regibus Babylonicis, conuenitq; bonam partem cum Scriptura, vt vidimus in præcedente Obseruatione.

2. Quid si Strabo iusto rigidior in Indiæ Scriptores præsertim in Megasthenem fuisset? Straboni hac in parte *Iulium Solinum* opponimus cap. 65. *Megasthenes apud Indicos Reges aliquantisper commoratus, res Indicas scripsit, vt fidem, quam oculis subiecerat, memoriæ daret.*

Et Plinius testis est libro sexto, capite 17. *Megasthenem cum Dionysio à Philadelpho in Indiam missos, cumque Regibus Indicis moratos, vires gentium prodidisse.*

3. Non valet consequentia à *Particulari ad Vniuersale. Megasthenes in nonnullis fabulosa scripsit. Ergo in omnibus.*

Observatio VII.

De Balthasare Babyloniorum Rege.

Balthasar vel *Belschazar*, Βαλτάσαρ בלשאצר Babyloniorum Rex Daniel. 5. Nebucadnezaris est בר *filius*, Dan. 5. 22. Vnde Nebucadnezar eius אב patens nominatur vers. 2. 11. 18. 1. Consentiunt autem Interpretes ad vnum fere omnes, hunc Balthasatem nepotem fuisse Nebucadnezaris, Euilmerodachi filium, & consequenter voces אב & בן vel בר hoc loco indefinite vt alias sæpe sumendas.

2. *Sulpitius Seuerus* coniicit, hunc Balthasarem fuisse fratrem Euilmerodachi natu minorem.

3. Nos ex vero Beroso & Megasthene Balthasarem dicimus fuisse Nabucadnezaris nepotem ex filia, quem Berosus cum Megasthene nominant *Laborosoardochum.*

Argumenta nostræ assertionis hæc sunt.

I. Laborosoardochus apud Berosum & Megasthenem vel est Euilmerodach, vel Belschazar. Ratio in copulatione manifesta, quia nullus alius isque hæreditarius Babyloniorum Rex post Nebucadnezarem ad Cyrum vsque datur, præter hosce duos. Atqui non est Euilmerodach, omnibus consentientibus.

Necessum ergo est Laborosoardochum Berosi & Megasthenis esse Belthasarem, Danielis.

II. Laborosoardochus, inter Euilmerodachum & Cyrum violenta morte βιαίῳ μόρῳ à suis opprimitur, secundum Berosum & Megasthenem.

Belschazar inter Euilmerodachum & Cyrum inter pocula violenta

morte

morte opprimitur, secundum Danielem cap. 5. v. 31. Ergo Laborosoardochus Berosi & Megasthenis est Belschazar Danielis.

Ratio Consequentiæ hæc est: Nam inter Belthasarem & Cyrum Scriptura vnicum tantum Regem interiicit. Dan. 6. 1. Berosus cum Megasthene & ipsi vnicum tantum Regem habent Nabonnidum Babylonio-Medum.

Obiicitur I. *Nominum diuersitas.* Ast ea tanta non est, vt propterea Danielem cum Beroso & Megasthene inter se committere, vel horum fragmenta falsitatis insimulare velimus.

1. Quid est notius in Historicis nominum diuersitate, in vno eodemdemq; Rege denominando? Ita Labynetus Babyloniorum Rex qui pacem confirmauit inter *Cyaxarem* Medorũ & *Halyattem* Lydorum Regem secundum Herodotum lib. 1. plurimis Chronologorum est *Nebucadnezar*, vel eius parens Nabulassar, *Astyages* aliis nominibus appellatur *Astibares Apanda.*

2. Nominis diuersitas tanta non est, quanta primo intuitu apparet. *Bel* & *Nebo* siue *Lebo* Idola fuere Babyloniorum, vt supra dictum in 2. obseruatione. כָאצַר & שַׁאצַר voces plane sunt cognatæ. Nomina ergo לְבוּכָאצַר & בֵּלְשַׁאצַר cognata sunt.

Obiicitur II. *Temporis discrepantia.* Daniel c. 8. 1. mentionem facit tertii Belthasaris. Atqui Berosus 9. tantum menses Laborosoardocho in regno tribuit. Ergo Laborosoardochus Berosi, Belschazar Danielis esse non potest.

℞. Apparentem discrepantiam placida ingenia placide conciliare poterunt. Daniel absque omni dubio annos regni Belthasaris statim inchoat à morte Euilmerodachi. Neriglissor enim, qui p quatuor annos post Euilmerodachum regnauit non fuit naturalis, & hæreditarius Rex, sed Tyrannice regnũ occupauit, & tutorio tãtum nomine regnauit, vt probatum in 6. Obseruatione ex ipso Beroso, Belschazar ergo vel Laborosoardochus per quinque annos regnasset, 4. sub tutela Neriglissororis, 9. menses solus. Cui hæc non satisfaciunt, meliora, si poterit, nobis exhibeat.

OBSERVATIO VIII.

Num historia interfecti Balthasaris Dan. 5. eadem sit cum illa, qua Cyrus Babylonem expugnauit?

I. AFfirmatiuam defendit maior pars Chronologo-historicorum mota sequentibus rationibus.

I. Volunt Xenophonti cum Daniele in Historia Babylonicę expugnationis conuenire. Testatur enim in suis quos de Cyri pædia conscripsit libris, lib. 7. 1. Babylonios tempore obsidionis per Cyrum factæ ἐν τῇ ἑορτῇ commessationi indulsisse. 2. Cyrum à Babylone capta ἐν τῷ κώμῳ. Quo & Herodotus videtur alludere lib. 1. cap. 191. 3. Regem Babylonicum à *Gadata* & *Gobrya* Cyri satrapis in illo Sympofio noctu oppressum & interfectum. Hoc eleganter cum Danielis historia cap. 5. conuenire.

II. Darius, qui post interfectum Balthasarem, Babylonicum regnum adeptus est, fuit MEDVS. Daniel. 6. vers. 1. cap. 9. vers. 1. Vnde coniiciunt, Darium vna cum Cyro Babylonem armata manu expugnasse.

III. Nitun-

III. Nituntur auctoritate Iosephi, qui lib. 10. Ἀρχαιολογ. c. 12. ex Xenophonte scribit, 1. Historiam, quæ Dan. 5. descripta est, eo tempore gestam, quo Cyrus Babylonem expugnauit 2. Balthasarem apud Danielem eum esse, quem Græci Labynetum vel Nabonnidum vel Neboandel vocant. 3. Darium Medum, cuius Daniel meminit esse Cyaxarem Astyagis filium, Cyri cognatum.

Iosephum sequuntur Hieronymus in Danielem, & hodie omnes fere Chronologi.

II. Nos contra negatiuam defendimus, moti vnica, sed euidente & conuincente ratione:

Si Darius Medus post interfectum Balthasarem, Babylonicum regnum armata manu non occupauit, tum Historia interfecti Belthasaris non potest esse eadem cum illa, qua Cyrus Babylonem bellica vi expugnauit.

Atqui Darius Medus post interfectum Balthasarem Babylonicum Regnum armata manu non occupauit.

Ergo Historia interfecti Balthasaris non potest esse eadem cum illa, qua Cyrus Babylonem bellica vi expugnauit.

Assumptum probamus 1. Daniel. 6. v. 1. וְדָרְיָוֶשׁ מָדָיָא קַבֵּל מַלְכוּתָא. Δαρεῖος ὁ μῆδος παρέλαβε τὴν βασιλείαν. *Darius Medus accepit regnum.* Vbi obseruandum verbum קבל quod non significat armata manu, sed ab alio in manus quid traditum accipere 1 Chron. 21. ℣. 11. קַבֶּל־לָךְ. *Accipe tibi* ἔκλεξαι σεαυτῷ, Erwehle dir. 2. Chron. 29. vers. 26. Leuitæ וַיְקַבְּלוּ *recipiebant immundiciem exportandam in torrentem Kidron,* ἐδέξαντο οἱ λευῖται. Esræ 8. ℣. 30. וְקִבְּלוּ *& acceperunt Sacerdotes* ἐδέξαντο οἱ ἱερεῖς. Da nahmen die Priester. Esther 4. ℣. 4. וְלֹא קִבֵּל *& non accepit Mardochai vestimenta, ei ab Esther missa & tradita.* Er nahm sie nicht an. οὐκ ἐπείσθη cap. 9. ℣. 23. קִבֵּל *Receperunt Iudæi* προσεδέξαντο οἱ ἰουδαῖοι, Die Juden nahm es an. Iob. 2. ℣. 10. *Si bona* נְקַבֵּל *à Domino & malum* לֹא נְקַבֵּל *non acciperemus.* εἰ τὰ ἀγαθὰ ἐδεξάμεθα ἐκ χειρὸς κυρίου, καὶ κακὰ οὐχ ὑποίσομεν; Prouerbiorum 19. ℣. 20. *Audi consilium* וְקַבֵּל *& accipe disciplinam.* Nimb Zucht an. Daniel. 2. vers. 6. תְּקַבְּלוּן *Recipietis à me gloriam multam* Ihr solt von mir haben. λήψεσθε παρ' ἐμοῦ. Et ita in reliquis Scripturæ locis ad vnum omnibus. Hinc Iudæorum קַבָּלָה doctrina nominatur viua voce tradita & ita deinceps perpetuo ordine aliis aliisque communicata. Hanc *Cabalam* Seruator noster nominat παράδοσιν Matth. decimo quinto, vers. 3. 6. Galat. 1 9. *Si quis vobis euangelizauerit* παρ' ὃ παρελάβετε. Syrus: דְּקַבֶּלְתּוּן Qui ergo volunt Darium Medum cum Cyro Babylonem armata manu expugnasse, monstrent nobis loca in quibus verbum קבל in eiusmodi, quo illi volunt, significato, sumatur.

Idem sentiendum de Græca voce παρέλαβε conueniente cum altera ἀνεδέξατο In his duabus vocibus nulla vis est armata, si propriam vocum & notationem & compositionem spectemus, Significat enim regnum accipere, vel Successorio iure, vel communibus suffragiis. 2. Maccab. 4. vers. 7. παραλαβόντος τὴν βασιλείαν Ἀντιόχου. λαβεῖν βασιλείαν Lucæ 19. vers. 12. 15. Et in Diodoro Siculo lib. 13. 14 15. 17. illa verba ita semper vsurpantur. *Diocles* Archon Atheniensium παρέλαβε τὴν ἀρχὴν, communibus scilicet suffragiis.

Eodem verbo vtitur in Electionibus *Callia, Aristocratis, Lysiadis, Demostrati,* Ἀρχόντων Atheniensium, qui per χειροτονίαν eligebantur. De *Ocho* Persarum Rege, parenti Memori in regno succedenti. Τὴν βασιλείαν διεδέξατο

ὁ Ωχ☉. De *Dario Codomanno*, quem *Bagoa* regno præfecit quiꝗ ἄξι☉ τῆς βα-
σιλείας νομισθεὶς παρέλαβε τὴν ἀρχήν.
De Alexandro Magno. φιλίππε τελευτήσαντ☉ διεδέξατο τὴν βασιλείαν Αλέ-
ξανδρ☉. Contra qui vi, vel armata manu regnum occupant, non dicuntur
proprie παραλαβεῖν τὴν ἀρχὴν ἢ βασιλείαν, sed ἁρπάζειν vel καταλαβεῖν 1. Macc. 1.
v.20 κατελάβοντο τὰς ὀχυράς.

II. Idem Assumptum probamus ex Daniel. 9. v. 1. *Anno primo Darii,
filii Ahassueri è Semine Madai* אֲשֶׁר הָמְלַךְ *super regnum Chaldæorum* ὃς ἐβασίλευσεν ἐπὶ
τὴν βασιλείαν χαλδαίων. vel ὅσις βασιλεὺς ἀνεδείχθη, vel vno verbo βασιλεύθη, *Rex
creatus vel designatus est*. Est enim הָמְלַךְ passiuum in Hophal, quod notat Re-
gem eligere vel iure successionis, vel iure suffragiorum. Excludit ergo ver-
bum hoc omnem armatam vel bellicam vim. Qua in parte ad Ebræorum
Subsellia prouocamus.

III. Idem Assumptum probamus ex *Beroso & Megasthene*, qui testan-
tur Laborosoardocho per insidias oppresso, & βιαίῳ μόρῳ è medio sublato
communi sententia & suffragio, traditum regnum Nabonnido vel Labynero
Babylonio-Medo. Sic enim Berosus: ἀπολλυμένε τέτε (λαβοροσοαρδόχε) συνελ-
θόντες καὶ ἐπιβελεύσαντες αὐτῷ κοινῇ (NB.) τὴν βασιλείαν περιέθηκαν Ναβοννήδῳ, &c.
Megasthenes: τέτε (Λαβοροσοαρδόχε) ἀποθανόντ☉ βιαίῳ μόρῳ Ναβοννίδοχον ἀπο-
δεικνῦσι (NB.) βασιλέα.

III. Ad rationes aduersæ partis breuiter respondemus.

Ad *Primam*. 1. Illa conuenientia inter Danielem & Xenophontem
tantum apparens est.

Commessationes, inebriationes, Regum trucidationes vnum idem
que tempus, vnum eundemque Regem constituere non possunt. Solenne
namque est populis & Regibus eiusmodi Symposia instituere, & truculen-
ta facinora patrare. Et de Babyloniis in specie testatur *Athenæus* lib. 14. ex
Beroso & Ctesia, Babylonios singulare & ordinarium festum habuisse, quod
quotannis, non tamen sine Baccho & Venere celebrabant. Verba Athenæi
sic habent: *Berosus lib. 1. Babylonicorum, scripsit die 16. Mensis* Λώε (qui nostro Au-
gusto respondet) *per quinꝗ dies Babylone* ἑορτὴν *celebrari* Σακέαν *nominatum, in quo
Domini imperium à famulis ferre solebant, & serui vnum ex eis præficere solebant do-
mui, induentes ipsi stolam Regiæ similem, Hunc seruum appellatum* ζωγάνην Et addi ri-
bid. Athenæus: *Ctesiam huius Babylonici festi quoꝗ meminisse*, ἐν δευτέρῳ περσικῶν.
Nullum autem dubium Cyrum tempore huius festi *B*abylonem expugnas-
se. Scribit enim Herodotus libr. 1. cap. 191. tempore obsidionis per Cyrum
in *B*abylone festum fuisse, quo cum conuenit & Xenophon lib. 7. Huius fe-
sti & Scriptura meminit Esai. 21. v. 5. Ierem. 51. v. 39. 57. Et oblique hoc fe-
stum notatur in voce שֵׁשַׁךְ (à Syro-Chaldaico שְׁשַׁ vel שׁוּשׁ lætatus est) Iere.
25. v. 2. cap. 51. v. 41. Qua mystice notare voluit Propheta tempus expu-
gnandæ *B*abylonis, quando festum Σακέα celebratura sit. Illud autem Sym-
posium quod *B*elthazar adornauit, nil commune habuit cum hoc festo,
differt enim *re, Causa, Tempore*. Ideo Daniel Propheta hoc Symposium sim-
pliciter nominat לֶחֶם conuiuium cap. 5. vers. 1. & quidem eiusmodi conui-
uium, quod Proceribus & Satrapis *B*elsazer adornarat. Atqui *B*abylonica
ἑορτή de quibus *Berosus, Ctesias, Herodotus*, seruis præcipue instituta erat. In il-
lo namque festo seruis in luxum solutis nihil reliquum fiebat dissolutæ la-
sciuiæ.

II. Xeno-

II. *Xenophontis Cyripædia* ad hiſtoricam fidem non eſt conſcripta, vt mox probabitur. Nulla ergo hiſtorica cum Daniele conuenientia ex Xenophonte deſumi poterit.

III. Probatiſſimi Autores *Beroſus* & *Megaſthenes* teſtantur *Laboroſoardochum* ante multos annos, quam Cyrus expeditionem contra Babylonem ſuſciperet, ab amicis oppreſſum & trucidatum, dubio procul inter pocula. Hæc Beroſi & Megaſthenis cum Daniele conuenientia longe eſt iucundior & certior.

IV. Teſtis eſt *Ieremias* capit. 51. ℣. 31. Babylonicum Regem eo tempore cum Cyrus Babylonem expugnaret, Babylone non fuiſſe. Conſentit *Beroſus*. Quî ergo tempore Cyri Babyloniæ Rex in Babylone trucidari potuit? Imo teſtis eſt Beroſus Cyrum vltimum Babyloniæ Regem, poſt expugnatam Babylonem, non trucidaſſe, ſed vitam cum Carmaniæ principatu donaſſe.

Ad *Secundam Rationem* dicimus I. & illam plane debilem eſſe. Nulla namque eſt Conſequentia, ſi quis ita argumentetur. *Babylonicum Regnum datum eſt Medis & Perſis.*

Ergo Darius ille Medus, qui interfecto Balthaſare Rex Babyloniæ creatus eſt cum Cyro Babylonem expugnauit.

II. Ex Daniele, Beroſo & Megaſthene iam probatum Darium Medum Babylonicum Regnum armata manu non occupaſſe. Sed de hoc Dario ex profeſſo agemus in duabus ſequentibus Obſeruationibus.

Ad *Tertiā* Ioſephi autoritas nititur autoritate & veritate Xenophontis, verū in libris Xenophontis περὶ παιδείας Κύρου debilis eſt veritas, vt mox euincetur. Quale ergo fundamenrū, tale & id, quod iſti fundamento ſuperſtructum. Sin obiicias: Communem eſſe opinionem & fere Catholicam, quam omnes fere Chronologi amplexentur. Dico communem errorem veritati nil præiudicare & præſcribere. Amicus Socrates, Amicus Plato, magis tamen amica veritas.

Observatio IX.

Quis fuerit Darius Medus apud Danielem cap. 6. v. 1. c. 9. v. 1.

I. QVi Xenophontis Cyri pædiam, Ioſephum, Hieronymum & alios ſequuntur (quod maior pars Chronologorum facit) volunt hunc Darium fuiſſe 1. Cyaxarem iuniorem, filium Aſtyagis, fratrem Mandanæ matris Cyri. 2. Hunc Cyaxarem cum Cyro Babylonicæ expugnationi interfuiſſe. 3. Hunc Cyaxarem filiam ſuam Cyro in matrimonium elocaſſe. 4. Hunc Cyaxarem parenti Aſtyagi in Mediæ regno ſucceſſiſſe. Hauſerunt hæc omnia ex 1. 7. 8. libris παιδείας Cyri apud Xenophontem.

Opinionis ſtabilimenta hæc ſunt præcipua.

1. Vrgent Autoritatem *Tertii libri Eſræ* cap. 3. & 4. Vbi Dario Medo, Liberatio Iudæorum ex Babylonica captiuitate adſcribitur. Vnde colligunt, Darium illum Medum cum Cyro mutuas operas in Babylonis expugnatione locaſſe.

2. Vrgent autoritatē *Xenophontis*, grauiſſimi Scriptoris, opinanturq; eundem

eundem libros de pædia Cyri ad Historicam plane fidem scripsisse, ita vt hac in parte omnibus præponi debeat.

3. Vrgent conuenientiam inter Xenophontem & Danielem ratione conuiuii Belthasaris, & eiusdem interfectione.

4. Et hoc vrgent, apud Danielem regnum Darii & Cyri coniungi. Daniel. 6. v. 28.

5. Et hoc vrgent, à morte Belthasaris Babylonicum Regnum fractum, datumq; *Medis & Persis*. Daniel. 5. v. 28. Vnde coniiciunt Darium cum Cyro, in expugnanda Babylone coniungendum, præsertim cum scriptura Persicum & Medicum excercitum coniungat. Esai. 13. 17. cap. 21. v. 2. Iere. 51. v. 11. 28.

6. Et hoc producunt, anno primo Darii Medi 70. annos Iudaicæ captiuitatis iamiam ad finem decurrisse. Conantur id probare ex Daniel. 9.

II. Verum communis hæc de Cyaxare iuniore sententia, non modo *debilis & ruinosa*, verum & ipsi Scripturæ verisque Berosi & Megasthenis fragmentis *contraria* est.

I. *Debilis est & ruinosa.* Libri namq; Xenophontis ad historicam fidē non sunt conscripti, quod in prima Obseruatione posterioris Decadis fusius probabitur. Quid enim hoc est, quod Xenophon scribit. 1. Cyaxarem iuniorem fuisse Medorum Regem post Astyagen? Hoc contra omnes est Historicos, qui testantur in Astyage Medorum Regnum finem sortitum. 2. Illum Cyaxarem fuisse filium Astyagis, fratrem Mandanæ? Quis non videt hæc Xenophontem in odium Herodoti (cuius ζηλωτὴς fuit) confinxisse. Hic enim scribit: 1. Post Astyagem Medorum Regnum ad Persas deuolutum. 2. Astyagem nullum virilis sexus genuisse. Herodotum sequuntur Trogus Pompeius, Iustinus & alii, melioris notæ Historici.

II. Est ipsi Scripturæ *contraria*. Nam:

Cyaxares iunior apud Xenophontem cum Cyro armata manu vel vi Babylonem expugnauit.

Darius Medus apud Danielem armata manu vel vi Babylonem non expugnauit, id quod in præcedente obseruatione probatum dedimus.

Cyaxares ergo iunior apud Xenophontem non est Darius Medus apud Danielem.

III. Est contraria veris Berosi & Megasthenis (probatissimorum Historicorum) fragmentis, quæ testantur tempore expugnatæ Babylonis per Cyrum Babylonicum Regem non interfectum.

IV. In præcedente quæstione probatum, Historiam Belthasaris, tempore expugnatæ Babylonis per Cyrum, non accidisse.

III. Quis ergo tandem (inquies) Darius ille Medus est? Nobis est *Nabonnidochus*, vel *Nabonnidus* Berosi & Megasthenis.

Nostræ assertionis hæc sunt fundamenta.

I. *Nabonnidus vltimus Babyloniorum Rex Megasthenis est* MEDVS *semine & origine.*

Darius vltimus Babyloniorum Rex apud Danielem est Medus semine & origine. cap. 6. v. 1 c. 9. v. 1.

Ergo Nabonnidus Berosi & Megasthenis est Darius Danielis.

II. *Nabonnidus Babyloniorum Rex communi suffragio in Babyloniorum Regem electus est, testibus Beroso & Megasthene.*

Darius

Darius Medus communi suffragio in Babyloniorum Regem electus est, teste Daniele, vt vidimus in præcedente quæstione.

Ergo Nabonnidus Berosi est Megasthenis & Darius Medus Danielis.

III. *Nabonnidus vltimus Babyloniorum Rex regnat in Babylone annis* 17. testibus Beroso & Megasthene.

Darius Medus vltimus Chaldæorum Rex regnat in Babylone annis 17. teste Sulpitio Seuero.

Ergo Nabonnidus Medus & Darius Medus.

IV. Si Nabonnidus seu Labynetus vltimus Babyloniorum Rex apud Berosum & Megasthenem, non est Darius Medus apud Danielem, 1. dicant nobis, qui talia negant, quis tandem Nabonnidus ille sit? 2. Vel illa fragmenta Berosi & Megasthenis falsitatis conuincant, & ita æterna obliuione sepeliant, quod absque summa ingratitudine vix fieri poterit.

IV. Nunc arenosa fundamenta Contrariæ opinionis diruenda sunt.

I. 1. Autoritas tertii Libri Esræ nulla est, ideo & ab interpretibus indignus ille liber iudicatus est commentatione. 2. In specie de futilitate Historiæ, quæ continetur cap. 3. & 4. de Dario & tribus iuuenibus, sic scribunt Iunius cum Tremellio: *Quam futilis & vana hæc historia sit omnes oculati cum ex tempore videre possunt, tum ex Haggai prophetia: nam quod ad tempus, imperite conturbari rationem illius ante ostendimus cap. 2. quod ad prophetiam vero, nullus tam bonus artifex conciliationum futurus est, quin omnibus tentatis fateatur aut hunc aut illum teneri mendacii. Illum mendacem vt dicamus absit, qui Zerubabelem præfectum Iehudæ docet tanquam rem inauditam, eo demum tempore in opus Domini incumbendum esse, cui populus obnititur vt contemnenti Regum diplomata; qui & præfectos & populum ipsum partim mandatis Dei, partimque promissionibus excitauit: quo prædicante Spiritus Dei animauit ipsos, ac non Regis vllius auctoritas:*

Superest hunc & Iosephum & alios mendacium dicere, qui narrationem hanc tradiderunt. Verum quid multis opus est. Iudæi aduersariis & quæsitoribus suis respondentes nullam huius historiæ, nullam mandati à Dario mentionem faciunt. Esr. 5 vers. 13. & 17. qua vna profecto auctoritate sublata fuisset omnis rixandi occasio: sed ne ipse quidem Darius adducit Esr. 6. Valeant ergo qui fabulas istas, Antiesræ alicuius, non germana Esræ scripta, cum libris Canonicis compactas & adæquatas volunt.

II. Autoritas Xenophontis hac in parte nulla est, vt suo loco demonstrabitur.

III. Et ita, quæ producitur conuenientia in præcedente quæstione est remota.

IV. Coniunctio regni Darii & Cyri apud Danielem 1. non est statim signum vnitatis regni Darii & Cyri, temporis & loci ratione. Danieli namque in ỳ. vltimo sexti capitis nil aliud propositum, quam describere, quod non modo in iuuentute sua temporibus Nebucadnezaris charus fuerit Babylonicis Regibus, verum & in extrema senectute, & Darii & Cyri temporibus in magna autoritate constitutus fuerit. 2. Daniel coniungit quidem regna Darii & Cyri, ita tamen vt reuera inter se quoque distinguat. Sic enim scribit: *Daniel prospere egit in regno Darii, & in regno Cyri Persæ.* Quid opus fuisset gemina repetitione vocis *Regni*, si vnum

 idem-

idemque fuiſſet numero temporeq; ? Satis fuiſſet, ſi ita Daniel ſcripſiſſet: *Daniel proſpere egit in regno Darii & Cyri.*

V. Danielis verba cap. 5. v. 28.

(פרס פריסת מלכותך ויהיבת למדי ופרס. *διῄρηταί ἡ βασιλεία σου, καὶ ἐδόθη μήδοις καὶ πέρσαις.*) 1. non euincunt duos ſtatim Reges Mediæ & Perſidis, vno eodemque tempore Balthaſari Babylonicum Regnum vi ademiſſe, & per *διανέμησιν* inter ſe diſtribuiſſe, vt maior Chronologorum pars hariolatur. 2. ſed id tantum continent, Belthaſaris regnum poſt Balthaſarem *diuidendum*, vel *frangendum*, vel alio *deriuandum*, dandumque Medis & Perſis. 3. Et ſane ſtatim a morte Belthaſaris euentus ſubſecutus. Darius enim licet communi ſuffragio in Babylonicum Regem eligeretur, Seminis tamen non Babylonico-regii, ſed Medici fuit. Babylonicum ergo regnum ratione hæreditariæ Succeſſionis ſtatim à morte Belthaſaris fractum & diuiſum fuit. Quandiu namq; regnum à patribus ad liberos iure ſucceſſorio transfertur, tunc integrum vocari poteſt, cum ad exteros transfertur, tunc frangitur. Ita poſt mortem Salomonis regnum Iudæ *Sciſſum* eſt 1. Regum 11. verſic. 31.

4. Poſt *Darium Medum*, *Cyro* Perſarum Regi Babylonicum Regnum diuinitus datum eſt. En Complementum verborum Prophetæ: *Fractum eſt regnum tuum, datumque Medis & Perſis.*

5. Illa exercitus Medici & Perſici coniunctio nil ad Rhombum. Cyrus enim tum & Perſidis Dominus, Medicum & Perſicum exercitum in Babylonis expugnatione habuit. Interea non ſequitur peculiarem Medicum Regem Cyro in illa obſidione ab auxiliis fuiſſe. Nihil hac de re memoriæ prodidere probati auctores, & id non ſine ratione. Nam poſt Aſtyagen nemo præter Cyrum in Media & Perſide Rex fuit, quicquid Xenophon hoc in loco fingat. 6. Ierem. 51. verſ. 27. teſtatur Propheta in expugnanda Babylone ab auxiliis fuiſſe regna *Ararat, Minni & Aſchenaz*. Siccine tot Reges comminiſci libet, qui Cyro in Babylonis occupatione adfuerint?

VI. Ex Daniele 1. nunquam probabitur ſob initium Regni Darii Medi 70. annos Iudaicæ captiuitatis ad finē decurriſſe. Daniel enim hoc tantum habet cap. 9. quod anno primo *Darii Medi* perlectis Propheriis Ieremiæ capit. 25. & 29. de 70. annis captiuitatis ardentes ad Deum preces fuderit, & pro liberatione populi, & pro temporis vel termini 70. annorum decurtatione.

2. *Verbum*, quod in principio deprecationum Danielis prodiit v. 23. non eſt *verbum mandati*, vel Darii vel Cyri *de laxanda Babylonica Captiuitate*, ſed *verbum mandati ad reſpondendum Danieli*: Hoc ergo Daniel vult: *In principio deprecationum tuarum prodiit verbum, ad quod indicandum venio, id eſt, quam primum cœpiſti orare, mandatum accepi à Domino, vt reſponderem tibi, deque futuris rebus informarem.*

OBSER-

Observatio X.

Num Darius Medus Rex Medorum fuerit.

I. ITa quidem nonnulli opinantur, freti quibusdam coniecturis. 1. Nominatur *filius Ahasueri* Daniel.9.1. 2. *E semine Medorum*, ibidem. 3. Principes Regni petunt ab hoc Dario confirmationem edicti de nemine nisi Rege adorando, secundum Leges Medorum & Persarum Dan.6.v.8.12.15. 4. Idem confirmant ex Iosepho, & aliis, qui Iosephum sequuntur, Historicis.

II. Nostra est sententia Darium illum Medum Regem Mediæ, & Persidis non fuisse. Nam 1. fuit Rex Babyloniæ Dan. 9.1. 2. Communibus suffragiis in regnum illud electus vt diximus in 8. Obseruatione. 3. Nunquam à Daniele nominatur Rex Mediæ & Persidis. 4. Sin ante electionem in Babylonicum Regem fuisset Rex Mediæ & Persidis, fuisset vel *Astyages*, vel *Cyaxares* iunior. *Astyages* esse non potest. Nam Astyages 1. nunquam factus est Babyloniæ Rex. 2. Astyages iam ante à Cyro victus erat, quam Darius Medus Rex Babyloniæ crearetur. *Cyaxares iunior* Astyagis filius esse non potest. Ex nullo namque probato Historico probari potest, alium post Astyagem Medis & Persis præfuisse præter Cyrum. Nam *Astyages, nullum virilis sexus genuit*, Herodotus, Iustinus lib.1. Et Xenophontis Cyri παιδεία historicam fidem hic nobis nullo modo facere potest, multo minus Anniana somnia. Fuit ergo Darius ille 1. *Medus*, non ratione regni Medici & Persici, sed ratione seminis Daniel. 9.1. id est, prosapiæ. Parens eius genere Medus, hunc Darium in Babylone genuisse omnino est verisimile. Ideo hic Darius à Beroso nominatur. 2. *Nabonnidus Babylonius*, tum quia in Babylonia ex Medico semine natus, tum quia vnus ex præcipuis Satrapis Babylonicorum Regum, ideo & linea hæreditariæ successionis in *Laborosoardocho* deficiente communibus suffragiis in Babyloniorum Regem electus est.

III. Ad *Coniecturas* id respondemus.

Ad *Primam*. אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ vel Ahasueri nomen non modo fuit Regibus proprium, verum & aliis commune.

Ad *Secundam*. 1. Non statim Reges Medorum sunt, qui vel Medi appellantur, vel ex Media oriundi sunt, alias infiniti Medorum Reges constituerentur.

2. Si Ahasuerus & Darius Medus fuissent Reges Medorum, Daniel pro מִזֶּרַע מָדָי dicere debuisset מֶלֶךְ מָדָי.

3. Scriptura in notatione Regii seminis plerumque addit determinationem. *Athalia surgens perdidit* אֵת כָּל־זֶרַע הַמַּמְלָכָה πᾶν τὸ σπέρμα τῆς βασιλείας 2. Reg.11.1. *Fuit mense septimo, vt accedens Ismael*, &c. מִזֶּרַע הַמְּלוּכָה ἐκ τοῦ σπέρματος τῶν βασιλέων 2. Reg.25.25. Ier.41.1.

Ad *Tertiam*. De Legibus Medorum & Persarum notandum. 1. Danielem sine omni dubio tum fuisse *Susis* in Perside vt colligitur ex Daniel 8. 2. 2. Illam partem Persidis sponte, vel alio aliquo casu, potius quam belli fortuna, tum Babyloniorum imperio accessisse. Si namque tempore Belthasaris Susis Persarum, non Babyloniorum fuisset, quare Daniel tum Susis degens mentionem facit Babylonici non

Persici Regis. c. 8. 1. 3. Darius ergo Medus vtut Rex Babyloniorum fuerit, in ea tamē Persidis parte, q̄ Babyloniorū tum imperio subiacebat, nil sancire poterat, nisi Persico iure, quod & hodie in omnibus regnis vsurpari videmus. Cum enim vni Regi multa parent regna: non est concludendum, illa omnia temperari eisdem Legibus. Imo multa eiusmodi regna sub vno Principe contrariis sæpe legibus videmus regi. 4. Cum ergo Daniel in Susiana præfectura Satrapes fuerit tempore Chaldaicorum Regum, sequitur tractum illum Persidis Babylonico regno adscribendum, ipsumque Danielem secundum iura & Leges Persarum iudicandum esse, hostes eius & accusatores statuerunt.

Ad *Quartam*. Iosephi authoritas, & eorum qui Iosephum hac in parte sequuntur nos non ligat, vt antea sæpius inculcatum.

POSTERIORIS DECADIS

Observatio I.

De Xenophontis Cyri pædia.

Xenophon Apis Attica, octo libros conscripsit περὶ παιδείας Κύρου de institutione Cyri Maioris, primi Persarum Regis, Κατ' ο- ne Styli eleganter, polite, terse. Verum ad Historicam fidem non sunt conscripti.

Testatur id I. Cicero ad Q. Fratrem lib. I. Epistola I. *Non ad historia fidem, sed ad effigiem iusti imperii conscripti sunt.*

II. Dionysius Halicarnassensis in Epist. ad Cn. Pomp. *Xenophon Herodoti ζηλωτὴς vel æmulator fuit secundum vtrumque Characterem:* τόν τε πραγματικὸν, καὶ τὸν λεκτικόν. *Primo namque* ὑποθέσεις τῶν ἱστοριῶν ἐξελέξατο καλὰς καὶ μεγαλοπρεπεῖς καὶ ἀνδρὶ φιλοσόφῳ προσηκούσας. Hypotheses *Historiarum elegit pulchras & magnificas & viro Philosopho congruas:* Τήν δὲ Κύρου παιδείαν εἰκόνα βασιλέως ἀγαθοῦ καὶ εὐδαίμονος. Imaginem *boni & felicis Regis*. Paulo infra: ἐν πολλοῖς ὀλίγωρός ἐστιν. *Xenophon in multis negligens est*. Ibidem & hoc addit, *Herodotum* ἰδίως πλεονεκτεῖν...

Idem autor alibi in ἐξετάσει τῶν ἀρχαίων de Xenophonte hæc habet: *Xenophon Herodot: ζηλωτὴς fuit*. Item ὕψους δὲ καὶ μεγαλοπρεπείας καθόλου τοῦ ἱστορικοῦ πράγματος οὐκ ἐπέτυχεν. *Sublimitatem & magnificentiam vniuersalis Historici Systematis non assecutus est.*

III. Gellius testis est lib. 14. Noctium Atticarum cap. 3. apud Muretum lib. 5. variarum lectionum cap. 14. *Xenophontem libros* παιδείας Κύρου *sub persona Cyri ad* Ideam *boni, felicis, recte educati & legitime imperantis principis conformasse, & Platonis* Ideæ *de Repub optime constituenda opponere voluisse.*

IV. Xenophon in illis libris multa in pleniorem Cyri commendationem excogitauit. In historia vero suspicio subest, de veritate, si quis nimium commendetur.

V. Subscribit Catalogus oculatissimorum ingeniorum huius æui, quæ constanter asserunt Xenophontis libros de pædia Cyri ad historicam fidem non conscriptos.

VI. He-

VI. Herodotus Xenophonti quo ad hiſtoriæ fidem ſemper fuit prælatus. Atqui Xenophon Herodoti ζηλωτὴς in illis libris multa ſcribit Herodoto contraria.

1. Xenophon ſcribit in principio libri primi, *Cambyſen*, Cyri parentem *Regem Perſarum* fuiſſe. Hoc contra Herodotum, qui lib. 1. dicit, Aſtyagem ex ſomnii inſtinctu filiam Mandanen, Cyri Matrem, *Cambyſi homini obſcuro inter Perſas & mediocri viro in matrimonium dediſſe*. Herodotum ſequuntur Trogus, Iuſtinus & omnes Hiſtorici. Et merito. Nam ante Cyrum nullus fuit Rex Perſidis.

2. Scribit Xenophon, Aſtyagem Medorum Regem filiam Mandanen, & filium Cyaxarem reliquiſſe. Hanc Xenophontis HYPOTHESIN Hiſtoricam ſequuntur *Ioſephus, Zonaras, Hieronymus* & plurimi alii. *Herodotus* contra lib. 1. c. 20. ait, Aſtyagem nullum virilis ſexus genuiſſe, Herodotum ſequitur Trogus Pompeius, Iuſtinus & melioris notæ Hiſtorici.

3. Scribit Xenophon Cyaxarem, Aſtyagis filium parenti in Medico regno ſucceſſiſſe. Et id eſt contra Herodotum reſtantem, poſt deuictum à Cyro Aſtyagen, neminem Medicum Regem fuiſſe, ſed Cyrum Medos Perſis ſubiugaſſe. Hiſtoricum Herodoti πρᾶγμα ſequuntur Hiſtorici fide digni.

4. Xenophon ſcribit, Cyrum ab Aſtyage liberaliter educatum. Contra Herodotus lib. 1.

5. Scribit Xenophon lib. 8. Cyrum naturali morte in Perſide obiiſſe. Contra Herodotus, Iuſtinus & alii fide digni volunt Cyrum in bello Maſſagetico interfectum.

Genealogia Cyaxaris & Cyri ex Xenophonte.

Cyaxares.
|
Aſtyages.

Cyaxares — Mandana—Cambyſes

Cyaxares:
|
Hic Cyaxares ſecundum Xenophontem filiam ſuam Cyro in matrimonium dedit.

Mandana—Cambyſes:
Cyrus

Genealogia Cyaxaris & Cyri ſecundum alios, qui Herodotum cum Xenophonte conciliare ſtudent.

Cyazares. Ex hoc Cyazare nonnulli faciunt Ahaſuerum, parentem Darii Medi. Dan. 9. 1.

Aſtyages
|
Cambyſes—Mandana
|
Cyrus

Cyazares. Ex hoc Cyazare nonnulli Darium Medum faciunt apud Danielem.
|
Hunc Cyazarem filiam Cyro in matrimonium dediſſe volunt. Item, filium genuiſſe, quem Aſtyages virili hærede ſecundum Herodotum carens in filium adoptauit, & ita à Xenophonte Aſtyagis υἱὸς (adoptiuus ſcilicet) nominetur. Sed hæ meræ coniecturę ſunt.

OBSER-

Observatio II.

De Annii Viterbiensis Beroso.

DE Annio Viterbiensi diximus in lib. 2. Tit.3.cap.14. Producit hic Annius *Berosum*, quem notis illustrauit, at plane fictitium.

Probatur I. *Tatianus* testis est, & *Goropius* lib. 1. Hisp. fol. 2. & lib. 4. Orig. fol. 431. à vero Beroso *tres* duntaxat *libros* de Chaldæorum rebus conscriptos. Annii Berosus *quinque* habet.

II. Iosephus libro priore in Appionem verum Berosum introducit, inter reliqua Græcorum vanitatem reprehendentem quod Babyloniam à Semiramide conditam scripserint. Ait enim Babylonem à Nebucadnezare ædificatam & amplificatam. Idem habet lib.10. Antiquit.cap.11. Cum vero Beroso videtur & scriptura conuenire. Dan.4.27. Fictitius contra Berosus lib. 5. Græcos sequens, contraria vero Beroso fingit, vxorem Nini, Semiramidem, Babylonem ædificasse & amplificasse.

III. Verus Berosus Chaldæorum Historiam produxit ad tempora vsque Cyri, & vlterius, testibus Iosepho & Eusebio libro decimo præparationis Euangelicæ. Fictitius Berosus desinit in 18. Assyriorum Rege, quo tempore Troiæ regnum initium habuit.

IV. In fictitio Beroso pueriles ridiculæ ineptæ sunt deriuationes: A *Saba* dictam fuisse *Sabaam*: à *Petreio*, Arabiam *Petraam*: à *Lugduno Lugdunum*: à *Franco Francos*: *Olympus*, quasi *totus limpidus*. *Huiusmodi deriuationes sunt impostoris commenta*, teste *Beato Rhenano* libro tertio rerum Germanicarum, pagina 192.

V. In Pseudo-Beroso non reperiuntur, quæ à fide dignis Historicis ex vero Beroso citantur.

1. Berosus nonnulla de Abrahamo prodidit, inquit Iosephus lib.1. Orig. cap.8. De Abrahamo in fictitio Beroso ne γρῦ.

2. Iosephus lib.10. Antiquit.c.3. ait, verum Berosum facere mentionem *Baladanis*, cuius Sacræ quoque literæ meminere, in Historia Ezechiæ 2.Regum.20.12. Esai.39.1. De hoc Baladane altum in spurio Beroso silentium.

3. Verus Berosus multa scripsit de *Nabulassare*, *Nebucadnezare*, item περὶ τῶν Ἰουδαίων αἰχμαλωσίας teste Iosepho lib.10. Orig. cap.11. & priore in Appionem, Eusebio libro 10 præparationis Euangelicæ, Clemente Alexandrino, libro primo στρωμάτων. Nothus Berosus nil hac de re habet.

4. Iosephus priore in Appionem dicit, Berosum lib. 3. Chaldaicarum rerum, Nabulassaris, Nebucadnezaris & successorum meminisse. Effictus Berosus lib. 3. de dispersione filiorum Noæ post diluuium nonnulla fabulatur.

5. Athenæus libro decimo quarto, capite 17. citat ex libro primo festum quoddam, quod Babylonii quotannis in mense Loi celebrarunt. De hoc festo nil habet Annianus Berosus. Figmenta ergo sunt otiosi Monachi.

VI. Ex fragmentis veri Berosi colligitur, Chaldaicam Berosi Historiam iustum in se volumen continuisse. Annii Berosus glossis reparatis vix aliquot pagellas continet.

VII. Vi-

VII. Viderunt hoc oculatiſſimi ante nos viri, qui familiam in literis ducunt, quique Anniani Beroſi vanitatem deprehenderunt, *Volaterranus* libro quarto Anthropol. *Blondus, Glareanus, vterque Scaliger, Lipſius, Goropius, Ludouicus Viues* in notis ad caput primum libri 18. Auguſtini de Ciuitate Dei, *Caluiſius, Fridericus Tilemannus* in diſcurſu Philologico, & alij quam plurimi.

Hinc videmus & audimus exteras nationes Germanos irridere, quod palpabilibus illis figmentis fidem adhibeant.

Observatio III.

De Regina Dan. 5. 10.

I. SCribit Daniel, conuiuii tempore à Belthaſare inſtructi in palatio Regio egreſſos digitos humanæ manus eque regione lychnuchi quid ſcripſiſſe, Rege vidente, qui propter hanc ſcriptionem vehementiſſime conturbatus eſt, vſque ad pallorem & oſſium concuſſionem verſ. 6. 9. Rex adduci iuſſit Sapientes Chaldæos, vt ſcripturam legerent & explicarent, Aſt nemo inuentus, qui ſcripturam illam legere potuit. Tandem *Regina* intrauit, quæ Regi in memoriam reuocauit res geſtas & ſapientiam *Danielis* tempore Nebucadnezaris v. 11. 12.

II. Hæc *Regina* (מַלְכְּתָא) non fuit coniunx Belthaſaris, vt *Porphyrius* olim finxit. Vxores enim illius iam antea interfuerunt conuiuio verſic. 2. 3. *Origenes* (Hieronymo teſte) voluit eam *matrem* Balthaſaris fuiſſe. Nos *Ioſepho* lib. 10. Antiquit. cap. 12. *Lyra* & aliis ſubſcribimus, ſtatuimuſque illam Reginam fuiſſe *auiam* Belthaſaris, coniugem Nebucadnezaris fœminam & prudentia, & ætate grauiſſimam. Narrat enim Regi vt viſa, quæ Nebucadnezaris tempore acciderunt.

III. Cum vero Herodotus lib. 1. mentionem faciat Nitocris Reginæ Babylonicæ, cuius ſolertiam ibidem Hiſtoricus mire deprędicat; non dubitamus illam *Nitocrin* Nebucadnezaris fuiſſe coniugem. Firmiorem faciunt noſtram aſſertionem iſta machinamenta plane virilia in firmanda, amplificanda & exornanda Babylone.

Hoc opus Nebucadnezar inceperat Daniel. 4. 27. inſtinctu vxoris ſuæ, Beroſo teſte. Vxor in Septennali Nebucadnezaris ἀῤῥωςίᾳ continuauit, quin imo & regnum per hoc Septennium viro demenrato & inter beſtias degente ſua prudentia & fortitudine adminiſtrauit. Quanquam in eo errer *Herodotus*, quod *Labynetum*, contra quem Cyrus exercitum duxit, Reginæ Nitocris filium faciat.

IV. *Beroſus* apud Ioſephum priore in Applonem ſcribit, Nebucadnezaris coniugem in Mediæ montanis enutritam. Vnde per coniecturam colligimus eam fuiſſe filiam *Cyaxaris*, potentiſſimi Regis Medorum. Coniecturam firmat iſta pacificatio, qua quinquennale duellum inter *Alyatten* Medorum, & *Cyaxarem* Medorum Regem diremptum eſt. Autores conuentionis vel pacificationis fuere *Syenenſis Cilix, & Labynetus Babylonius*, teſte Herodoto lib. 1. c. 74. & addit ibidem Hiſtoricus eo tempore Eclipſin Solis accidiſſe à Thale Mileſio Ionibus prædictam. Hanc Eclipſin Plinius conicit in annum 4. Olymp. 48. Anno Vrbis CLXX. libro 2. c. 12.

cap.12. Sane annus 4. Olymp. 48. conuenit cum anno Vrbis CLXX. Verum circa illa tempora Cyaxares iā mortuus fuit. Astyages enim circa initium Olymp. 46. regnare cœpit, Finis enim Astyagis, qui 35. annos regnauit cadit in initium Olympiadis 55.

Ad Chronologicam illam dubitationem respondet *Temporarius* & alii statuentes, Herodotum in Persona errasse, & pro Astyage Cyaxarem nominasse, vel Astyagen etiam Cyaxarem appellatum. Verum hæc dicuntur non probantur. Herodotus bis mentionē facit istius duelli inter Alyatten & Cyaxaren parentem Astyagis. Vnde colligimus Herodotum in persona Cyaxaris non errasse, & consequenter illam Eclipsin in anteriora coniiciendam. Quem laborem Astronomis supputandum committimus. Anno primo Olymp. 43. finiente & secundo ineunte Eclipsis Solis accidit 30. Iulii in ipsa Meridie. Num hæc Eclipsis illa sit, cuius Herodotus meminit sapientibus diiudicandum relinquimus. Sane circa illud tempus & Halyattes Lydorum, & Cyaxares Medorum Reges regnarunt. In Babylonia vixit & Nabulassar parens, & Nebucadnezar filius. Labynetus ergo Babylonius, qui isti transactioni interfuit, fuit vel Nabulassar, vel, quod vero similius, Nebucadnezar, in qua transactione Alyatris Lydorum Regis filia nomine Ariena, Cyaxari Medorum Regis filio in vxorem data est, teste Herodoto. Ex qua transactione coniicimus, quandam affinitatem inter *Cyaxarem* & Babylonicum Regem *Labynetum* intercessisse.

Observatio IV.

De nomine Esræ.

I. Esra vel Hezra עֶזְרָא. Nomen fuit duobus commune, quod notandum, ne in errorem labamur.

1. Nomen hoc obtinuit quidam Leuitici ordinis, qui vna cum Iehoschua Summo Pontifice & Zerubabele Principe Hierolymam ex captiuitate ascenderat. Nehe.12.1.

2. Nomen hoc habet *Esra*, qui anno 7. Artaxerxis Memoris (Esr.7.7.) Perside Hierosolymam cum multis aliis Iudæis ex Regis indultu profectus est. Hic ad differentiam prioris Esræ nominatur הַכֹּהֵן הַסֹּפֵר *Sacerdos* & *Legisperita*, & cum ה demonstratiuo, *ille* Sacerdos, *ille* Legisperita. Neh. 12. 26.36. Et Legisperita מָהִיר promptus seu exquisitus in Lege Mosis Esr.7.6.

II. *Tremellius* cum *Iunio* in Bibliis ad v. 1. cap. 12. Neh. ex his duobus, vnum Esram faciunt, statuuntque, Nehemiam *Synecdochice* duas profectiones è captiuitate longo tempore à se inuicem distantes coniungere. Priorem sub Serubabele Duce & Iehoschua Pontifice: posteriorem Esra Duce Anno septimo Artaxerxis Memoris. Versum ergo primum capitis 12. apud Nehemiam hoc modo distinguunt: *Isti sunt Sacerdotes, & Leuitæ, qui ascenderant, cum Serubabele filio Schealthielis, & Ieschua: Seraia, Iirmeia Hezra.* In Ablatiuo, repetendo Præpositionem עִם ἀντὶ τῦ κοινῦ. *Et cum Seraia, Iirmeia* Hezra. Docti viderint, duos distinctos fuisse idem nomen habentes manifeste ex Neh, 12. v.33.36. conspicitur.

Obser-

OBSERVATIO V.

Tyrus vnde dicta, & à quo & quando condita.

I. TYrus (vrbs secundum Q. Curtium lib. 4. & vetustate originis & crebra fortunæ varietate ad memoriam posteritatis insignis) Ebræis dicitur צור à fortitudine seu Petra.

צור enim Petram significat, & Tyrus dicta est צור, quia in corde maris super petram extructa Ezech. 28. 2 Pœnis seu Phœnicibus dicebatur *Sar* ex Ebræo צר. Hac enim lingua, Dialecto nonnihil inflexa, olim vsi sunt antequam in Africam migrarent. Ennius: *Pœni Africa Sarra*, id est, *Tyro oriundi*. Et Gellius testis est lib. 14. cap. 6. *Tyrum olim Sarram dictam*. Virg. 2. Æneid. *Sarranum ostium*, id est, Tyrium. Condita est à Sidoniis vel incolis Vrbis צידון, quæ à Tyro sex quasi Germanicis miliaribus distabat. Ideo Tyrus nominatur בת seu *filia Sidonis* Esai. 23. 1. vt Catthago Tyri est colonia seu filia. Causa conditus Tyri fuit vel dissensio Ciuium Sidonensium, vel, (vt Iustinus lib. 18. ex Trogo Pompeio refert) expugnatio Sidonis ab Ascaloniis seu Philistinis mota. Phœnices ergo siue Zidonei à Rege Ascaloniorum expugnati, nauibus appulsi Tyrum condiderunt. Quid si causam in populosiorem Sidonensium ciuium numerum coniiciamus, cui ferendo Sidon non fuit.

II. Condita est Tyrus ante extructum Salomonicum templum annis 240. teste Iosepho, lib. 8. Originum c. 2. Templum autem Salomonicum condi cœptum Anno mundi 2933. Tyrus ergo fundata Anno mundi 2693. circa vltima tempora Gedeonis, 76. annis ante Ilii vel Troiæ excidium. Iustinus ex Trogo lib. 18. Tyrum conditam, ait ate annum Troianæ cladis.

Nos Iosepho astipulamur. Quanquam in libro Iosuæ cap. 19. 29. huius ciuitatis iam fiat mentio. Quod si tempore Iosuæ liber Iosuæ conscriptus, tum Tyrus quadringentis fere annis ante Salomonicum templum fuisset condita. Est autem verisimile Librum Iosuæ post ipsius tempora Iudicum temporibus conscriptum. Hoc respectu Iosephus in definiendo tempore excusari poterit. Fuit autem Tyrus vrbs munita & plane elegans, vt videre est Ios. 19. 29. 2. Sam. 24. 7. Ezech. 27. & 28. Zach. 9. 3.

III. Hostilibus armis infestata fuit Tyrus.

1. *Intestinis*, vel *domesticis* מבית Esa. 23. 1. à seruis, suos dominos occidentibus. Qua de re Iustinus lib. 18. sic scribit: *Tyrii attritis viribus à seruis suis, multitudine abundantibus, indigna supplicia perpessi sunt, qui conspiratione facta, omnem liberum populum cum dominis interficiunt. Atque ita potiti vrbe, lares dominorum occupant, Rempub. inuadunt: coniuges ducunt, & quod ipsi non erant, liberos procreant.*

II. *Exteris* seu *aduenis* מבוא. Esai. 23. 1.

1. *A Salmanassare* Assyriorum Rege, qui Tyrum aggressus est 60. nauibus. Quibus occurrentes Tyrii, inter quos *Elulæus* Princeps eorum, disiecta hostili classe, victores euaserunt. Verum Salmanassar Custodes ad fluuium & aquæ ductus disposuit, qui aquari Tyros prohiberent, quod cum per continuos quinque annos fieret, coacti sunt effossis puteis inde se sustentare. Hæc *Menander* ex Tyriorum annalibus apud Iosephum libr. 9. cap 14.

2. Ab *Aprie* Ægyptiorum Rege, qui cum Tyro nauali pugna dimicauit. Verum calamitas eum mansit, teste Herodoto in Euterpe.

3. A *Nebucadnezare*, qui à parente Nabulassare in Ægyptum, totamque Syriam ad rebelles Ægyptios & Syrios missus, quam primum in Phœniciam venit, Tyrum, ob defectionem *Ithobali* Tyriorum Principis, obsidione cingit per 13. annos Ezech. 29. 18. Iosephus priore in Appionem & lib. 10. Orig. c. 11. circa finem ab anno 7. Ithobali ad 20. eius annum vt ex correcto Iosephi loco priore in Appionem liquet. Qua de re nonnulla monuimus cap. 5. Tit 2. posterioris libri. In hac obsidione audiens Nebucadnezar parentis obitum, Babylonem ad occupandum imperium profectus est anno quasi quinto Iudaicæ captiuitatis, re adhuc apud Tyrios infecta, quantum coniicere licet. Nam anno 11. Captiuitatis αἰχμαλωσίας illusit Hierosolymæ à Nebucadnezare occupatæ. Ezech. 26. 2. quod non fecisset, si ante fuisset à Nebucadnezare expugnata. Vnde colligimus, Nebucadnezarem post deuastatam Hierosolymam altera vice maximis cum copiis, maximaque vi Tyrum obsidione cinxisse, & tandem expugnasse. In qua obsidione nauibus Nebucadnezarem vsum esse nullum est dubium.

Erat enim Tyrus Insula, sita in corde, seu medio maris Ezech. 28. 2. Testatur autem idem Propheta. c. 26. 8. Nebucadnezarem propugnaculo facto & diffuso aggere ciuitatem occupaturum esse, eique muros & turres arietibus destructuros. Quod & dubio procul factum, licet id in profanis non habeatur Historiis. Prophetiam enim adimpleri oportuit. In hac miseria Tyrus mansit per 70. annos Esai. 23. 15. Cyrus enim concedens Iudæis in patriam ire, Tyriis quoque & Phœnicibus pristinam libertatem concessit, ab eo tempore Tyrii ciuitatem vicissim muniuerunt, & reædificarunt. Tempore namque Darii Nothi florens fuit Zach. 9. 3. tempore Alexandri Magni munita, temporibus Romanorum admodum populosa.

III. Tyrus bellicis armis infestata fuit מארץ כתים Es. 23. v. 1. *è terra Chittim* vel Macedonia, id est, ab Alexandro Magno, verum non sine magno labore, prout videre est apud Iosephum lib. 11. Orig. cap. 8. Iustinum lib. 11. & 18. Plutarchum in Alexandro, Diodorum Siculum lib. 17. Q. Curtium lib. 4. & alios. Nam Tyrum Insulam à continente terra 4. stadiorum interuallo distantem, terræ continenti apposuit immensis aggeribus, immenso labore extructis. Septem menses in Tyri oppugnatione consumpsit. Expugnata vrbe, omnes, qui prælio superfuerant, ob memoriam veteris cædis, quam in Dominos exercuerant, cruci adfixit. Seruorum enim supplicium erat crux. Atqui Tyrii omnes serui, dominos enim suos occiderant omnes. Tyrum Alexander non deuastauit, sed eam solummodo sibi subiugauit.

4. Post Alexandri mortem iterum ab Attalo Perdiccæ Nauarcho Tyrus occupatur, teste Diodoro lib. 18.

5. Tum ab Antigono vt Diodorus scribit lib. 19.

6. Sequentibus temporibus in Romanorum potestatem deuenit. Qua de re legatur Dio Cassius lib. 42. 48. 54.

7. Tandem à Mahometis occupata & expugnata est.

IV. Inquies: *Propheta Ezechiel minatur Tyro eam solo æquandam & amplius non ædificandam.* cap. 26. ỷ. 14. 19. Dico, Prophetam vel vltimum excidium Tyri respicere, vel per σύγκρισιν loqui, eam non amplius ædificandam post Nebucadnezarem, tam magnifice scilicet vt antea. Simile quid de Babylone legimus Esai. 13 19. Nonnulli dicunt Prophetas in huiusmodi vaticiniis, hyperbolis vti, quod ego non dixerim.

V. Vltimo loco & hoc addendum, Dauidem Psalm. 87. v. 4. & Esaiam

cap.

cap. 23. 18. propheticis verbis lætum de Tyro vaticinium proponere, eius merces Domino ſanctificandas, id eſt, Tyrum ſuo tempore peruenturam ad veram Meſſiæ agnitionem; & eius conſortium, quod Chriſti, & Apoſtolorum temporibus impletum Matth. 4. 24. cap. 15. 21. Marc. 3. 8. Et teſtis eſt Q. Curtius lib. 4. Tyrum ſuo tempore ſub tutela Romanę manſuetudinis acquieſcere. Floruit autem Curtius circa tempora Claudii Imperatoris, paucis annis poſt Dominicam in cœlos Aſcenſionem.

Observatio VI.

De Zedekiæ regno, & quando regnare inceperit?

I. Zedekias ſiue *Tzidkias* Ebræis צדקיהו Item מתניה *Matthania* 2. Reg. 24. 17. poſt ſpontaneam Iechoniç in Babylonem tranſmigrationem. 2. Regum 24. 12. 2. Chron. 36. 10. à Nebucadnezare Rex Iudæ iuramento præeunte. 2. Chron. 36. 13. Ezech. 17. 12. conſtituitur, verum vt Vaſallus Babylonici Regis, imperat annos vndecim. 2. Reg. 24. 18. 2. Chron. 36. 11. *Anno quarto* ſui regni Babylonem ad Nebucadnezarem proficiſcitur anno duodecimo Regni Nebucadnezaris. Ierem. 51. 59. (Quanquam alii Ieremiæ locum aliter interpretentur.) Violato vero iuramento & fœdere Zedekias ad Ægyptiorum Regem, *Pſammin* defecit. 2. Reg. 24. 20. 2. Chron. 36. 13. Ezech. 17. à v. 15. anno quaſi *ſexto* Tzedekiæ, quantum ex Ezechiele, à c. 8. ad 20. colligitur. Quanquam Ioſephus lib. 10. Orig. cap. 10. hanc defectionem in annum *octauum* regni Zedekiæ conííciat. Hoc Zedekiæ periurium vlturus Deus (prout comminatus fuerat Ezech. 17. à v. 16. & ſeq.) Nebucadnezarem in Iudæam mittit, qui anno *nono* Tzedekiæ decimo die, decimi menſis Hieroſolymam obſidione cingit. 2. Reg. 25. 1. Ier. 39. 1. cap. 52. 4. Ezech. 24. v. 1. & 2. per menſes octodecim. Anno namque vndecimo regni Tzedekiæ nona die, menſis quarti Hieroſolyma occupata & deſolata eſt 2. Reg. 25. v. 3. 4. Ierem. 39. 2. cap. 52. 6. Tzedekias in fuga captus, oculiſque in conſpectu Nebucadnezaris priuatus Babylonem abductus eſt, vbi & mortuus. 2. Reg. 25. 7. Ierem. 39. cap. 52. 11. Qua in parte impleta vaticinia Ieremiæ & Ezechielis, quorum ille vaticinatus erat Zedekiam ſuis oculis Babylonicum Regem viſurum capite trigeſimo ſecundo verſ. 4. cap. 34. 3. Hic, Zedekiam non viſurum Babylonem. Ezech. 12. v. 12. 13. Cauſam vero tantæ moræ in obſidenda Hieroſolyma præbuit *Apries* Ægypti Rex, qui audiens Hieroſolymæ obſidionem à Babylonico Rege factam, aſſumpto valido exercitu, Hieroſolymam petit, volens obſidionem ſoluere, & Regi Zedekiæ, qui cum ipſo in fœdere erat, ſuccurrere. Verum Nebucadnezar ſoluta ex parte obſidione obuiam Ægyptiaco Regi profectus vno prælio victum tota Syria expulit. Ier. 37. v. 5. 7. ſtatimque ad obſidionem reuerſus Hieroſolymam tandem occupat & diruit.

II. De initio vero regni Tzedekiæ Chronologica mouetur diſceptatio. Legitur 2. Chron. 36. 10. Nebucadnezarem לתשובת השנה *in anni conuerſione*, vel, *vertente anno* (da das Jahr umb kam) miſiſſe militem ad Iechoniam Iudæ Regem captiuandum, & Babyloniam abducendum. Quod & factum, ſtatimq; Zedekias poſt Iechoniam Rex Iuda conſtitutus eſt. Quæritur, qualis hæc anni ſit conuerſio?

Scaliger in ſuis animaduerſionibus in Euſebium vult per illam anni conuerſionem intelligendum æſtiuum Solſtitium, quo Sol ad ſupremum

punctum veniens annnum Tropicum finit & alium inchoat. Idem Scaligero pinatur Tzedekiam decem tantum solidos annos regnasse.

Codomannus lib. 3. Chron. cap. 13. hanc anni conuersionem refert ad annos Nebucadnezaris hoc sensu: *Anno vertente*, id est, *anno septimo Nebucadnezaris finiente & octauo ineunte misit Nebucadnezar*, &c.

Atqui in scriptura deprehendimus Annos regni Nebucadnezaris à quinto mense inchoari. Quartus enim mensis in quo Hierosolyma expugnata 2. Reg. 25. v. 3. 4. Ierem. 39. 2 Ezech. 24. v. 1. 2. est *decimus octauus* Nebucadnezaris Ierem. 52. 29. finiens scilicet. Mensis sequens quo Salomonicum templum conflagratum, est *decimus nonus* Nebucadnezaris iniens. 2. Reg. 25. 8 Ierem. 52. 12.

Vtraque opinio initium regni Tzedekiæ in æstatem coniicit. Hisce opinionibus videtur fauere Ieremias, qui in quintum mensem ראש vel initium regni Tzedekiæ locare videtur cap 28. 1.

III. Verum quo minus istis opinionbus adhærere possimus, sequentes nos mouent rationes.

1. *Si anni Regni Tzedekiæ in æstate cum annis regni Nebucadnezaris inchoandi, tum vnus idemque annus Tzedekiæ in diuersos Nebucadnezaris annos cadere non potest.*

Atqui vnus idemque annus Tzedekiæ in duos diuersos Nebucadnezaris annos cadit.

Initium ergo Tzedekiæ in æstatem vix ac ne vix quidem locari poterit.

Maioris consecutio manifesta est. Assumtum ex sacris facile firmatur. Annus vndecimus Tzedekiæ cadit tum in decimum octauum, tum decimum nonum annum Nebucadnezaris quantum apparet ex locis 2. Reg. 25. 8. Ierem. 32. 1. cap. 52. v. 12. 29.

2. Nullum extat in scriptura exemplum, in quo *anni conuersio* in æstatem coniecta.

IV. Nos ergo cum *Setho Caluisio* in hac sumus sententia, Zedekiam regnare cœpisse circa *autumnalem anni reuolutionem* (duplices enim Iudæos habuisse annos תקופה à vere & autumno, probatū est alibi lib. 1. Tit 1. c. 1.) colligimus id ex profugo, qui Ezechieli indicauit Ierosolymam captam & dirutam esse. Is ad Ezechielem venit die quinta, mensis decimi, anno duodecimo captiuitatis. Ez. ch. 33 21. quinto mense exacto post rem gestam. Capta namque est ciuitas mense quarto, anni vndecimi Tzedekiæ 2. Reg. 25. 2. Ier. 39 2. cap. 52. 5. Vnde manifestum est initium Tzedekiæ locandum intra quinque & decem menses. Atqui initium eius est ab anni reuolutione. 2 Chron. 36. 10. Nulla vero apud Iudæos intra hunc terminum alia fuit anni Tecupha, quam ea, quæ cadit in septimum mensem. Tzedekiæ ergo initium in septimum mensem coniiciendum probabiliter hinc euincitur.

V. Nec obstat locus Ierem. 28. 1. vbi quintus mensis dicitur esse ראש vel initium regni Tzedekiæ. Fuit initium regni Tzedekiæ. A primo namque regni Tzedekiæ principio, ad quintum mensem tres tantum anni quadrantes effluxerunt, quod interuallum tantum non est, quo minus quintus mensis, Tzedekiæ ראש appellari non possit. Nondum enim integer annus effluxit.

VI. Vnde & hoc colligitur, Tzedekiam vndecim annos solidos, duobus tantum quasi mensibus exceptis, regnasse. Id quod ex aliis quoque fundamentis comprobatur.

1. Iere-

1. Ieremias cap.1.3. inquit, se à decimo tertio anno Iosiæ prophetasse, vsque dum compleretur vndecimus annus Tzedekiæ. Ergo Tzedekia annos vndecim שנים תמים *absolutos* siue *completos* regnauit.

2. Annus vltimus Tzedekiæ est Sabbathicus Ier. 34.8. Atqui decimus Tzedekiæ est annus vigesimus septimus à celebrato Iobeleo Ezech. 27.17. vel annus sextus à celebrato anno Sabbathico. Necessum ergo Tzedekiam vndecim annos fere completos regnasse.

3. Annus primus Tzedekiæ conuenit ex parte cum anno octauo Nebucadnezaris ineunte 2. Reg. 24. 12. Si primus Tzedekiæ est octauus Nebucadnezaris iniens. Ergo decimus Tzedekiæ iniens, & in decimum septimum annum Nebucadnezaris fere finientem, & decimum octauum ineuntem cadit.

Atqui Tzedekias ad decimum nonum annum Nebucadnezaris ineuntem regnauit. 2. Reg. 25. 8. Ier. 52. 12. Vnde concluditur Tzedekiam vndecim fere absolutos regno præfuisse.

4. Ex Ezech. 40. 1. Annus vigesimus quintus Captiuitatis Iechoniæ est decimus quartus ab excidio vrbis. Vndecim ergo fere completi anni à captiuitate Iechoniæ ad excidium vrbis numerandi.

VII. Et hoc exinde elicitur, Annos Nebucadnezaris cum annis Ioiakim & Tzedekiæ cum iudicio & numerandos, & interse locandos, cum diuersa principia habeant.

Daniel aduentum Nebucadnezaris in Syriam & obsidionē Hierosolymæ conicit in *annum tertium* Ioiakimi cap.1.1. Hæc obsidio tum cœpta, ciuitas vero non statim expugnata. Anno namque Ioiakimi quarto, vt expugnanda proponitur à Ieremia cap.25. Si quis cum tertio Ioiakimi primum Nebucadnezaris statim colligare vellet, in manifestam laberetur absurditatem. Hac enim ratione cum vndecimo Ioiakimi, non um Nebucadnezaris colligabit, quod est contra scripturam, quæ vndecimum Ioiakim cum septimo Nebucadnezaris finiente & octauo ineunte 2.Reg.25.8.Ier.52.29. connectit. Daniel ergo (& quidem solus) aduentum Nebucadnezaris conicit in tertium Ioiakimi. Posterior Regum cum Ieremia, annum primum Nebucadnezaris, inchoant à Ierosolymę expugnatione, facta anno quarto Ioiakimi bonam partem elapso, ita vt primus Nebucadnezaris cum quarto & quinto Ioiakimi concatenandus sit, & ita consequenter. Hæc qui non attendit, in varias se præcipitem dabit difficultates.

IIX. Ita *primus* Tzedekiæ est *quartus* à celebrato Sabbathico Ier.c.28.1. Qua de re alibi egimus.

Observatio VII.

De Loco Ier.27.1.

I. Ieremias cap.27. sub symbolis iugi & vinculorum futuram Iudæorum captiuitatem prædicit, populumque ab audiendis Pseudoprophetis pacem & securitatem annunciantibus dehortatur.

Prophetiam factam ait, *in principio Regni* IEHOIAKIM *filii Iosiæ* Ex hoc nominis positu dubium non contemnendum oritur, num illa prophetia *Ieioiakimi*, an vero *Tzedekia* tempore facta, & ita in prophetæ loco erratum in nomine sit, non tam Prophetæ, quam descriptoris vitio.

II. Argumenta dubitandi sunt.

1. Initio illus Regis Nebucadnezar vt Rex introducitur versic. 6. non futurus, sed iam regnans. Sic enim Propheta: *Nunc itaque ego dedi omnes terras istas in manum Nabuchodonosor Regis Babylonis serui mei.* Atqui anno demum quarto Iehoiakim Nebucadnezar in Syria regnare cœpit. Ierem. 25. 1.

2. V. 3. Capitis loco *Iehoiakimi* statim ponitur Rex *Tzedekias*, memoraturque Regem Edom, Regem Moab, Regem filiorum Ammon, Regem Tyri, Regem Sydonis, suos legatos Hierosolymam ad Tzedekiam Regem Iuda misisse.

3. V. 20. Mentio fit abducti Iechoniæ: Atqui Iechonias post Iehoiakim regnauit.

4. Sequens caput prophetiam continet, propositam eo anno, quo prior cap. 27. descripta est. Atqui prophetia cap. 28. proposita initio regni Tzedekiæ. Sic enim habet Propheta: *Factum est in anno illo* (Luth. im selbigen Jahr) *in principio regni Tzedekiæ, Regis Iuda.*

III. Nonnulli nomen Iehoiakimi vers. 1. cap. 27. retinentes volunt Ieremiam in illo capite prophetiam edere non de re præsente, sed futura, & præterita, locutione prophetice vti, pro futura, ad denotandam futuri exitus certitudinem; Iechoniam item, Zedekiam, & Nebucadnezarem introducere prophetice vt Reges, tum quidem non regnantes, sed suo tempore regnaturos.

His vtut libenter largiamur, prophetas sæpe de futura aliqua re in præsente (tanquam si iam ob oculos esset) vaticinari: id tamen manet in probatione, num Ieremias in cap. 27. prophetiam promulgarit de futura re, num historiam rei præsentis?

IV. Nos (saluo tamen aliorum iudicio) coniicimus freti productis ratiociniis, prophetam ibidem Historiam rei præsentis producere & consequenter erratum esse Personæ, & pro Ioiakimi Tzedekiæ nomen locandum. Cuiusmodi σφάλμα & in Matthæum irrepsit, vbi pro *Zacharia* habetur *Ieremias* cap. 27. 9. Verum hoc negotium doctis & candidis diiudicandum committimus.

Observatio VIII.

De Iosia, Regis Iudæ, filiis.

Iosias Rex Iudæ pientissimus, in cuius regno Ieremias prophetare cœpit. cap. 1. v. 2. cap. 25. v. 3. *quatuor filios* habuit 1. Chron. 3. 15.

Primus est *Ioahas* siue *Iehoachaz* יְהוֹאָחָז 2. Regum 23. 30. 2. Chronicor. 36. 1. nominatur & Iochanan יוֹחָנָן. Regnauit Hierosolymis post parentem per *tres* tantum *menses* 2. Regum 23. 31. 2. Chronicor. 36. 2. electus in Regem per populi suffragia, ne Rex Ægypti regnum occuparet. Iosia namque cum Pharaone Nechao pugnans prope *Megiddum* ab Ægyptiaco Rege victus, iaculisque ad mortem læsus est 2. Regum. 23. 29. 2. Chronicor. 35. versic. 20. & sequentib. Huius pugnæ meminit & Herodotus lib. 2. capite centesimo quinquagesimo nono, sic scribens: Σύροισι πεζῇ ὁ Νεκῶς συμβαλὼν ἐν Μαγδόλῳ ἐνίκησε. *Terrestri acie congressus Necus cum Syris in Magdalo victoria potitus est.* Cum vero Rex Ægypti audisset populum Ioaham

Ioaham ſine ſuo conſenſu in Regem elegiſſe, eum *Ribla* vel *Apamia* in Regione *Chamata* dolo cepit, vinctumque ibidem aſſeruari curauit. 2. Reg. 23. verſ. 30. vſque dum à *Carcemiſchi* expugnatione reuerteretur. A bello vero ad Carcemiſchum Aſſyriæ oppidum ad Euphratem ſitum, reuerſus Pharao Necho, Ioaham vinctum in Ægyptum abduxit, vbi & mortuus 2. Reg. 23. v. 34. 2. Chron. 36. v. 4. Iere. 22. v. 10. & ſeq. Ezech. 19. v. 4. Ioſephus libr. 10. originum cap. 8.

Hic *Ioahas* à Ieremia cap. 22. verſ. 11. nominatur שלום *Schallum* vel *Sallum*. Quartus quidem Ioſiæ filius hoc nomen habuit 1. Chronic. 3. verſ. 15. ideo *Codomannus* lib. 3. Chronolog. cap. 19. opinatur, Ieremiam quartum illum Ioſiæ filium alloqui. Verum hoc eſt in dubio. Ieremias hunc Schallum vt Regem introducit, qui loco parentis regnarit, quiq́; יצא egreſſus ſit v. 10. ſiue הלך abierit verſ. 11. vel גלה captiuus abductus ſit è terra Iudæ. Atqui Schallum quartus Ioſiæ filius nunquam Rex factus eſt, incertum item, num à Rege Ægyptiaco vinctus in Ægyptum abductus ſit. Ideo tutior & conuenientior eorum eſt opinio, qui ſtatuunt, Ieremiam Ioaham fraterno nomine *Schallum* appellaſſe & alluſiſſe ad *Schallum* Iſraelis Regem, qui per vnum tantum menſem regnauit. Per Tyrannidem namque regnum occuparat, ideo à Manahem occiſus eſt 2. Regum 15. verſ. 10. 13. 14. Senſus ergo verborum Ieremiæ hic eſſet: *Sic ait Iehouah de Schallum filio Ioſiæ Regis Iuda, &c. de Schallum*, id eſt, *Ioaha Schallumi fratre, qui per breue tantum temporis ſpatium inſtar Schalumi Regis Iuda regnauit.*

Secundus Ioſiæ filius eſt *Eliakim* אליקים à Pharaone Rege Ægyptiaco dictus *Iehoiakim* יהויקים 2. Regum vigeſimo tertio, verſ. 34. 2. Chron. 36. verſ. 4.

Ab Ægyptiaco Rege Nechao loco fratris Ioahas regno Iudæ præficitur, cui præfuit per annos *vndecim* 2. Regum 23. verſ. 36. 2. Chron. 36. ℣. 5. Taxat ſubditos ex mandato Pharaonis, cui magnam auri vim tribuere cogebatur. Impiis & impuris fuit moribus 2. Regum 23. verſ. 35. 37. 2. Chron. 35. ℣. 5. Ioſephus lib. 10. origin. cap. 6. Anno tertio regni ſui abſoluto & quarto currente Daniel. 1. 1. Ierem. 25. 1. Ioſephus libr. 10. capit. 7. Nebucadnezar à patre Nabopollaſſare in Syriam miſſus primum Carchemiſchum ab Ægyptiaca obſidione liberat. Ierem. 46. verſ. 2. Poſt Hieroſolymam obſidione cingit, capit, Danielem cum aliis è Regia Stirpe iuuenibus Babylonem abducit, cum parte vaſorum domus Domini Daniel. 1, 2. Regem Iudæ tributarium facit per *tres annos* ſecundo Regum vigeſimo quarto verſ. 1.

Verum Rex Iudæ fœdifragus ſequentibus annis deficit à Nebucadnezare ad Regem Ægyptiacum arundinis Scipionem. 2. Reg. 24. 1. Ezech. 29. 6. Ioſephus lib. 10. c. 7.

Verum *anno vndecimo* regni Iehoiakimi à Nebucadnezare chalybeis catenis vinctus eſt, vt Babylonem abduceretur. 2. Chron. trigeſimo ſexto, verſ. 6.

Verum in Babyloniam non peruenit, ſed in itinere mortuus, vt aſininum cadauer ſine ſepultura abiectus eſt ex Ieremiæ vaticinio, capit. vigeſimo primo, verſ. decimo nono, cap. trigeſimo ſexto, verſ. trigeſimo. Ioſephus lib. 10. cap. 8.

Hic *Ioiakim* videtur eſſe primogenitus Ioſiæ filius. Nam 25. annorum fuit, cum fratri Ioahas in regno ſuccederet 2. Regum 23. v. 36. 2. Chron. 36. verſ. 5. Ioahas vero 23. tantum annorum fuit, cum in Regem à populo

X 4 eligere-

eligeretur & per tres tantum menses regnauit. 2. Reg. 23. v. 31. 2. Chronic. 36. v. 2. Sed quæritur: *quare populus absente Iosia Ioahaum, & non Ioiakimum natu maiorem in Regem elegerit?*

Causa in Sacris non est expressa. Si coniecturæ locus est, potuit Ioiakim cum parente Iosia bello contra Pharaonem Nechao interfuisse, ideoq; populum absente Ioiakim Ioahamum Regem elegisse.

Habuit hic Iehoiakim filium *Ioachim* vel *Iechoiakin* יְהוֹיָכִין 2. Regum 24. ỷ. 16. 2. Chron. 36. ỷ. 8. alio nomine *Ieconia* יְכָנְיָה 1. Chronic. 3. ỷ. 15. Ierem. 27. v. 20. & per ἀφαίρεσιν τ῀ ' כָּנְיָה *Conia*, Iere. 22. 24. dictum. Hæc autem ἀφαίρεσις literæ ' non sine causa à Ieremia ibidem facta est. Loquitur enim de Iechoniæ auulsione, per quam *Ieconia Conia* factus est. Sic enim loquitur Ieremias: *Etiamsi esset Conia sigillum vel signatorius annulus in dextera mea, tamen inde euellam te*, ἐκεῖθεν ἐκσπάσω σε. So wolt Jch dich doch abreissen.

Nominatur *Zedekia frater*. 2. Chron. 36 v. 10. Hebræa Phrasi, id est, ex fratre filius, vel patruus 2. Regum 24. ỷ. 17. 1. Chron. 3. vers. 15. Iosephus lib. 10. cap. 10. Regnauit per tres menses & decem dies. 2. Regum 24. vers. 8. 2. Chron. 36. vers. 9. Ex suasu Ieremiæ se cum toto regno Nebucadnezari subiicit, inque spontaneam migrat captiuitatem cum Matre Nebustan & flore totius Iudææ. 2. Regum 24. vers. 12. Ierem. 22. vers. 26. Ab hac spontanea Iechoniæ transmigratione inchoandos esse 70. annos Babylonicæ captiuitatis, probauimus lib. 2. Tit. 2. cap. 2. Anno 37. à deportatione ab *Euilmerodacho* Nebucadnezaris filio ad Regios honores in Babylone euehitur 2. Reg. 25. v. 27. Iere. 52. v. 31.

Nominatur vir עֲרִירִי, *sterilis* (ab עַרְעָר vel עֲרִר) Item *infelix*, liberos quidem habens, sed steriles ad nullum dignitatis fastigium peruenientes.

Sic enim Ieremias cap. 22 vers. 30. *Scribite virum istum* עֲרִירִי, ἐκκήρυκτον, στεῖρον, ἀναύξητον, *Virum non prosperaturum vnquam: nam non prosperabitur de semine eius quisquam sessurus in solio Dauidis & dominaturus amplius in Iehudam.* Post Iechoniam enim (Zedekia filio Iosiæ excepto) Salomonis semen à Regia dignitate depositum, & regiæ vel ducalis potius Successionis ius ad Nathanis posteros deuenit.

Licet enim *Sealthiel filius Iechoniæ* appelletur. 1. Chronic. 3. vers. 17. Matth. 1. vers. 11. νομικὸς tamen tantum filius fuit, non φυσικὸς, teste Luca c. 3. ỷ. 27. qui Sealthielem filium *Neri* dicit esse, qui ex linea Nathanis Lucæ 3. vers. 31.

Tertius Iosiæ filius est *Tzedekia*, de quo actum in 6. Obseruatione. Nominatur hîc *Tzedekias* בְּנוֹ siue *filius Iechoniæ* 1. Chron. 3. vers. 16. legalis scilicet successionis iure, non natura.

Quartus Iosiæ filius est שַׁלּוּם 1. Chron. 3. v. 15. de quo, præter nomen, nil præterea in Sacris reperitur.

Observatio IX.

Quot Darii, Ahasueri, & Artaxerxes in Sacris?

I. D*Arii* sunt *quatuor*.

Primus est דָּרְיָוֶשׁ *Darius Medus, filius Ahasueri*, qui communibus suffragiis post interfectum *Laborosoardochum* Rex Babyloniæ creatus est. Regna-

Regnauit Babylone ante Cyrum. De hoc Dario egimus supra in IX. & X. obseruatione, prioris Decadis.

Secundus est *Darius, Hystaspis filius*, tertius Persarum Rex, sub quo templi ædificatio impedita.

Huius Darii fit mentio Esr. 4. 5.

Hac de re videantur ea, quæ supra proposuimus Libro posteriore tit. 3. cap. 7. Qui ex hoc Dario I. vel Darium Medum faciunt cum 3. libro Esr. 2. vel ὑστέρωσιν cum Funccio commiscuntur, hi & tempora, & historicum Scripturæ positum mire turbant, seq; ipsos inextricabilibus tricis inuoluunt.

Tertius est *Darius* ille, qui ponitur inter duos *Artachsastas* siue *Artaxerxes*. Esr. 4. 5. 6. 7. Hic Darius nullus alius est, quam *Darius Nothus* Sextus Persarum Rex, vt dictum loco iam citato. & capite sexto eiusdem Tituli.

Quarti Darii meminit Nehem. cap. 12. vers. 22. Hic nullus alius esse potest, quam *Darius* vltimus Persarum Rex, *Codomannus* dictus, quem *Alexander Magnus* ad *Gaugmela* vicit I. Maccab. I. vers. I. regnumque Persarum ad Græcos transtulit. Nehemias enim hunc Darium ibidem coniungit cum Pontifice Maximo *Iaddua*, quem temporibus Alexandri Magni vixisse testatur Iosephus lib. II. Antiquit. cap. 8. Videantur ea, quæ superius fuere proposita Lib. 2. Tit. 3. c. 7.

II. *Ahasueri tres* in sacris reperiuntur.

Primus est Nini euersor Tob. 14. 17.

Hic nullus alius esse potest, quam ὀξυάρης vel *Cyaxares* Medorum Rex. Huncenim Ninum expugnasse testis est Herodotus, vt probauimus supra Lib. 2. Tit. 2. c. 5.

Secundus est *Pater Darii Medi*. Daniel. 9. vers. I. Ex hoc *Ahasuero* plurimi Chronologorum *Astyagem* faciunt Medorum Regem. Verum sine omni fundamento. Monstrent in Sacris, vbi *Ahasuerus* parens *Darii Medi, Medorum Rex* appelletur?

Tertius est Esr. 4. 6. post *Cyrum*, cuius tempore structura Salomonici templi impedita.

Quis hic Ahasuerus sit non conuenit Chronologis, vt monstratum Libr. secundo, Titul. secundo, cap. septimo. Nos *Xerxem* esse ibidem probauimus.

Temporarius lib. 3. Chronologicarum demonstrationum pag. 194. 195. hunc *Ahasuerum* fuisse dicit, *Cyaxarem* iuniorem, *Astyagis filium* ex Cyri narratione, quem alii Astyagis fratrem fuisse contendunt, vt dictum in prima obseruatione huius Decadis.

Verum hoc Temporarii figmentum, vt singulare est, ita merum petit principium, historiamque Esræ misere traiicit. Maneat hoc indubitatum, Ahasuerum, cuius meminit Esras cap. 4. 6. longo tempore post Cyrum & quidem in Perside regnasse. Astipulatur enim totus Chronologorum cœtus.

III. *Artachsastas* vel *Artaxerxes duos* in Sacris habemus.

Prior est Esr. 4. vers. 7. Collocatur post *Darium Hystaspis* & *Ahasuerum*. Est ergo *Artaxerxes* Μακρόχειρ, in cuius regno ædificium templi plene impeditum fuit, vsque ad annum secundum *Darii Nothi* Esr. 4. vers. 23. 24. Alii hunc *Artachsasta Cambysen* fingunt, secuti Iosephum libr. II. Antiquit. capit. 2. & 3.

Nonnulli

Nonnulli ex *Ahasuero* & *Artachsasta* vnum eundemq; Regem faciunt, quos omnes refutauimus lib. 2. Tit. 3. c. 7.

Sed manet dubium: *Si Artachsasta non est Cambyses, nihil de Cambyse inueniemus scriptum in Esra.* Quid tum? Eo simus contenti, quod Esra in genere & inclusiue scribit eius quoq; vt & Darii Hystaspis tempore ædificium templi fuisse impeditum Esr. 4. 5. temporibus item *Xerxis* v. 6. Vt & temporibus regni *Artaxerxis Longimani* reliqua parte capitis.

Posterior Artachsasta est. Esr. 7. v. 1 Neh. 2. v. 1. Hic *Artachsasta* cum *Darium Nothum* sequatur nullus alius esse potest, quam *Artaxerxes Memor.* Ex hoc Artaxerxe Iosephus lib. 11. cap. 5. *Xerxen* facit, plane vitiose.

Xerxes enim 21. annos regnauit. Atqui Nehemias meminit 32. anni regni Artachsasta c. 5. v. 12. c. 13. v. 6. Hic *Artaxexes Memor* ædificationem Vrbis Hierosolymitanæ egregie promouit, Iudæisq; αὐτονομίαν concessit. Qua de re legatur cap. 7. Esræ cum libro Nehemiæ.

Observatio X.

De Ahasuero Esthera marito.

I. DE hoc Rege non leuis est inter Chronologos controuersia, tum personæ, tum temporis ratione.

Hoc enim si spectemus, inueniuntur, qui volunt illam historiam gestam durante adhuc Babylonica Iudæorum captiuitate, inter quos *Sebastianus Munsterus*, in notis ad 1. cap. Estheræ, *Philippus Glaserus* in Synragmate Historiæ Theoreticæ pag 57. *Temporarius* lib. 3. Chronologicarum demonstrationum pag. 185. *VVanckelius* Professor Wittebergensis in sua dissertatione ad quæstionem propositam in Academica solemnitate, *Vatablus* in Bibliis.

Sunt alii, qui pugnant, illam historiam gestam post Babylonicam Iudæorum captiuitatê, durante Persica Monarchia. Illi bonam partem conueniunt in Regis denominatione. *Gerhardus* enim *Mercator* in Chronologia, *Temporarius* cum *VVanckelio* opinantur Ahasuerum Estheræ esse *Astyagem* Medorum Regem, cuius filiam Mandanen Cyrus in matrimonium duxerat. Hunc Astyagem esse Danielis & Estheræ Ahasuerum.

Sic enim Temporarius: *Tres in sacris Ahasueros inuenimus: Astibaram, quem Herodotus Cyaxarem vocat, Tobias Assuerum: Astyagem, qui Assuerus à Daniele nominatur, & in historia Esthera Assuerus & Artaxerxes: & huius filium Darium, à Xenophonte Cyaxarem appellatũ, ab Esdra Ahasuerũ. Primus Ninum euertit: Secundus Estheram duxit: Tertius Balthasarem interfecit, & Danielem obiecit leonibus.* Et circa finem: *Nobis est Assuerus, Cyaxares, Apanda, Astyages, Artaxerxes, filius Astibara, Cyaxaris Assueri, auus maternus Cyri, Pater Darii Medi Cyaxaris Assueri.*

Qui vero contendunt Estheræ historiam post Babylonicam Iudæorum captiuitatem tempore Persicæ Monarchiæ accidisse, discrepantes habent opiniones. *Iosephus* lib. II. Originum cap. 6. scribit: Estheræ Ahasuerum fuisse *Anaxerxem*, qui post *Xerxem* regnauit, id est, *Artaxerxem* μακρόχειρα. Quanquam ab hoc Artaxerxe statim ad *Alexandri Magni* tempora Iosephus saltum faciat. Iosephus suos habet sectatores. *Eusebius* in Chronico hac de re hæc habet:

Ea qua de Hesther & Mardochao scripta sunt, quidam affirmant sub Artaxerxe Longimano rege gesta, quod ego non puto. Nunquam enim Esdra de Esther statuisset, qui scribit,

scribit hoc tempore Esdram & Nehemiam reuersos ex Babylone, & ea princeps consecuta, quæ ab his gesta feruntur.

Inueniuntur, qui hunc Ahasuerum esse volunt *Artaxerxem Memora*, teste *Lyra*, inter quos est *Sulpitius Seuerus* lib. 2. Sacræ historiæ, *Marianus Scotus* in Chronico. *Beda* de sex ætatibus mundi ad annum mundi 3588. *B. Lutherus, Philippus, Brentius, Funccius & plurimi, alii fictitium Metasthenem secuti*, ex hoc Ahasuero faciunt *Darium Hystaspis* filium, quē Metasth. vocat *Priscum Ahasuerum Artaxerxem. Scaliger, Tremellius, Iunius, Sethus Caluisius* & alii volunt Estheræ Ahasuerum esse *Xerxem* quartum Persarum Regem famosissimum.

Iudæi in illa Chronologia quæ סדר עולם *ordo seculi* inscribitur volunt, maritum Esther fuisse *Cambysem*. Hanc sententiam sequitur *Rabbi Salomon, Lyra*, & ex parte *Gilbertus Genebrardus* in sua Chronologia. *Nicephorus* scribit lib. 2 hist. Ecclesiast. cap. 4, res gestas Esther & Mardochei incidisse in tempus Pontificatus *Ioacha* sive *Ioiadæ*, qui Pontifex populo Dei præfuit circa tempus *Artaxerxis Memoris*.

II. Qui volunt historiam libri Esther accidisse ante Cyri Primi Persarum Regis tempora, durante adhuc Babylonica Iudæorum captiuitate, his nituntur fundamentis.

1. *Haman in historia illius Ahasueri Iudæos gentem vocat in toto Ahasueri regno dispersam* ἔθνος διεσπαρμένον Esth. 3. v. 8. Vnde concludunt Iudæos tum fuisse patria extorres & in captiuitate detentos.

2. *Esther in suis ad Regem Verbis inquit cap. 7. v. 4. Venditi sumus ego & populus meus vt periment, interficiant & perdant.*

3. *Esther in sua ad Deum precatione Iudæos vocat populum seruitutis cap. 14. vers. 8.*

4. *Ex eiusdem oratione liquet ipsam cum Mardochæo ex Iudæa Iechonia tempore fuisse translatam. Ducta autem est Esther ad Assuerum in ætatis vigore & forma præstantia. Ergo durante Captiuitate hæc historia gesta.*

5. *Mardochæus cum Iechonia in Babylonicam captiuitatem abductus, temporeq; laxata Captiuitatis Babylone egressus cum reliquis in Iudæam profectus est*, Esther 2. v. 5. 6. cap. 11. v. 4. Esræ 2. v. 2. Hinc eliciunt Mardochæum Persicorum Regum temporibus non in Perside, sed in Iudæa fuisse, & consequenter Estheræ historiam locandam ante Cyri tempora.

6. *Si tempore Monarchæ Persicæ hæc historia gesta, non est credibile tanti momenti res, ab Esra, silentio præteriri aut potuisse aut debuisse, cuius in minutioribus diligentiam fidemque cognoscimus. Atqui in Esra historia de Esthera & Ahasuero nil habetur.*

III. Contra qui pugnant, hanc historiam tempore Babylonicæ captiuitatis non accidisse, suis quoque stipati sunt fundamentis.

1. *Ahasuerus Estheræ maritus dominatus est ab India vsq; ad Aethiopiam Esther 1. v. 1.*

At nemo ante Cambysen secundum Persarum Regem Aegyptum, Aethiopiæ conterminam obtinuit.

Ergo Ahasuerus Estheræ non modo ante Cyrum, verū & post Cambysen regnauit.

2. *Huius Ahasueri tempore Persæ imperarunt Medis. Esther. 7. v. 2. 3.*

Ante Cyrum Persæ Medis non, imperarunt, sed contra Medi Persis. Cyrus enim primus Medorum iugum excussit, & Medos Persis subiecit teste Herodoto, Iustino & aliis probatæ fidei Historicis.

Estheræ ergo Ahasuerus non ante, sed post Cyrum & ita post Babylonicam Iudæorum captiuitatem Persico regno præfuit.

3. *Anni*

3. *Anni Iudaicæ seruitutis cum tanta Iudæorum libertate & licentia quanta in libro Esther describitur nullo modo conuenire possunt. Narratur enim cap. 9. v. 16. quod Iudæi in Ahassueri regno vna die 75000. hostium trucidarint. In Regia Susidis,* 800. vers. 6. & 15.

4. *Non est verosimile, Iudæos durante Babylonica captiuitate in tanta multitudine Babylone egressos in Persidem profectos esse.*

5. *Si hæc insignis historia, ante Babylonicæ captiuitatis solutionem in Perside gesta, vnus vel alter profanorum historicorum eiusdem meminisset. Atqui apud omnes qui de Medicis & Persicis rebus scripserunt ne γρῦ reperitur.*

Habent & specialiores rationes quibus probant illum *Ahasuerum Regem Medorum*, non fuisse, & ita nec *Cyaxarem* nec *Astyagen* vel alium Medum.

1. *Maritus Esther passim in Græcis & Latinis Bibliorum exemplaribus nominatur Artaxerxes: quod nomen Medis non conuenit, sed Persicis Regibus post Cyrum.*

2. *Maritus Esther regnauit ab India vsque ad Aethiopiam. Esth. 1. v. 1. Atqui Medi nunquam tam amplum imperium possederunt.*

3. *Ahasuerus Estheræ fatetur se suum regnum à Deo Hebræorum habere cap. 16. v. 16. Nusquam autem legimus Medos Deum Iudæorum coluisse. De Persarum vero Regibus hoc ex sacris manifestum de Cyro 2. Chron. 36. v. 23. Esr. 1. v. 2. De Dario, de Artaxerxe Esr. cap. 6. & 7. hinc inde.*

4. *Estheræ Ahasuerus se expresse Persam, suumque regnum, Persarum regnum vocat cap. 16. v. 10. 14. At Ahasuerus, parens Darii Medi non fuit Persa, sed è semine Medorum. Daniel. 9. 1. Ahasuerus ergo Danielis, non est Ahasuerus Estheræ.*

5. *Estheræ Ahasuerus regiam suam habebat Susis in ciuitate, secundum Strabonem lib. 15.* ἀξιολογωτάτῃ. *At Susis non erat Medorum Regia, sed Persarum, historicis consentientibus.*

IV. In specie vero habet Scaliger suas rationes, quibus conatur euincere Ahasuerum Estheræ esse Xerxem lib. 6. de temporum emendatione pag. 554.

1. *In libro Esræ cap. 4. v. 6. mentio fit Ahasueri in Perside regnantis post Cyrum, Darium & ante Artaxerxen. Hic nullus alius esse potest quam Xerxes, magnus ille Græciæ terror. Hic enim regnauit post Darium Hystaspis & ante Artaxerxem Longimanum. Cum ergo in libro Esræ Ahasuerus sit Xerxes, cur dubitaremus & Ahasuerum in libro Esther Xerxem esse?*

2. *Amplitudo regni Ahasueri. Ahasuerus Rex Persidis ab India Aethiopiam vsque super 127. prouincias regnauit Esther. 1. v. 1. Hæc regni amplitudo conuenit cum Xerxis regimine de quo Mardonius ad Xerxem hunc in modum loquitur, apud Herodotum lib. 7. c. 9. pag. 386.* Δεινὸν ἂν εἴη πρῆγμα, εἰ Σάκας μὲν καὶ Ἰνδοὺς καὶ Αἰθίοπας καὶ Ἀσσυρίους ἄλλα τε ἔθνεα πολλὰ καὶ μεγάλα, &c. Ἕλληνας δὲ ὑπάρξαντας ἀδικίης, οὐ τιμωρησόμεθα. *Res indigna est, si Sacas & Indos &* ÆTHIOPES *& Assyrios aliasque multas ac grandes nationes, quæ nihil Persas læsere, tamen potentiæ prolatandæ gratia in prouincias redegimus: Græcos, qui nos lacessere iniuria inceperunt, non vlciscemur.*

3. Nomen Vxoris Xerxis apud Herod. lib. 7. & 8. quod fuit Ἄμηστρις vel Ἄμεστρις, id est, המאסתר quod nomen obtinuit altera Ahassueri coniux alias dicta הדסה Esther 2. v. 7. vel communiter Edessah q. d. μυρσίνη vel Attice μυῤῥίνη *Myrrhatam*. הדס enim *Myrthum* significat Esa. 41. v. 19. cap. 55. v. 13. Zach. 1. v. 8. Nehem. 8. v. 15.

4. Xerxis conuiuium, quod Susis ante suam in Græciam profectionem instituit de quo Herodotus lib. 3. non multum differt ab eo quod Ahassuerus parari curauit Esther cap. 1.

5. A temporis interuallo. Kis Beniamita abductus est in Babylonē Iecho-

Iechoniæ tempore Eſther cap. 2. 6. Ab hoc vſq; ad Eſther tres γενεαὶ ſiue generationes recenſentur anni quaſi 120. *Kis*, *Simei*, *Iair*, *Mardocheus*. Interuallum vero temporis à ſpontanea Iechoniæ in Babylonem depottatione ad Xerxem anni quaſi 120. eſt.

V. Has Scaligeri rationes Wanckelius acerbe (ſed præter meritum) perſtringit, conaturq; probare Ahaſuerũ Eſtheræ Xerxem non eſſe.

Primum & principale argumentum ſumit ex conuiuii diuerſitate, tum cœnæ, tum exitus ratione. *Ahaſuerus Rex placidiſſima pace & otio tranquilliſſimo circumfluens ſui tam glorioſi regni opulentiam, & tam egregium magnitudinis decus ſuo conuiuio oſtentare voluit. Eiuſdem conuiuii exitum ſi ſpectamus, deſiit illa oſtentatio atq; hilaritas primo in grauiſſimam Regis excandeſcentiam atq; indignationem, ob acceptam à Regina repulſam. Deſiit deinde in cánſultationes, nõ de apparatu bellico; ſed de Reginæ tam contumacis in Regem pertinacia vlciſcenda, eiuſq; iam repudiatæ loco ſupplendo & Regis deſiderio minuendo. Deſiit deniq; in conquiſitionem, craturam ac polituram, nõ militum, ſed Virginum toto regno pulcherrimarum: deſiit in earundem ad complexus Regis Venereos deductionem per aliquot annos continuatam & in nuptias tandem Eſtheræ magnifice munificeq; celebratás, quas omnium prouinciarum regni pax & tranquillitas excepit.*

Secundum. Sumptuoſiſſimum conuiuium ad euentilandas regni opes vltra ſpaciũ ſemeſtre productum, quo & commeatus bello neceſſarii abſumuntur, & ducum militumq; vires franguntur atq; eneruantur, tam longinquam & ab omni æuo inauditam expeditionem molienti parum videtur conuenire.

Tertium. Si cum Aſſuero qualem liber Eſther deſcribit, Herodoti Xerxem veluti compingamus, Scaligeri fidem ſecuti: monſtrum profecto habebimus vno eademq; tempore geminum, quo ex vna quidem parte Hercules, Tertulliani verbo, Scytalos aggitipelliget; *Omphalæ ſeruiens &* Crocotophoros; *etiam adagio celebratus repræſentetur* Hoc per μεγορὸν amplificet.

1. *Principia Aſſuerus vbi funius, Plautina phraſi, tot dierum conuiuio fecerat, poſt deliberationem cum ſeptem Perſarum Medorumq; purpuratis, qui aſſidui circa Regem erant, habitam,* Edictis *autoritatem maritorum ſancit, & Viros ſua quemq; domi imperare iubet. Xerxes à debellata per regni bienniũ primum Aegypto reuerſus, præſtantiſſimos quoſque Perſarum, nullo certo numero definitos conuocat, & magna cura, etiam ſomniis variis perturbatus, deliberationes arduas inſtituit dierum, non paucorum, de bello Græciæ inferendo, deſtinatione certus, aut penes Græcos, aut penes Perſas, ſummã Imperii futurã.*

2. *Deinde Aſſuerus ita occupatus eſt in actione thalamorum, vt nuſquam pompa Martis, vbiq; Veneris appareat. Xerxes præmia pollicitus ampliſſima illi, qui ornatiſſimis cum copiis eſſet affuturus, per totum quadriennium comparat exercitum, quinto, hoc eſt, imperij 7. anno exeunte educendum; cui exercitui num parem ab eo tempore Sol viderit, hiſtorici in incerto relinquunt. Hoc præter Herodotum etiam Iuſtinus confirmat; qui; Xerxes, inquit, bellum aduerſus Græciam per quinquennium inſtruxit.*

3. *Adhæc Aſſueri Conquiſitores, quos Regis oculos poſſis appellare, certant, quis puellas maxime formoſas ex vniuerſis regni prouinciis in Gynaceum poſſit adducere: Xerxis præfecti ſummo incumbunt ſtudio ad exequenda iuſſa, obtinendi dona illa cupiditate inflammati, quæ dona agmen pulcherrime inſtructum ducenti fuerant propoſita.*

Poſtremo, dum Xerxes Herodoti, relicta regia, imperator fieri auſus, totius Aſiæ vires in Europam transfert, & veluti natura ipſius Dominus contra huius leges cum tantis claſſibus, tantisq; equeſtribus ac pedeſtribus copiis Helleſponto ponte iuncto, mare pedibus perambulat, & Athò monte perfoſſo per continentem nauigat, montes in planum deducit, & conuexa vallium aquat, dum mari ac terra grauis, non fluminibus tantum ab exercitu exiccandis terribilis eſt; ſed ipſi quoq; Neptuno compedes, & cælo tenebras minitatur:

nitatur: Dum idem ad Thermopylarum angustias sudat ac trepidat fractiśq; ad Salaminem Asiæ opibus, cum vna nauicula strenue fugit: Quid interim, quæso, Assuero-Xerxes Scaligeri rerum? Is vero Susis agens pedem quidem porta nusquam effert: (omnes autem puellas virgines facie elegantes, in Susa caput regni congregatas diserte scribit historicus.) Haud quaquam tamen tempus omne silentio transigit: imo vero Agonem illum, quo Hercules adhuc puer decimo tertio defunctus dicitur, vna nocte quinquaginta Thestii filiarum, si fas est credere, maritus, & totidem filiorum pater factus: Eum, inquam, Agonem elegans iste formarum spectator & magnus mulierum amator, & inuictus virginum corruptor, in plures non tantum dies aut menses; sed etiam annos ordine aptissimo digestos, nunquam otiosus extendit.

Quarto, Scaligerum acerbe exagitat quod ex Amestri Xerxis, Ahasueri Estheram faciat. Agitationis hæ sunt rationes.

1. *Estheræ pietas ex Sacra historia lectione vel pueris notissima. Ab hac longissime abest Amestris superstitio immanis, quod ætate iam prouectior, vtpote marito superstes, Persarum illustrium liberos bis septem, ad referendam pro se gratiam Deo, qui sub terra esse fertur, viuos defodit.* Herod.lib.7.c 114.

2. *Xerxes è fuga Sardeis reuersus, quæ Lydiæ metropolis fuit in Asia minore, & ibi vsq; ad allatum cladis ad Plataas & Mycalen acceptæ nuncium commoratus, amore insano exardescit primum erga fratris sui Masystis vxorem, quam tamen ad incestam consuetudinem nequit adducere. Deinde vero euentu tristissimo erga eiusdem filiam Artayntam, quam Dario filio suo dat vxorem, eamq; finito demum post exactum biennium bello, Susis, quæ Asiæ maioris vrbs erat, in domum filii deducit, & deinceps amori incesto liberius indulget. Vbi hic quæso vlla inter amores Xerxis insanos, & legitimas Assueri cum Esthera nuptias vel vmbra similitudinis?* Herod.lib.9.c.107.

Amestris, Otanis filia, Xerxis vxor, amiculum maximi precii à se textum Regi marito suo donat. Id amiculum Artaynta, nurus regia, socrus suæ pellex, cum toti familiæ infortunium deberetur, à Rege socero, qui post complexum incestum cum iureiurando promiserat, omnia quæ peteret, impetraturam, quamvis inuito, quod vxorem suam vereretur, tandem tamen aufert, eoq; gestando superbit ac triumphat. Estne hoc Estheræ historia vel minima in re consentaneum? Herod.lib.9.c.108.& seq.

4. *Amestris, Zelotypiâ furens obseruat tempus, quo vir suus Xerxes regalem instruat cœnam, quæ cœna quotannis eo die, quo Rex creatus erat, instruebatur. Epuli nomen Persice τυκτὰ, Græce τέλειον quasi dicas epulum numeris omnibus absolutum: in quo conuiuio Rex Persas strenue donabat, & nefas erat, ea cœna proposita, non reddere exoratores, qui oratores accesserant.* Herod.ibid.

Hic vt silentio præteream, quod ab Herodoto huius cœnæ annus certus non exprimitur: Estheræ vero epulum duodecimo Assueri anno, & quidem tertio mense celebratum legimus: Primum promissio regia de concedendo, quicquid petitum foret, non in festiuitate solenni, neq; omnino vllo in conuiuio; sed extra ordinem Estheræ facta narratur, cum ea non absq; vitæ periculo ad Regem non vocata accessisset. Deinde conuiuium non à Rege Assuero; sed ab Esthera, & quidem frugale, vt tum ex consuetudine Estheræ, tum ex luctu præsenti credibile est, paratur. Præterea ad conuiuium illud præter Regem & Amanum, nemo hominum inuitatur. Denique in eo conuiuio hoc solum à Rege probe appo to obtinet Esther, vt postero die Rex cum Amano ad conuiuium se rediturum promittat. Si quæ ergo hic similia quam multa sunt, per Deum immortalem, dissimilima?

5. *Esthera petit, & sine vlla tergiuersatione Regis Assueri mox impetrat gentis suæ proscriptæ ac damnatæ liberationem, & edicti sanguinarii à Iudæis in ipsorum hostes declinationem. Inter hostes autem principe loco perit ipse doli fabricator Amanus, cum vniuersa domo sua, cuius interitu nemo Persarum doluit, omnes Iudæi lætitia exiluerunt.*

Ex aduerso Amestris petit Masystis vxorem sibi donari. Rex id indignissimum nefari-

furium, ratus & sciens matronam optimam, fratris sui coniugem, ab ea culpa alienissimam, cuius culpa causa uxor sua tam flagitaret. Tandem tamen propter legem illam Persicam inuitus annuit.

Ibi vero Amestris uxorem Masystis per satellites regios, nulla interposita mora, adductam, immanem in modum excarnificat, mamillas pracidit, easq. canibus obiicit. Pracidit item nares, labra, linguam: atq. ita mutilatam domum remittit: Masystes & oratione regis prius, & mox spectaculo tam horrendo iritatus cum liberis in prouinciam, cuius prafes erat, profugit, Bactrianos à quibus diligebatur, ad defectionem contra Regem concitaturus: sed iussu fratris Regis vna cum liberis omnique comitatu à copiis regiis in itinere trucidatur, eaq. Regis crudelitas interitum ipsi accelerasse creditur.

Quinto. Et illud quoq. notandum est, (scribit Wanckelius) *quod non ipsum Mardochaum, sed eius proauum Kis cum Iechonia abductum* (Scaliger) *contendit. Cum de Mardochao deportato historicum loqui, non tantum eadem genealogia capite X. repetita planè faciat, & versionibus suis Santes Pagninus & Sebastianus Munsterus confirment, sed ipse etiam Tremellius id diffiteri nequeat. Quis enim ignorat illa qua in eiusmodi constructionibus ambiguis, vltimis posita sunt locus, referenda esse ad id, cuius in ea oratione pracipua mentio est? Certe si seriem verborum penitus intueamur: non alium Esthera patruum & tutorem historicus agnoscit, quam virum illum Ieminitam, siue Ieminiensem, quem cum Iechonia rege deportatum dixerat.*

Sexto. Si Ahasuerus est Xerxes, non passa fuisset Esther tam longo tempore (*ad Darium scilicet vsq. Nothum*) *adificationem templi negligi.*

VI. Sed quærimus non immeritò à Wanckelio, quo genio ductus Scaligerum sibi tam acerbe exagitandum proposuerit? Habuit alios qui ex Ahasuero Estheræ *Cambysen, Darium Hystaspis, Artaxerxem Longimanum, Artaxerxem Memora faciunt.* Hos omnes leui calamo pertransire iubet. Solum Scaligerum inhumana dignum animaduersione iudicauit.

Ante-vero-quam id fecisset, perpendere debuisset Wanckelius I. *dubia*, quæ nondum plane ab historicis sunt euoluta.

I. *Num liber Esther vnum idemque regni Xerxis initium habeat cum Herodoto, aliisq. profanis historicis?*

2. *Num vno eodemq. tempore acciderint ea qua in libro Esther cap.1. & 2. narrantur?* Quid si conuiuium ante expeditionem in Græciam confectum? Opus Vxoriæ rei post reuersionem ex Græcia? Hæc temporis diuersitas non obscure notatur Esther c.2.1 *His rebus gestis.* Eadem loquendi forma habetur Esther, c. 3. 1.& Esr. 7. 1. vbi magnus temporis hiatus interiectus est. Hoc temporis interuallum Esther c 2.16. expresse notatur, dum narratur Estheram ad Regem esse ductam Anno 7. regni Ahasueri.

II. Si vel maxime Estheræ Ahasuerum Xerxem cum Scaligero quis defenderet, librumq; Estheræ Ahasueri vel Xerxis regni initium cum Herodoto æqualiter numeraret, non tamen in tantas se quis absurditates præcipitem daret, quantæ à Wanckelio finguntur.

1. *Anno tertio* regni ineunte post recuperatam Ægyptum Susis profectus Xerxes, conuiuium instituere potuit. Conuiuium 1. potuit esse mixtum & Marti & Veneri Sacrum. Nam & Mars in castris Veneris aliquando deprehensus. 2. Conuiuium licet diuturnum, moderatum tamen fuit. Nemo namq; ad potandum coactus, vnicuiq; liberrima voluntas concessa. Esther. 1.8. 3. In hoc ergo conuiuio Martis consilia agitari quam optime potuerunt. Solenne namq; fuit gentibus inter pocula, consilia de variis rebus agitare. 4. Xerxis consilium cum sua in Græciam expeditione opus

habuit diuturna deliberatione à Proceribus Persici regni. Hæc consiliorum diuturnitas conuiuii diuturnitatem causauit.

II. *Anno septimo* sui regni Xerxes ex Græcia reuersus Susis esse potuit. Quantum enim ex Historiis colligimus quadriennium quasi Xerxes in propria persona in Græciæ bello occupatus fuit. *Diodorus Siculus* lib. 11. p. 262. scribit Medium bellum in Græcia per *biennium* durasse. Ideo hoc bellũ inchoat Anno 1. Olymp. 75. finit Anno 3. eiusdem Olympiadis. De euentu namq; belli desperans Xerxes totumque apparatum bellicum Mardonio committens, in Sardes profectus est, & amori operam dedit teste Herodoto lib. 9. c. 107. Ex Sardibus Xerxes Susam profectus est inquit ibidem idem Historicus. Susam cum venisset, veneri se totum dedit Xerxes.

Herodotus lib. 7. c. 20. de Xerxis in Græciam expeditione sic loquitur: ἀπὸ Αἰγύπτου ἁλώσιος ἐπὶ μὲν τέσσαρα ἔτεα πλήρεα παραρτέετο στρατιήν τε καὶ τὰ πρόσφορα τῇ στρατιῇ, πέμπτῳ δὲ ἔτει ἀνομένῳ ἐστρατηλάτεε χειρὶ μεγάλῃ πλήθεος. *A debellata Aegypto per totum quadriennium comparauerat exercitum, atque eius apparatum, quinto autem anno exeunte mouit cum ingenti copiarum manu.* Hoc quadriennium numerandum est à secundo & tertio Xerxis, quintus ergo erit partim sextus, partim septimus Xerxis iniens. Atqui Esther c. 2. 16. meminit septimi anni Ahasueri finientis. Mensis enim Thebet fuit 10. incidens in hyemem. Ex Chronologico namq; annorum positu apparet annum 6. Xerxis post Darii mortem coincidere cum Anno 1. Olymp. 75. Quo tempore Xerxes in Græciam traiecit, sequente anno de euentu belli desperauit.

III. Estheræ pietas, Amestris contra Zelotypia, impietas, truculentia prouida resolutione ab absurditate liberantur.

1. Sin Estherę pietas adeo celebris, cur humani sanguinis fuit sitiens? Non enim fuit exatiata in ipsa Regia Susiana internecione 500. virorum cum decem filiis Haman Esther 9. v. 6. 7. petiit insuper à Rege & internecionis continuationem & suspensionem filiorum Haman. Hinc factum, vt postero die adhuc trecenti viri in Regia occisi fuerint. vers. 15.

2. Quid si Herodoti narrationi nonnulla inspersa, quæ circumstantiarum ratione correctionem aliquam mererentur? Vt viua illa defossio 14. liberorũ è libero Persico semine genitorũ. De qua Herod. lib. 7. cap. 114.

Quid si 14. illi liberi fuissent 10. Filii Hamanis, qui à Iudæis ad instantiam Estheræ occisi sunt? Quid si Wanckelius confunderet Xerxis incestum cum licitis Estheræ amoribus? tempus cum tempore? Quid si in amiculo & Zelotypia Amestris in nonnullis circumstantiarum ratione ab Herodoto erratum?

3. Quid si in Scaligeri sententia humanus aliquis lapsus deprehenderetur, qui humana non acerba (quod Wanckelius fecit) correctione opus haberet?

IV. Ad illud Wanckelii (*Si Ahasuerus est Xerxes, non passa fuisset Esther tam longo tempore ad Darium vsq; Nothum ædificationem templi negligi,*) id apponimus 1. Romam vno anno non esse exstructam. Esther præsentissimo sui populi discrimini in Perside occurrere voluit, qua in parte maiorem vitæ quã lapidum rationem habuit. 2. Opinaturne Wanckelius omnes res gestas Esther in eius libro descriptas? 3. Diuinæ quoq; determinationi in Hierosolymitani templi exstructione suum relinquendum fuit tempus.

V. Argumenta quæ probare conantur Estheræ historiam in Babylonica Iudæorum captiuitate accidisse, (de quibus membro 2.) tantæ non sunt firmitatis vt eidem sententiæ necessario inhærere debeamus.

Primum

Primum argumentum 1. vitióse colligit *à dispersione* ad *captiuitatem*. Non enim sequitur: *Iudæi tempore Ahasueri fuerunt dispersi. Ergo fuerunt in captiuitate.* Actor. 2. vers. 5. fuerunt multi Iudæi dispersi per varias prouincias quæ sub cœlo sunt, non tamen fuerunt in captiuitate. 1. Pet. 1. v. 1. inscribit Apostolus suam Epistolam ἐκλεκτοῖς παρεπιδήμοις διασπορᾶς. Multi Theologorum Iudæis hincinde dispersis Epistolam inscriptam inde colligunt. Hodie Iudæi hincinde per regna prouinciasque dispersi sunt. Ergone in captiuitate continentur? 2. Ex dispersione illa multo magis firmatur Iudæorum captiuitatem tum fuisse solutam, & consequenter Ahasueri historiam post laxatam captiuitatem accidisse.

Secundum argumentum ex verbis Estheræ ad Regem cap. 7. v. 4. desumptum tantam non habet euidentiam ad obtinendum propositum. Nominat Esther Iudaicum *populum venditum ad internecionem*, nō ex Babylonica captiuitate: quæ per neminem Iudæorum internecioni deuouebat. Ierem. vigesimo nono, vers. 7. sed ex crudeli Hamanis delatione & delationis executione, vt manifesto apparet ex tertio capite Esther à vers. octauo, & sequenti.

Tertium argumentum 1. desumptum est ex Apocrypho Estheræ, quod nullam probationis firmitatem habet. 2. potuerunt Iudæi etiam post laxatam captiuitatem in Perside fuisse populus seruitutis ex falsa Hamanis apud Ahasuerum delatione, vt ante dictum.

Quartum argumentum iterum ex Apocrypho debile est. De Apocryphis autem ad Estheræ librum adiectionibus hæc Tremellius cum Iunio monet in Biblijs. *Hæ adiectiones omnes quam fabulosæ sint, & quam à sermone Spiritus diuini aliena, res ipsa loquitur. Nam (quod in omnibus fere Apocryphis obseruandum est) facile fuit Satanæ, quum Ecclesia dissipata iaceret in captiuitate, aut postliminio reuersa grauissimis procellis quateretur, scripturam Sacram his nugis etiam hominum minime malorum operâ infarcire.*

Quintum argumentum aliquam videtur habere firmitatem, verum quæ maximam partem ex Grammatica fluit, quæque per Grammaticam examinari poterit.

1. Particula אֲשֶׁר à plurimis refertur ad Mardochæum, quasi ille in persona cum Iechonia in Babylonicam captiuitatem deportatus fuerit. Interea & multi magni viri sanctæ linguæ peritissimi, *Scaliger, Iunius*, imo & ipsi Iudæi, *Burgensis, Tremellius*, & alii reperiuntur, qui particulam illam referunt ad proxime præcedens nomen קִישׁ qui quartus fuit à Mardochai huius proauus. Quis hoc Grammaticale bellum componet? VVanckelius in sua dissertatione Scaligerum exagitans, pugnat particulam אֲשֶׁר ad Mardochæum referendam. Probat hoc ex Versione Sanctis Pagnini & Sebastiani Munsteri. Nos VVanckelio versionem Tremellii & Iunii opponimus, qui vltima verba vers. 5. אִישׁ יְמִינִי particulam item אֲשֶׁר initio versus sexti ad proxime præcedens nomen קִישׁ referunt. Instat VVanckelius dum inquit: *Cum dicat* (Tremellius) *Mardochæum pronepotem fuisse Kischi, viri Ieminitæ, siue Beniaminitæ, casu patrico, siue gignendi: Tamen in margine ex fontibus Hebrais verba illa, Vir Ieminita, casu nominandi addit, vt ad ipsum Mardochæum illa pertinere vel pueris appareat. Quis enim ignorat illa, quæ in eiusmodi constructionibus ambiguis, vltimis posita sunt locis, referenda esse ad id, cuius in ea oratione præcipua est mentio?* Hæc ille.

Respons. 1. *Tremellius* sibi non contrarius. In textu reddidit per Ge-

 nitiuum

nitiuum *Beniaminita*, in margine, *Vir Ieminita*, quo ad positum: Quo ad sensum. *Viri Ieminita*, vt & nomen ה ad positū nominatiui casus esse videatur, cum Genitiui sit. 2. alienum est ab Ebræorum verborum positu verba איש ימיני בם ad remotissimum מרדכי referre. Si namque Mardochæum respicerent, verborum positus talis esse debuisset: שמו מרדכי איש ימיני בן יאיר.

3. Ex accurata textus inspectione & resolutione, non obscure patet priorem partem ỷ. 5. cum 7. coniungendam, totumq; v. 6. ad nomen קיש referendum, qui ibidem ab euentu describitur.

II. Si vel maxime Mardochæus tempore Iechoniæ Babylonem abductus fuisset, Xerxis tamen tempore viuere potuit. Nam à Iechoniæ in Babyloniam deportatione vsque ad Xerxis initium anni effluxerunt quasi 117. ad 12. Xerxis anni quasi 130. Siccine impossibile hominem tot annis viuere? Quid Brentio Wanckelius respondebit, qui Mardochæi ætatem ad ducentos fere annos extendit? Vide exempla τῶν μακροβίων supra lib. 2. Tit. 3. cap. 10.

III. Bellarminus lib. 1. de Verbo Dei cap. 7. circa finem & hanc addit responsionem: *Quod scriptura dicit, Mardochæum translatum fuisse in Babylonem cum Rege Ioachin: recte intelligi potest, etiam si nondum natus fuisset Mardochæus. Siquidem transferri potuit, non in se, sed in parentibus, aut maioribus suis, quemadmodum Zorobabel & Iosue dicuntur rediisse in Hierusalem ex captiuitate, quam transtulerat Nabuchodonosor* Neh. 7. ỷ. 6. 7. *& tamen Zorobabel natus est in ipsa captiuitate* Matth. 1. ỷ. 12. *& idem verisimile est de Iosue filio Iosedech. Et* Genes. 46. v. 27. *ac* Deuter. 10. v. 22. *legimus, intrasse in Aegyptum cum Iacob septuaginta animas in quo numero comprehenduntur duo filii Ioseph, qui nati erant in Aegypto; nec alia ratione, dici possunt in Aegyptum esse ingressi, nisi quia Ioseph, in cuius lumbis ipsi erant, in Aegyptum intrauerat.* Hæc ille.

IV. Esræ 2. v. 2 habetur quidem מרדכי qui cum Iechua summo sacerdote Babylonica captiuitate exiuit. Sed quis nobis fidē fecerit, hunc Mardochai in Est. 2. esse illum Mardochai cuius liber Esther meminit? Nomina hominibus potuerunt esse cōmunia, vt nomen Esræ. Qua de re videatur 4. Obseruatio huius Decadis. Et si vel maxime Mardochæus Estheræ consanguineus tempore laxaræ captiuitatis Babylone in patriam migrasset, firmiter tamen inde colligi non poterit Mardocheum perpetuo in Patria hæsisse. Ex libris Esræ & Nehemiæ manifestum plurimos Iudæorum qui Cyri tempore Babylone in patriam migrarunt, post in Persidem rediisse in illa temporum difficultate, qua per multos bene annos in patria pressi fuere, quantum videre est ex Esra & Nehemia.

Sextum Argumentum nullius firmitatis est. Quid si ipse Esra autor esset libri Esther (quod omnino verisimile) tanti momenti res silentio minime inuoluisset.

IIX. Vt vero nostram quoque sententiam in hisce Chronologorū litigiis aperiamus, eorum sententiæ subscribimus, qui, 1. certis fundamentis nixi defendunt Historiam Ahasueri & Estheræ gestam post laxationem Babylonicæ captiuitatis, temporibus Persicorum Regum. 2. Ahasuerum Estheræ esse *Xerxem*, Græciæ quondam terrorem, post ludibrium. Repetimus ergo Wanckelii verba, & ad nostrum propositum accommodamus: *In Scaligeri de Ahasuero, Esthera marito, sententia manendum arbitramur, dum nos rationes meliores ex ea mouebunt.* Si quæ sunt minutiora, nonnullis tricis inuoluta, ea debita humanitate nō inhumana exagitatione (q; Wanckelius facit) euoluenda sunt, vel potius illud τὸ ἀπόχειν eligendum, donec Elias aliquis nodum soluat.

IX.

X. Tandem & hoc addendum duximus, tres grauiſſimos olim Scriptores, *Melitonem* Sardenſis Eccleſiæ quondam Antiſtitem apud Euſebium lib. 4. hiſt. Eccleſ. c. 26. *Athanaſium* in Synopſi, *Gregorium Nazianzenum* in eo carmine quod ſcripſit περὶ τῶν γνησίων βιβλίων τῆς θεοπνεύστου γραφῆς, Librum Estheræ extra canonem poſuiſſe, inq; libros Apocryphos retuliſſe. Sane ipſi Iudæi, & de tempore, & de autoritate libri Esther dubitarunt olim & adhuc hodie. Huc referenda Hieronymi verba ex prologo in librum Esther. *Librum Esther à variis translatoribus conſtat eſſe vitiatum. Librum Esther editio vulgata, laciniosis hinc inde verborum funibus trahit, addens ea, quæ ex tempore dici poterant & audiri: Sicut ſolitum eſt Scholaribus diſciplinis, ſumpto themate,* EXCOGITARE, *quibus verbis vti potuit, qui iniuriam paſſus eſt, vel ille, qui iniuriam fecit.* Ex his colligimus, Estheræ librum poſt prophetarum tempora ſcriptum, in eoq; omnia ad viuum reſecanda non eſſe. Quid ſi ad exemplar Iudith fuiſſet conſcriptus? qui liber eſt non *historicus* ſed *Poematicus*. Qua de re videatur B. Lutheri præfatio ſuper librum Iudith.

Docti videant, iudicent, & in Domino valeant.

EX MANVSCRIPTO LIBRO GRÆCO CLAVDII PTOLOMÆI, CONTINENTE

HYPOTHESES PHÆNOMENΩN.

Κανὼν βασιλέων, id eſt,

Ordo Regum.

I.

Ασσυρίων καὶ Μήδων, id eſt, *Aſſyriorum & Medorum.*

		Ἔτη.		Συναγωγή.	
ΝΑβονασσάρου	Nabonaſſari	ιδ	14	ιδ	14
Ναδίου	Nadii	β	2	ις	16
Χοζίρου καὶ Πώρου	Choziri & Pori	ε	5	κα	21
Ιυγαίου	Iugæi	ε	5	κς	26
Μαρδοκεμπάδου	Mardocempadi	ιβ	12	λη	38
Αρκιανοῦ	Arciani	ε	5	μγ	43
Αβασιλεύτου πρώτου	Abaſileuti primi	β	2	με	45.
Βηλίβου	Belibi	γ	3	μη	48
Απρονάδιου	Apronadii	ς	6	νδ	54
Ριγηβήλου	Rigebeli	α	1	νε	55
Μεσσεσιμορδάκου	Meſſeſſimordaci	δ	4	νθ	59
Ἀβασιλεύτου β.	Abaſileuti ſecundi	η	8	ξζ	67
Ασσαραδίνου	Aſſaradini	ις	16	π	80
Σαοσδουχίνου	Saoſduchei	κ	20	ρ	100
Χυνιλαδάνου	Chyniladani	κβ	22	ρκβ	122
Ναβοπολασσάρου	Nabopolaſſari	κα	21	ρμγ	143
Ναβοκολασσάρου	Nabocolaſſari	μγ	43	ρπς	186
Ιλουαροδάμου	Iluarodami	β	2	ρπη	188
Νιριγασσολασσάρου	Niricaſſolaſſari	δ	4	ρϟβ	192
Ναβονάδιου	Nabonadii.	ιζ	17	σθ	209

II.

Περσῶν Βασιλ. id est,

Persarum Regum.

Κύρου	Cyri	θ	9	σιη	218
Καμβύσου	Cambysis	η	8	σκϛ	226
Δαρείου α	Darii primi	λϛ	36	σξβ	262
Ξέρξου	Xerxis	κα	21	σπγ	283
Αρταξέρξου α	Artaxerxis primi	μα	41	τκδ	324
Δαρείου β	Darii secundi	ιθ	19	τμγ	343
Ἀρταξέρξου β	Artaxerxis secundi	μϛ	46	τπθ	389
Ὤχου	Ochi	κα	21	υι	410
Αρώγου	Arogi	β	2	υιβ	412
Δαρείου γ.	Darii tertii.	δ	4	υιϛ	416

III.

Ελλήνων Βασιλ. id est,

Græcorum Regum.

Αλεξάνδρου μακ.	Alexandri beati	η	8	υκδ	424
Φιλίππου Αριδαίου	Philippi Aridæi	ζ	7	ζ	7
Αλεξάνδρου ἀΐου.	Alexandri Aei	ιβ	19	ιθ	19

IV.

Ελλήνων Βασιλ. ἐν Αιγύπτῳ, id est,

Græcorum Regum in Aegypto.


Πτολεμαίου Λάγου	Ptolomæi Lagi	κ	20	λθ	39
Πτ. Φιλαδέλφου	Pt. Philadelphi	λη	38	οζ	77
Πτ. Εὐεργέτου α	Pt. Euergetis primi	κε	25	ρβ	102
Πτ. Φιλοπάτορος	Pr. Philopatris	ιζ	17	ριθ	119
Πτ. Ἐπιφάνους	Pt. Epiphanis	κδ	24	ρμγ	143
Πτ. Φιλομήτορος	Pt. Philomatris	λε	35	ροη	178
Πτ. Εὐεργέτου β	Pt. Euergetis secundi	κθ	29	σζ	203
Πτ Σωτῆρος	Pt. Sotetis	λϛ	36	σμγ	343
Διονύσου	Dionysii	κθ	29	σοβ	272
Κλεοπάτρας.	Cleopatræ.	κβ	22	σϛβ	294

V.

Ρωμαίων Βασιλ. id est,

Romanorum Regum.

Αὐγούστου	Augusti	μγ	43	τλζ	337
Τιβερίου	Tiberii	κβ	22	τνθ	359
Γαΐου	Gaii	δ	4	τξγ	363
Κλαυδίου	Claudii	ιδ	14	τοζ	377
Νέρωνος	Netonis	ιδ	14	τϟα	391
Ουεσπασιανοῦ	Vespasiani	ι	10	υα	401
Τίτου	Titi	γ	3	υδ	404
Δομετιανοῦ	Dometiani	ιε	15	υιθ	419
Νέρουα α	Neri primi	α	1	υκ	420
Τραιανοῦ	Traiani	ιθ	19	υλθ	430
Αδριανοῦ	Adriani	κα	21	υξ	460
Αντωνίνου.	Antonini.	κγ	23	υπγ	183



TABVLÆ, EPOCHARVM, TVM SACRARVM, TVM PROFANARVM CONNEXIONEM CVM ANNIS MVNDI CONTINENTES, ATQVE VNA

synopsi, 1. annos à condito Mundo, 2. ante Christum natum 3. Constantinopolitanæ & Iulianæ periodorum, 4. Sabbathicos, 5. Cyclorum denique Solis & Lunæ exhibentes, in gratiam tyronum Studii Chronologici adiectæ.



AD BENEVOLVM LECTOREM, DE SEQVENTIBVS Tabulis Monitio.

IN gratiam Tyronum huius studij, Lector beneuole, visum nobis fuit sequentes Tabulas Epocharum, tum sacrarum, tum profanarum connexionem cum annis mundi continentes, adducere, in quibus equidem nil nisi numeros vides, verum taliter comparatos, vt præcipuas Epochas, partim sacras, partim prophanas, sub vnum intuitum, eumque iucundissimum, ad annum vsque exterminii posterioris templi distincte tibi proponant, datoque vno anno, vel mundi, vel alterius Epochæ, eundem cum annis reliquarum Epocharum absque vllo labore conferre & concatenare possis.

Nec dubito, tibi nostram connexionem plane manifestam esse. Cum anno primo à genitali mundi principio, concatenauimus annum 1559. periodi Constantinopolitanæ, & 765. periodi Iudaicæ, de quibus periodis, earumque cum annis mundi connexione, nonnulla inuenies cap.1. Tituli 3. prioris libri: & cap. vlt. Titul. 1. posterioris libri, diximus, Constantinopolitanam periodum ad primum æræ Christianæ annum, numerare annos 5508. Primus autem æræ Christianæ nobis est annus mundi 3950. vti probatum vltimo Titulo posterioris libri. Deductis 3950. à 5508. remanent 158. anni, quibus Constantinopolitana maior est verâ Epocha à condito mundo. Annus ergo 1559. periodi Constantinopolitanæ merito in primum annum à condito mundo conicitur.

De Cyclis ☉ & ☽. veraque eorundem, in primo & quolibet Mundi anno, venatione, nõnulla proposuimus sub calcẽ vltimi Tituli posterioris libri, quo huius disciplinæ studiosum, ad maiorem connexionis intelligentiam remitto. Anno mundi 190. inserta est Iudaica periodus de qua cap. 1. Tit. 3. prioris libri. De reliquis Epochis, earumque mutua inter se connexione, egimus sub finem Tit. 1. posterioris libri, vnde vera earundem ad annos mundi connexio dependet,

Quod breuiter monendum duxi.

ANNI

A condito Mundo.	Ante Christi natum.	Periodorum Constantinopolitana.	Periodorum Iuliana.	Sabbathici & Iobelei		Cyclorum ☉	Cyclorum ☽	
1	3947	1559	765	1		9	5	adam.
2	3946	1560	766	2		10	6	
3	3945	1561	767	3		11	7	
4	3944	1562	768	4		12	8	
5	3943	1563	769	5		13	9	
6	1942	1564	770	6		14	10	
7	3941	1565	771	7	1	15	11	
8	3940	1566	772	1		16	12	
9	3939	1567	773	2		17	13	
10	3938	1568	774	3		18	14	
11	3937	1569	775	4		19	15	
12	3936	1570	776	5		20	16	
13	3935	1571	777	6		21	17	
14	3934	1572	778	7	2	22	18	
15	393.	1573	779	1		23	19	
16	393	1074	780	2		24	1	
17	393.	1575	781	3		25	2	
18	3930	1576	782	4		26	3	
19	3929	1577	783	5		27	4	
20	3928	1578	784	6		28	5	
21	3927	1579	785	7	3	1	6	
22	3926	1580	786	1		2	7	
23	3925	1581	787	2		3	8	
24	3924	1582	788	3		4	9	
25	3923	1583	789	4		5	10	
26	3922	1584	790	5		6	11	
27	3921	1585	791	6		7	12	
28	3920	1586	792	7	4	8	13	
29	3919	1587	793	1		9	14	
30	3918	1588	794	2		10	15	

A condito Mundo.	Ante Christũ natum.	Periodorum Constanti-nopolitana.	Periodorum Iuliana.	Sabbathici & Iobelei			Cyclorum ☉	Cyclorum ☽
31	3917	1589	795	3			11	16
32	3916	1590	796	4			12	17
33	3915	1591	797	5			13	18
34	3914	1592	798	6			14	19
35	3913	1593	799	7		5	15	1
36	3912	1594	800	1			16	2
37	3911	1595	801	2			17	3
38	3910	1596	802	3			18	4
39	3909	1597	803	4			19	5
40	3908	1598	804	5			20	6
41	3907	1599	805	6			21	7
42	3906	1600	806	7		6	22	8
43	3905	1601	807	1			23	9
44	390[illegible]	1602	808	2			24	10
45	390[illegible]	1603	809	3			25	11
46	390[illegible]	1604	810	4			26	12
47	3901	1605	811	5			27	13
48	3900	1606	812	6			28	14
49	[illegible]89[illegible]	1607	813	7	1	7	1	15
50	3898	1608	814	1			2	16
51	3897	1609	815	2			3	17
52	3896	1610	816	3			4	18
53	3895	1611	817	4			5	19
54	3894	1612	818	5			6	1
55	3893	1613	819	6			7	2
56	3892	1614	820	7		1	8	3
57	3891	1615	821	1			9	4
58	3890	1616	822	2			10	5
59	3889	1617	823	3			11	6
60	3888	1618	824	4			12	7

A condito Mundo.	Ante Christũ natum.	Periodorum Constanti-nopolitana.	Periodorum Iuliana.	Sabbathici & Iobelei		Cyclorum ☉	Cyclorum ☽
61	3887	1619	825	5		13	8
62	3886	1620	826	6		14	9
63	3885	1621	827	7	2	15	10
64	3884	1622	828	1		16	11
65	3883	1623	829	2		17	12
66	3882	1624	830	3		18	13
67	3881	1625	831	4		19	14
68	3880	1626	832	5		20	15
69	3879	1627	833	6		21	16
70	3878	1628	834	7	3	22	17
71	3877	1629	835	1		23	18
72	3876	1630	836	2		24	19
73	3875	1631	837	3		25	1
74	3874	1632	838	4		26	2
75	3873	1633	839	5		27	3
76	3871	1634	840	6		28	4
77	3871	1635	841	7	4	1	5
78	3870	1636	842	1		2	6
79	3869	1637	843	2		3	7
80	3868	1638	844	3		4	8
81	3867	1639	845	4		5	9
82	3866	1640	846	5		6	10
83	3865	1641	847	6		7	11
84	3864	1642	848	7	5	8	12
85	3863	1643	849	1		9	13
86	3862	1644	850	2		10	14
87	3861	1645	851	3		11	15
88	3860	1646	852	4		12	16
89	3859	1647	853	5		13	17
90	3858	1648	854	6		14	18

A condito Mundo.	*Ante Christũ natum.*	*Periodorum* *Constanti-nopolitanæ.*	*Iulianæ.*	*Sabbathici & Iobelei*			*Cyclorum* ⊙	☽
91	3857	1649	855	7		6	15	19
92	3856	1650	856	1			16	1
93	3855	1651	857	2			17	2
94	3854	1652	858	3			18	3
95	3853	1653	859	4			19	4
96	3852	1654	860	5			20	5
97	3851	1655	861	6			21	6
98	3850	1656	862	7	2	7	22	7
99	3849	1657	863	1			23	8
100	3848	1658	864	2			24	9
101	3847	1659	865	3			25	10
102	3846	1660	866	4			26	11
103	3845	1661	867	5			27	12
104	3844	1662	868	6			28	13
105	3843	1663	869	7		1	1	14
106	3842	1664	870	1			2	15
107	3841	1665	871	2			3	16
108	3840	1666	872	3			4	17
109	3839	1667	873	4			5	18
110	3838	1668	874	5			6	19
111	3837	1669	875	6			7	1
112	3836	1670	876	7		2	8	2
113	3835	1671	877	1			9	3
114	3834	1672	878	2			10	4
115	3833	1673	879	3			11	5
116	3832	1674	880	4			12	6
117	3831	1675	881	5			13	7
118	3830	1676	882	6			14	8
119	3829	1677	883	7		3	15	9
120	3828	1678	884	1			16	10

A condito Mundo.	Ante Christum natum.	Periodorum Constantinopolitanæ.	Periodorum Iuliana.	Sabbathici & Iobelei.		Cyclorum ☉	Cyclorum ☽	
121	3827	1679	885	2		17	11	
122	3826	1680	886	3		18	12	
123	3825	1681	887	4		19	13	
124	3824	1682	888	5		20	14	
125	3823	1683	889	6		21	15	
126	3822	1684	890	7	4	22	16	
127	3821	1685	891	1		23	17	
128	3820	1686	892	2		24	18	
129	3819	1687	893	3		25	19	
130	3818	1688	894	4		26	1	*Seth ab Adamo natus. Genes 5. vers. 3.*
131	3817	1689	895	5		27	2	
132	3816	1690	896	6		28	3	
133	3815	1691	897	7	5	1	4	
134	3814	1692	898	1		2	5	
135	3813	1693	899	2		3	6	
136	3812	1694	900	3		4	7	
137	3811	1695	901	4		5	8	
138	3810	1696	902	5		6	9	
139	3809	1697	903	6		7	10	
140	3808	1698	904	7	6	8	11	
141	3807	1699	905	1		9	12	
142	3806	1700	906	2		10	13	
143	3805	1701	907	3		11	14	
144	3804	1702	908	4		12	15	
145	3803	1703	909	5		13	16	
146	3802	1704	910	6		14	17	
147	3801	1705	911	7	3 7	15	18	
148	3800	1706	912	1		16	19	
149	3799	1707	913	2		17	1	
150	3798	1708	914	3		18	2	

A condito Mundo.	Ante Christum natum.	Periodorum Constantinopolitanæ.	Periodorum Iulianæ.	Sabbathici & Iobelei.		Cyclorum ☉	Cyclorum ☽
151	3797	1709	915	4		19	3
152	3796	1710	916	5	5	20	4
153	3795	1711	917	6		21	5
154	3794	1712	918	7	1	22	6
155	3793	1713	919	1		23	7
156	3792	1714	920	2		24	8
157	3791	1715	921	3		25	9
158	3790	1716	922	4		26	10
159	3789	1717	923	5		27	11
160	3788	1718	924	6		28	12
161	3787	1719	925	7	2	1	13
162	3786	1720	926	1		2	14
163	3785	1721	927	2		3	15
164	3784	1722	928	3		4	16
165	3783	1723	929	4		5	17
166	3782	1724	930	5		6	18
167	3781	1725	931	6		7	19
168	3780	1726	932	7	3	8	1
169	3779	1727	933	1		9	2
170	3778	1728	934	2		10	3
171	3777	1729	935	3		11	4
172	3776	1730	936	4		12	5
173	3775	1731	937	5		13	6
174	3774	1732	938	6		14	7
175	3773	1733	939	7	4	15	8
176	3772	1734	940	1		16	9
177	3771	1735	941	2		17	10
178	3770	1736	942	3		18	11
179	3769	1737	943	4		19	12
180	3768	1738	944	5		20	13

A condito Mundo.	Ante Christum natum.	Periodorum Constantinopolitana.	Periodorum Iuliana.	Periodi Iudaica.	Sabbathici & Iobelei.			Cyclorum ☉	Cyclorum ☽
181	3767	1739	945	††	6			21	14
182	3766	1740	946		7		5	22	15
183	3765	1741	947		1			23	16
184	3764	1742	948		2			24	17
185	3763	1743	949		3			25	18
186	3762	1744	950		4			26	19
187	3761	1745	951		5			27	1
188	3760	1746	952		6			28	2
189	3759	1747	953		7		6	1	3
190	3758	1748	954	1	1			2	4
191	3757	1749	955	2	2			3	5
192	3756	1750	956	3	3			4	6
193	3755	1751	957	4	4			5	7
194	3754	1752	958	5	5			6	8
195	3753	1753	959	6	6			7	9
196	3752	1754	960	7	7	4	7	8	10
197	3751	1755	961	8	1			9	11
198	3750	1756	962	9	2			10	12
199	3749	1757	963	10	3			11	13
200	3748	1758	964	11	4			12	14
201	3747	1759	965	12	5			13	15
202	3746	1760	966	13	6			14	16
203	3745	1761	967	14	7		1	15	17
204	3744	1762	968	15	1			16	18
205	3743	1763	969	16	2			17	19
206	3742	1764	970	17	3			18	1
207	3741	1765	971	18	4			19	2
208	3740	1766	972	19	5			20	3
209	3739	1767	973	20	6			21	4
210	3738	1768	974	21	7		2	22	5

†† Hodierna Iudaica Periodus nobis in hunc annum Mundi cadit. Est ergo minor Epocha à Mundo annis 189. solidis. Dato ergo anno Mũdi, 189. subtrahendi sunt, & habebimus annũ periodi Iudaicæ.

ANNI

A condito Mundo.	Ante Christum natum.	Periodorum Constantinopolitana.	Periodorum Iuliana.	Periodi Iudaica.	Sabbathici	& Iobelei.	Cyclorum ☉	Cyclorum ☽	
211	3737	1769	975	22	1		23	6	
212	3736	1770	976	23	2		24	7	
213	3735	1771	977	24	3		25	8	
214	3734	1772	978	25	4		26	9	
215	3733	1773	979	26	5		27	10	
216	3732	1774	980	27	6		28	11	
217	3731	1775	981	28	7	3	1	12	
218	3730	1776	982	29	1		2	13	
219	3729	1777	983	30	2		3	14	
220	3728	1778	984	31	3		4	15	
221	3727	1779	985	32	4		5	16	
222	3726	1780	986	33	5		6	17	
223	3725	1781	987	34	3		7	18	
224	3724	1782	988	35	7	4	8	19	
225	3723	1783	989	36	1		9	1	
226	3722	1784	990	37	2		10	2	
227	3721	1785	991	38	3		11	3	
228	3720	1786	992	39	4		12	4	
229	3719	1787	993	40	5		13	5	
230	3718	1788	994	41	6		14	6	
231	3717	1789	995	42	7	5	15	7	
232	3716	1790	996	43	1		16	8	
233	3715	1791	997	44	2		17	9	
234	3714	1792	998	45	3		18	10	
235	3713	1793	999	46	4		19	11	*Enos à Seth natus Gen. 5. v. 6.*
236	3712	1794	1000	47	5		20	12	
237	3711	1795	1001	48	6		21	13	
238	3710	1796	1002	49	7	6	22	14	
239	3709	1797	1003	50	1		23	15	
240	3708	1798	1004	51	2		24	16	

A condito Mundo.	Ante Christum natum	Periodorum Constantinopolitanæ.	Periodorum Iuliana.	Periodi Iudaicæ	Sabbathici & Iobelei.			Cyclorum. ☉	Cyclorum. ☽
241	3707	1799	1005	52	3			25	17
242	3706	1800	1006	53	4			26	18
243	3705	1801	1007	54	5			27	19
244	3704	1802	1008	55	6			28	1
245	3703	1803	1009	56	7	5	7	1	2
246	3702	1804	1010	57	1			2	3
247	3701	1805	1011	58	2			3	4
248	3700	1806	1012	59	3			4	5
249	3699	1807	1013	60	4			5	6
250	3698	1808	1014	61	5			6	7
251	3697	1809	1015	62	6			7	8
252	3696	1810	1016	63	7		1	8	9
253	3695	1811	1017	64	1			9	10
254	3694	1812	1018	65	2			10	11
255	3693	1813	1019	66	3			11	12
256	3692	1814	1020	67	4			12	13
257	3691	1815	1021	68	5			13	14
258	3690	1816	1022	69	6			14	15
259	3689	1817	1023	70	7		2	15	16
260	3688	1818	1024	71	1			16	17
261	3687	1819	1025	72	2			17	18
262	3686	1820	1026	73	3			18	19
263	3685	1821	1027	74	4			19	20
264	3684	1822	1028	75	5			20	21
265	3683	1823	1029	76	6			21	22
266	3682	1824	1030	77	7		3	22	23
267	3681	1825	1031	78	1			23	24
268	3680	1826	1032	79	2			24	25
269	3679	1827	1033	80	3			25	26
270	3678	1828	1034	81	4			26	27

